K. Lake.

shelf 17 - Study
9

NOVUM TESTAMENTUM

GRAECE

PROLEGOMENA

NOVUM TESTAMENTUM GRAECE

AD ANTIQUISSIMOS TESTES DENUO RECENSUIT

APPARATUM CRITICUM APPOSUIT

CONSTANTINUS TISCHENDORF

EDITIO OCTAVA CRITICA MAIOR

VOLUMEN III

PROLEGOMENA

SCRIPSIT

CASPAR RENATUS GREGORY

ADDITIS CURIS † EZRAE ABBOT

LIPSIAE
J. C. HINRICHS
1894

ORDINI THEOLOGORUM LIPSIENSI

PRO SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS

HODIE ANTE ANNUM IN ME

CONLATIS

GRATI ANIMI TESTIMONIUM

HUNC LIBRUM

D D D

Peregrinus eram atque conlegistis me

PRAEFATIO.

Impletis paene triginta annis ab eo die quo fasciculus huius editionis primus prodiit, paene duodeviginti annis ex quo ipse operam prolegomenorum scribendorum suscepi, post partem primam anno 1884, alteram anno 1890 editam lectori benevolenti finem operis offero.

Habebam equidem multa quae vel ut operae eius modum explicarem vel ut veniam mihi peterem, huic praefationi reservaveram. Nunc vero, lapsis tot annis, tanta operis parte vel decennium vel quadriennium iudicibus subiecta, nihil refert ut illa omnia repetam.

Paginae 33—68 ipsa Tischendorfii verba praebent, nemo enim leges novas in hanc editionem scribere potest; aliis locis in initio libri occurrunt pauca Tischendorfiana signis „“ notata, quae signa ex errore pp. 113—127 partim absunt.

Catalogi codicum versionum Novi Testamenti quos in hoc libro invenies, nihil sunt nisi adnotationes ut ita dicam generales in usum eorum qui meliora ad manum non habeant. Virorum clarorum versionis uniuscuiusque peritorum est catalogos facere.

Quae fusius de scriptoribus ecclesiasticis disserere, quae copiosiora ubique addere supplementa volebam,

omisi denique ne finis prolegomenorum ad Graecas Kalendas differretur.

Pauca de scriptoribus profanis vetustis aeque ac de viris doctis vel de libris huius saeculi, quorum in apparatu critico Tischendorfii mentio fit, in indice altero de rebus personis libris invenienda sunt.

Vir mihi amicissimus Ezra Abbot, olim professor universitatis Harvard, Cantabrigiae in Americana provincia Massachusetts, qui indefessus labore consilio correctione substantia mihi subvenit, caelestibus adiunctus animis laude mea non eget. Bene sic est. Alioquin me oporteret ei ingenium benevolentiam modestiam caelestem tribuere.

Vir mihi amicissimus Fenton Johannes Antonius Hort, professor Cantabrigiae in Anglia, vel morbo affectus noluit me deserere, quin omni modo, nunc monendo nunc corrigendo semper adhortando, corpore absens mente adfuit. Eheu, is quoque morte nobis ereptus est. Gratiam quam maximam ei debeo memoriaeque eius semper habebo.

Gratiam etiam habeo maximam viris illis clarissimis qui duce † Theodoro Dwight Woolsey in America et in Anglia impensa itineris in Angliam Galliam Italiam, Graeciam Turciam faciendi in se susceperunt, similemque gratiam debeo manibus Albrechti nostri, olim professoris iuris Lipsiensis, ex cuius legato stipendia multa in eundem finem accepi, novissime anno 1891 ad explorandos codices in Germania Belgio Batavia Dania Suecia servatos.

Non est quod dicam permultos viros doctissimos me vario modo adiuvisse, praesertim bibliothecarios

inde a Chicago usque ad Constantinopolim inde ab Upsalia usque ad Panormum. Meum non puto hanc paginam nominibus inlustribus exornare. Unicuique ex intimo animo gratias ago.

Neque a me impetrare possum quin gratias agam maximas bibliopolis clarissimis patri Hermanno Rost filio Adolfo, viris mihi amicissimis, qui nullo tempore scriptori cessanti patientiam non indulserunt humanissime.

Lectores benevolentissimos precor ut errata omissa addenda notent atque ad me mittant.

LIPSIAE scribebam secundis Paschalibus
die 26 Martii anni 1894.

CASPAR RENÉ GREGORY.

PROLEGOMENA.

paginae

I. **De Tischendorfio** . . . . . 1—22

II. **De apparatu critico** . . . . . 23—44

III. **De legibus in textu constituendo** . . . 45—68

IV. **De grammaticis** . . . . . 69—128

1. Orthographica 71—116. 2. Nominum formatio 116—120. 3. Verborum formatio 120—124. 4. Syntax 124—126. 5. Verba compp 126.127. 6. Singulorum scriptorum propria 127.128.

V. **De textus forma** . . . . . 129—182

1. Librorum ordo 131—140. 2. Capita 140—166. 3. Versus 167—182.

VI. **De textus historia** . . . . . 183—334

1. Recensiones antiqq 185—202. 2. Editiones 202—334.

VII. **De codicibus uncialibus** . . . . . 335—450

Praemonenda 337—344. 1. Evv 345—409. 2. Act-Cath 409—417. 3. Paul 418—435. 4. Apoc 435—437. Suppl 438—450.

VIII. **De codicibus minusculis** . . . . . 451—800

Praemonenda 453—456. 1. Evv 457—616. 2. Act-Cath 617—652. 3. Paul 653—675. 4. Apoc 676—686. 5. Lectionaria. Praemonenda 687—694. (1.) Evl 695—777. (2.) Apl 778—791. Sigla mutata 792—800.

IX. **De versionibus** . . . . . 801—1128

Praemon 803—806. 1. Orientt (1.) Syrr 807—859. (2.) Aegyptt 859—893. (3.) Aeth 894—912. (4.) Arm 912—922. (5.) Georg 922.923. (6.) Persica 923—928. (7.) Arabb 928—947. 2. Occidd (1.) Latt a. Vet Lat 949—971. b. Vulg 971—1108. (2.) Goth 1108—1112. (3.) Slav 1112—1124. (4.) Sax 1125. (5.) Franc 1126. (6.) Theot 1126. (7.) Bohem 1127—1128.

X. **De scriptoribus ecclesiasticis** . . . . 1129—1230

1. Dissertatio 1131—1152. 2. Catalogus scriptorum 1153—1230.

XI. **Tabula testium** . . . . . 1231—1246

XII. **Addenda et emendanda** . . . . . 1247—1314

1. Evv 1251—1279. 2. Act-Cath 1280—1285. 3. Paul 1286-1297. 4. Apoc 1298-1302. 5. Proleg 1303-1314.

XIII. **Indices** . . . . . 1315—1426

1. Compendia et sigla 1317—1323. 2. Res personae libri 1324—1357. 3. Loci scripturae 1358—1373. 4. Vocabula Graeca 1374—1381. 5. Codices Graeci 1382—1426.

I.

DE TISCHENDORFIO.

---

paginae

1. De vita . . . . . 3—6
2. De scriptis . . . . . 7—22

I.

DE TISCHENDORFIO.

1.

DE VITA.

Natus est Aenotheus Fridericus Constantinus Tischendorfius[1] die 18 mensis ianuarii anni 1815 Lengenfeldiae Saxonicae. Scholam Lengenfeldensem egressus, Plaviensem frequentavit, in qua eum summos consecutum esse honores ex scholae tabulis cognovi. Post dies paschales anni 1834 in numerum civium academicorum Lipsiensium ascitus est, ubi in studia philologica theologicaque toto animo annos fere quattuor incumbebat auspiciis Hermanni, Wineri, Winzeri, Illgenii, Grossmanni, Krehlii. Anno 1840 ad theologiae licentiati gradum promotus est, veniamque legendi impetravit. Eodem anno prodiit editio prima Tischendorfiana Novi Testamenti Graece, anno 1841 signata, quae laborum futurorum pignus fuit.

1840—1844.

Die proximo ante diem Reformationis, quam dicunt, a. 1840 Parisios profectus est, in qua urbe codicem Ephraemi Syri rescriptum (C) perite legit, exscripsit, et edendum paravit, codices alios

[1] Joh. Ern. Volbeding, *Constantin Tischendorf in seiner fünfundzwanzigjährigen schriftstellerischen Wirksamkeit*, Lipsiae a. 1862; — Ezra Abbot, *The late professor Tischendorf; Unitarian Review*, Bostoniae, Mart. a. 1875; — C. R. Gregory, *Tischendorf; Bibliotheca Sacra*, Andoverae a. 1876, p. 153—193.

in primisque codicem Claromontanum (D) epistularum Paulinarum examinavit vel exscripsit, duas Novi Testamenti Graece editiones emisit; inde autumno anni 1841 Hollandiam, aestate anni 1842 fere exacta Angliam visit. Parisiis mense ianuario anni 1843 relictis, Basileam, Carpentoracten visit, tum Romam, Neapolim, Florentiam, Venetias, Mutinam, Mediolanum, Augustam Taurinorum, Veronam, fere annum in Italia degens. Parisiis, in Batavia, in Anglia, Basileae, in Italia, nulla bibliotheca magna non usus est, codices Novi Testamenti Graecos perlustrans, conferens, describens, eo consilio ut codices omnes unciales, quos dicunt, proprio visu cognosceret. Codicem Vaticanum illum magnum, qui Romae est, signo B notatum, hoc tempore paene non vidit, quod Ang. Maius codicis huius tum editionem parabat; Tischendorfius ipse, qui codicem videre vehementer cupivit, nihilominus Maium in hac codicis occultatione recte egisse contendit; si potuisset fieri ut codicem videret, libenter vidisset, sed editor ipse editoris curam laudavit.

1844—1845. Idem consilium manuscriptorum videndorum secutus, die 12 mensis martii anni 1844 ex Portu Liburnico cursum in Aegyptum direxit. Praeter codices varios in aliquo numero habendos, in monasterio quod est sub monte Sinaitico repperit codicis fragmentum postea codicem Friderico-Augustanum dictum, quod codicis Sinaitici pars prior est. Palaestina visa, Patmi bibliotheca uberrima explorata, Vindobonam venit, deinde Monachium, et mense ianuario anni 1845 Lipsiam iterum rediit.

Plurimi Tischendorfium valde vituperaverunt quod locum ex quo codicem Friderico-Augustanum deduxisset non statim publici iuris fecerit; et multi asseveraverunt eum de hac re falsa dixisse. Tischendorfius autem, cum in animo haberet ipse codicem edere, latebras eius nominare noluit, nihil in codicis praefatione scribens nisi: „venerabiles

hae membranae antequam ex abiectis deperditisque voluminum antiquorum reliquiis nuper a me protractae sunt, semper in Aegypto vel certe in Aegypti vicinia delituisse videntur;“ nescio an huic loco quoque aptum sit dicere monasterium Caïrense monasterio ad montem Sinaiticum sito praepositum esse. Et quis codicem repperisset, si Tischendorfius locum publici iuris fecisset? Porfirius, vir doctissimus sed rei palaeographicae non peritus? V. cl. Macdonald, miles Anglicus? An viator aliquis? Nemo vero rei gnarus arbitrabitur quenquam Tischendorfio excepto codicis partem posteriorem quam codicem Sinaiticum dicunt tam celeriter, tam accurate, tali diligentia, tali magnificentia, tam feliciter, editurum fuisse.

1849—1858. Adiit Londinium Parisios Oxonium anno 1849, quo anno editio Novi Testamenti Graece quarta Lipsiae prodiit, editio prima inter tres editiones Tischendorfianas praecellentes, quartam a. 1849, septimam a. 1859, octavam a. 1869—1872. Iterum orientis partes a. 1853 visit, et codices varios Graecos Syrios Georgicos Arabicos reportavit, quamquam codicis Friderico-Augustani partem alteram frustra quaesivit. Anno 1854 Guelferbytum Hamburgumque venit, a. 1855 Londinium, Oxonium, Cantabrigiam, a. 1856 Monachium, Sanctum Gallum, Turicum, tribus illis annis per tempus certum a munere suo academico vacans. Editio Novi Testamenti Graece septima critica maior, ut supra diximus, prodiit annis 1855—1858, anno 1859 signata.

1859—1862. Hos quattuordecim annos desiderio partis codicis Friderico-Augustani alterius tenebatur Tischendorfius. Tertium idque ultimum et felicissimum iter iniit die 5 mensis ianuarii anni 1859, et monasterium Sinaiticum die 31 ianuarii intravit. Bibliothecas tres monasterii diligenter exploravit, at codicem non repperit. Noluit de codice exquirere, ne eius pretium in monachorum oculis augeret, neve quominus eum videret,

impediretur. Die quarto februarii forte contigit, ut oeconomus ei codicem monstraret. Laetitia, spe, animo grato, vix suae mentis compos fuit. In cubiculo per noctem Barnabae epistulam exscripsit. Caïri codicem totum duobus iuvantibus descripsit. Sed codicem in Europam portare ei non concessum fuit usque ad diem 28 mensis septembris, interimque Palaestinam Patmum visit. Mense novembri Petropolim venit, mense decembri Lipsiam. Praeter libros alios his annis in lucem editos, exscripsit Tischendorfius typis ad litterarum formas antiquarum conformatis, tomis quattuor maximis, codicem Sinaiticum et ineunte mense novembri anni 1862 editionem Russorum imperatori manu sua tradidit.

1864—1872. Nunc omnium codicum uncialium usu instructus ad Novi Testamenti Graece editionem novam criticam faciendam, partem primam mense octobri anni 1864 edidit. Anno 1865 Angliam visit, anno 1866 Italiam. Extremo anno 1872 pars undecima editionis Novi Testamenti Graece octavae criticae maioris eaque textus pars ultima prodiit.

1873—1874. Die 5 mensis maii anni 1873 morbo quem apoplexim vocant correptus, vitam undeviginti menses aegre ducens, die 7 mensis decembris anni 1874 vivere desiit.

Verbis his paucissimis Tischendorfii vitam tractavi, ut lector quasi filo ad res magnas a viro gestas componendas ducatur. De scholis eius academicis nihil dixi, quod haec laborum pars inferior erat; tempus, vim, se totum textui Novi Testamenti constituendo dedit. Praeterea, ut recte percipiatur operum ambitus latus et magnus, catalogum scriptorum eius adiunxi. Qui catalogum hunc non sine studio legerit, viri industriam, diligentiam, assiduitatem, magnam studiorum varietatem et copiam sane mirabitur.

2.

DE SCRIPTIS.

Compendia: Leipz. Rep. = Leipziger Repertorium; Allg. Zeit. (A.) = Allgemeine Zeitung (Augustae Vindelicorum); Jahrbb. d. Lit. = Jahrbücher der Literatur (Vindobonae).

Hic illic librorum pretium nummis Germanicis additum est.

1835. [**Carmen parvum.**] Dem Herrn Geheimen Rathe von Langenn, bei seiner Abberufung von Leipzig nach Dresden dargebracht. *Abend-Zeitung*, Dresden u. Leipzig, Nr. 104, 1. Mai 1835.

1837. Doctrina Pauli apostoli de vi mortis Christi satisfactoria. Commentatio a S. V. Theologorum Lips. ord. praemio regio ornata. Lipsiae: Hinrichs. 8°. ff. 4, p. 64. 10 Ngr.

1838. Maiknospen [carmina lyrica]. Leipzig: Kollmann. p. vi, 187 (1). 1 Thlr.

1839. Disputatio de Christo, pane vitae, sive de loco evang. Ioann. c. VI. vv. 51—59, coenae sacrae potissimum ratione habita. Praemio [Ammoniano] ornata. Lipsiae: Koehler. 8°. p. 83 (1). 10 Ngr.

Der junge Mystiker oder die drei letzten Festzeiten aus seinem Leben. Eine biographische Skizze von Dr. Fritz. Leipzig: Köhler. p. 344 (1). 1 Thlr. 10 Ngr.

1840. Die Geissler, namentlich die grosse Geisselfahrt nach Strassburg im Jahre 1349. Frei nach dem Französischen [L. Schneegans]. Leipzig: Fritzsche. p. viii, 64. 10 Ngr.

Dissertatio critica et exegetica de ev. Matth. c. XIX. 16 et sqq. Lipsiae: Koehler. 8°. p. 20. 5 Ngr.

De recensionibus quas dicunt Novi Testamenti ratione potissimum habita Scholzii. Lipsiae: Koehler. 8°. p. 54 (1). d. 26. Oct. 1840. Dissertatio ad facultatem legendi obtinendam scripta, iterumque publici iuris facta in prolegomenis Novi Testamenti Graece anni 1841.

1841. Novum Testamentum Graece. Textum ad fidem antiquorum testium recens. brevem apparatum crit. una cum variis lectionibus Elzev., Knappii, Scholzii, Lachmanni subiunxit argumenta et locos parallelos indicavit, commentationem isagogicam notatis propriis lectionibus edd. Steph. iii. atque Millianae, Matthaeianae, Griesbachianae praemisit A. F. C. T. Lipsiae: Koehler. 16°. p. lxxxv (1), 671, ff. 3. Duo ex tribus ff. sunt litterae Neapoli datae die festo S. Iohannis Baptistae anni 1843, huic editioni adiunctae.

1842. N. T. Gr. Ad antiquos testes rec. lectionesque variantes Elz. Steph. Griesbachii notavit C. T. Paris.: Didot. 8°. ff. 3, p. iii—xxii, 534, 91. Editio non catholica.

N. T. Gr. et Lat. In antiquis testibus textum versionis vulgatae Latinae indagavit lectionesque var. Steph. et Griesb. notavit, V. S. V. Jager in consilium adhibito, C. T. (Editio DD. Affre archiep. Parisiensi dicata.) Paris.: Didot. 1842. 8°. p. (vi), ix, 411, 39. 3 Thlr. 10 Ngr. Editio catholica.

Eadem editio sine textu Latino. Paris. 1842, etc. 8°. 1 Thlr.

Zur Kritik des Neuen Testaments. *Studien und Kritiken*, 1842. (H. 2), p. 496—511.

1843. Codex Ephraemi Syri rescriptus sive Fragmenta utriusque Test. e cod. Gr. Paris. celeberrimo quinti ut videtur p. Chr. saeculi. 2 tomi. (Vol. ii. Fragmenta Novi Testamenti, 1843, Vol. i. Fr. Veteris Test. 1845.) Lipsiae: B. Tauchnitz. 4°. Vol. ii. 1843. ff. 4, p. 44, 358; cum tabula. 18 Thlr.

Biblisch-kritisches Sendschreiben an David Schulz. (Litterae datae Romae die 24 mensis iunii a. 1843.) *Allgemeine Kirchenzeitung*, Darmstadii a. 1843, die 25 mensis iulii [XXII. II.], coll. 961—966.

Allg. Zeit. (A.) 1843. Nr. 261, Rom, 7. September; 261, Florenz, 10. September; 297, Romagna, 17. October.

1844. Allg. Zeit. (A.) 1844. Nr. 101, Malta, 25. März; 156, Kairo, 2. Mai; 192, Reise zum Sinai; 238, Wanderung nach Jerusalem; 272, Die Insel Patmos; 273, Von Jerusalem nach Nazareth; 276, Paläologischer Fund; 308, Wanderungen in Constantinopel; 310 (5. Nov. 1844), Athen, 21. October: Zur Geschichte der Ministerien Maurokordatos und Kolettis. 355, Tischendorf.

Neuer Beitrag zur neutestamentlichen Textkritik, namentlich zu der dieselbe betreffenden Paläographie. (Mit Beigabe einer Notiz über die griechischen Psalmenpapyrus zu London.) *Studien und Kritiken*, 1844. (H. 2), p. 471—496. In primis

de codice E evangeliorum; vide p. 487—489. de editione Tischendorfiana codicis Ephraemi. Iterum separatim typis exscriptus, 1844. 8. p. 26.

1845. Weihnachtspredigt. Bei seiner Heimkehr aus dem Morgenlande in seiner Vaterstadt Lengenfeld gehalten. Leipzig: Koehler. 8°. p. 14.

Codex Ephraemi Syri rescriptus. Vol. i. Fragmenta Veteris Testamenti. ff. 4, p. 11, 177. Cum tabula. 9 Thlr. Vol. ii., Novum Testamentum continens, prodiit anno 1843. vide supra.

Rechenschaft über meine handschriftlichen Studien auf meiner wissenschaftlichen Reise von 1840—1844.

I. Die von mir aus dem Oriente im Original mitgebrachten Handschriften, in griechischer, syrischer, koptischer, arabischer, armenischer, äthiopischer, und arabisch-drusischer Sprache, p. 1—15.

II. Die Bibliothek in Patmos, p. 15—19. *Jahrbb. d. Lit.*, Wien, Bd. cx. 1845, *Anzeige-Blatt*, p. 1—19.

III. Die Patriarchalbibliothek zu Kairo, p. 25—30.

IV. Die Bibliothek des Sinaitenklosters zu Kairo, p. 30—40.

Anhang zum ersten Artikel (vide I. supra), p. 40—42. *Jahrbb. d. Lit.*, Bd. cxii. 1845, *Anz.-Blatt*, p. 25—42.

Allg. Zeit. (A.) 1845. Nr. 2, Besuch bei Mehmed Ali; 4, Jerusalem (hi duo *Monatsblättern* insunt); 92, Leipzig, 15. März; 226, 227, Koptische Klöster; 342, Das heilige Grab.

1846. Reise in den Orient. 2 voll. Leipzig, 1846. B. Tauchnitz. 3 Thlr. 15 Ngr. Translatio Anglica a W. L. Schuckardio: *Travels in the East.* London 1847. 8°. p. xvi, 287.

Monumenta sacra inedita sive reliquiae antiquissimae textus Novi Test. Gr. ex novem plus mille annorum codicibus per Europam dispersis. Lipsiae: B. Tauchnitz. 4°. p. 29 (1), 431. Cum 3 tabulis. 18 Thlr.

Codex Friderico-Augustanus sive Fragmenta Veteris Test. e cod. Graeco omnium qui in Europa supersunt facile antiquissimo. In oriente detexit in patriam attulit ad modum codicis ed. C. T. Lipsiae: Koehler. fol. p. 23, ff. 43. 32 Thlr. Haec sunt folia quadraginta tria codicis Sinaitici anno 1844 inventa.

Das feste christliche Herz mitten in den kirchlichen Bewegungen der Gegenwart. Predigt am 6. Trinitatissonntag 1846 in der Universitätskirche zu Leipzig gehalten. Leipzig: B. Tauchnitz. 8°. p. 15.

1846. Rechenschaft über meine, etc.

V. Die Bibliothek des St. Katharinenklosters am Fusse des Sinai. *Jahrbb. d. Lit.*, Bd. cxiv. 1846, *Anzeige-Blatt*, p. 45—58.

Allg. Zeit. (A.) 1846. Nr. 3, Der Sinai; 15, Anglikan. Bisthum in Jerusalem.

1847. De Israelitarum per mare rubrum transitu. Cum tabula. Lipsiae: Brockhaus. 8°. p. 32. 10 Ngr.

De libro suo: *Mon. sac. ined.*, 1846, et de libello modo dicto. *Leipz. Rep.*, 6. Aug. 1847, vol. xix. p. 201—205.

Evangelium Palatinum ineditum sive Reliquiae textus evangeliorum Latini ante Hieron. versi ex cod. Palatino purpureo IV. vel V. p. Chr. saeculi. Lipsiae: Brockhaus. 4°. p. xxvii, 456. Cum tabula. 18 Thlr.

Rechenschaft über meine, etc.

Die griechischen Uncialcodices für den neutestamentlichen Text. *Jahrbb. d. Lit.*, Bd. cxvii. 1847, *Anzeige-Blatt* p. (1), 2—24.

Arbeiten über die alte latein. Uebersetzung des neuen Testaments.

1. Der Bobbienser Palimpsest auf der kaiserlichen Bibliothek zu Wien. p. 36—43.

2. Die Bobbienser Evangelienfragmente zu Turin. p. 43—56. *Jahrbb. d. Lit.*, Bd. cxx. 1847, *Anz.-Blatt*, p. 36—56.

Nachricht vom vaticanischen Bibelcodex. *Studien und Kritiken*, 1847. (H. 1), p. 129—152, cum tabula. Iterum separatim expressa, anno dato 1846. 8. p. 24, cum tabula.

Die Manuscripta Tischendorfiana in der Universitäts-Bibliothek zu Leipzig, mit Einschluss der übrigen von Prof. Dr. Tischendorf von seiner orientalischen Reise mitgebrachten . . . Manuscripte, u. s. w. *Serapeum.* Zeitschrift für Bibliothekwissenschaft, Handschriftenkunde und ältere Literatur. Leipzig, 28. Feb. 1847, Nr. 4, p. 49—61. 15. Mai, Nr. 5, p. 65—78.

De vol. 2. libri sui: *Reise in d. Orient: Leipziger Repertorium*, 20. Aug. 1847, vol. xix. p. 305—307.

De libro suo: *Evangelium Palatinum: Leipziger Repertorium*, 29. Oct. 1847, vol. xx. p. 161—164.

1848. Rechenschaft über meine, etc.

2. Die Bobbienser Ev.-Frag. zu Turin (cont.). *Jahrbb. d. Lit.*, Wien, Bd. cxxi. 1848, *Anz.-Blatt*, p. 50—72; Bd. cxxiii. 1848, *Anz.-Blatt*, p. 40—46; Bd. cxxiv. 1848, *Anz.-Blatt*, p. 1—8.

1848. De libro Bornemanni: Acta Apostolorum, etc. Grossenhain 1848, et de editione Novi Testamenti Graece ab Eduardo de Muralto facta: Hamburgi 1846. *Leipziger Repertorium*, 8. Sept. 1848, vol. xxiii. p. 305—310.

De libro Tregellesii: The Book of Revelation, in Greek, etc. London 1844. *Leipziger Repertorium*, 29. Sept. 1848, vol. xxiii. p. 405—409.

1849. N. T. Gr. Ad antiquos testes rec. appar. crit. multis modis auctum et correctum appos. etc. C. T. Editio Lips. secunda. Winter (Koehler). 8°. p. xcvi, 768. 2 Thlr. 20 Ngr.

Der Geist der Wahrheit. Zeitpredigt am Sonntag Cantate den 6. Mai, 1849, zu Leipzig gehalten. Leipzig: Winter. 8°. p. 16.

Rechenschaft über meine, etc.

2. Die Bobbienser Ev.-Frag. zu Turin (cont.). *Jahrbb. d. Lit.*, Wien, Bd. cxxvi. 1849, *Anz.-Blatt*, p. 1—71.

3. Das Evangelium Palatinum. *Ibid.*, p. 72—76.

De libro Schwartzii: Quatuor Evangelia in dialecto linguae Copticae Memphitica, Leipzig 1846—47. *Leipz. Rep.*, 1849, vol. xxv. p. 6—10.

1850. N. T. Gr. Rec. C. T. Lipsiae: B. Tauchnitz. p. xix, 412. 27 Ngr. Ed. 2, 1862. p. xxvi, 412. Ed. 3, 1873. 8°. p. xxx, 437. 1876. 1878. 1879. 1880 ab O. de Gebhardt.

Vetus Test. Graece juxta LXX interpretes. Textum Vat. Romanum emendatius edidit, arg. et locos Novi Test. parall. notavit, omnem lectionis varietatem codd. vetustiss. Alexandrini, Ephraemi Syri, Friderico-Augustani subiunxit, comm. isagog. praetexuit C. T. 2 tomi. Lipsiae: Brockhaus. 8°. p. lx, 682, 588 (2). Ed. 2, prolegomenis et epilegom. [i. e. Daniel sec. LXX.] instruxit. 1856. p. xciv, 682, 616 (2). Ed. 3, ratione etiam habita thesauri Sinaitici nuper inventi et editionis Maianae codicis Vaticani. 1860. Ed. 4, identidem emendata, prolegom. passimque etiam comm. ex cod. Sin. aliisque auctis. 1869. p. cxii, 682, ff. 2, 616. 4 Thlr. Ed. 5, 1875. Ed. 6. a v. cl. Eberardo Nestleio curata a. 1880.

Codex Amiatinus sive N. T. Latine interprete Hieronymo. Ex celeberrimo cod. Amiat. omnium et antiquissimo et praestantissimo nunc primum ed. C. T. Lipsiae: Avenarius et Mendelssohn. 6 Thlr. Ed. repetita 1854. 4°. p. xlvi, 421. Cum tabula. 4 Thlr.

De libro suo: *N. T. Graece*, 1849. *Leipz. Rep.*, 1850, vol. xxx. p. 1—10; et de libro Alfordii: Gr. Test. vol. i. 1849. *Ibid.* p. 10—14.

1850. De fasciculo primo libri: Magazijn voor Kritiek en Exegetiek des Nieuwen Testaments. 1850. *Leipz. Rep.*, 1850, vol. xxxii. p. 67—69.

De libro suo: *V. T. Graece juxta LXX interpretes*, 1850. *Leipz. Rep.*, 1850, vol. xxxii. p. 233—239, 239—241.

Allg. Zeit. (A.) 1850. Nr. 31, Nitrische Bibliothek.

Mezzofante. *Blätter für literarische Unterhaltung*, Nr. 176, Leipzig, 24. Juli, 1850, p. 703—704 (signo "35." subscripto).

1851. De evangeliorum apocryphorum origine et usu. Disquisitio historico-critica, quam praemio aureo dignam censuit societas Hagana pro defendenda religione Christiana. Hagae Comitum. 8°. p. xii, 227. 1 Thlr. 5 Ngr.

Acta apostolorum apocrypha. Ex triginta antiquis codd. Gr. vel nunc primum eruit vel secundum atque emendatius ed. C. T. Lipsiae: Avenarius et Mendelssohn. 8°. p. lxxx, 276. 2 Thlr. 20 Ngr.

Synopsis evangelica. Ex quattuor evangeliis ordine chronologico concinnavit, brevi commentario illustravit, ad antiquos testes denuo rec. C. T. Lipsiae: Avenarius et Mendelssohn. 8°. p. lxvi, 202. 1 Thlr. 10 Ngr. Ed. repet. 1854. Ed. 2, emend. 1864. p. lx, 184. Ed. 3, emend. 1871. p. lx, 184. Ed. 4. 1878. Translatio Tamulica ab H. Schanzio: Tranquebar 1868.

De libro suo: *N. T. Latine interprete Hieronymo*, 1850. *Leipz. Rep.*, 1851, vol. xxxiii. p. 1—9.

De libro Lückii: Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes und die apokalyptische Literatur überhaupt. 2te Aufl. 1te Lief. Bonn 1848. *Studien und Kritiken*, 1851, p. 419—456.

De libro suo: *Synopsis evangelica*, 1851, et de libro Ebrardii: Wiss. Krit. d. evang. Geschichte, 1850. *Leipz. Rep.*, 1851., vol. xxxiv. p. 171—176.

De libro Goodwinii: Anglo-Saxon Legends of St. Andrew and St. Veronica. London 1851. *Leipz. Rep.*, 1851., vol. xxxvi. p. 117—119.

1852. Codex Claromontanus sive Epistulae Pauli omnes Gr. et Lat. ex cod. Paris. celeberrimo nomine Claromontano plerumque dicto. Lipsiae: Brockhaus. 4°. p. xl, 599. Cum 2 tabulis. 24 Thlr.

De libro suo: *Acta Apostolorum Apocrypha*, 1851. *Leipz. Rep.* 1852, vol. xxxvii. p. 5—9.

1853. Evangelia apocrypha. Adhibitis plurimis codicibus Graecis et Latinis maximam in partem nunc primum consultis atque ineditorum copia insignibus edidit C. T. Lipsiae: Avenarius et Mendelssohn. 8°. p. lxxxviii, 463. ed. II. 1876.

De libro suo: *Codex Claromontanus*, 1852; et de libro Hofmannii: Leben Jesu nach den Apokryphen, Leipzig 1851. *Leipz. Rep.*, 1853, vol. xli. p. 129—134.

Allg. Zeit. (A.) 1853. Nr. 114, Cairo.

1854. N. T. triglottum Gr. Lat. Germanice Graecum textum addito lectionum var. delectu rec. Latinum Hieronymi notata Clementina lectione ex auctoritate codd. restit. Germanicum ad pristinam Lutheranae ed. veritatem revocavit A. F. C. T. Lipsiae: Mendelssohn. ff. 2, coll. cxxvi, p. 930. 2 Thlr. Ed. 2 (cum triplici tab. terrae sanctae), 1865.

Bibeltext des N. T.; Herzogs Real-Encyklopädie, Bd. II. Stuttgart und Hamburg 1854, p. 158—186.

De libris suis: *Evangelia apocrypha*, et *De evangeliorum apoc. origine et usu. Leipz. Rep.*, 1854, vol. xlv. p. 257—263.

1855. N. T. Graece. Editio academica. Lipsiae: Mendelssohn. 16°. 1855, p. lxii, 930; 1857 (1858), 1861, 1864, p. lxxv, 930, cum dupl. tab. terrae sanctae; 1867, p. lxxvi, 930; 1870, 1873 p. lxxii, 930; 1875. 1877. 1878. 1880. 1881.

Das Neue Testament. Deutsch von Dr. Martin Luther. Nach den Originalausgaben revidirt und bevorwortet. Leipzig: Mendelssohn. 16°. p. xxvi, 930. 20 Ngr. Ex N. T. triglotto.

Monumenta sacra inedita. Nova collectio. Vol i. Fragmenta sacra palimpsesta sive fragmenta cum Novi tum Veteris Testam. ex quinque codicibus Graecis palimpsestis antiquissimis nuperrime in oriente repertis. Addita sunt fragmenta Psalmorum papyracea et fragmenta evangelistariorum palimpsesta, item fragmenta codicis Friderico-Augustani. Lipsiae: Hinrichs. 4°. p. xlviii, 278. Cum tribus tabulis. 10 Thlr.

Pilati circa Christum iudicio quid lucis afferatur ex Actis Pilati. Lipsiae: Winter. 8°. p. 30 (1). 10 Ngr.

Von der Wohlthat Christi. Das hochberühmte Römische Zeugniss aus dem Zeitalter der Reformation für die Rechtfertigung aus dem Glauben. Nach vermeintlicher gänzlicher Vernichtung neulichst zu Cambridge wieder aufgefunden. Unter Anfügung des italienischen Originaltextes ins Deutsche übertragen und bevorwortet von einem evangelischen Doctor der Theologie. Leipzig: Dörffling und Franke. 1855. p. xxxii,

87, 75. Sine textu Italiano 1855. p. xxxii, 87. Editio nova recognita, 1856. p. xxxii, 88. Editio 5. recogn. 1856. p. xxxii, 86. Editio 6. recogn., 1857. p. xxxvi, 86. Vir cl. Hedren, episcopus, librum Suecice vertit ex ed. 2.

1855. Anecdota sacra et profana ex oriente et occidente allata, sive Notitia codicum Gr., Arab., Syriac., Copt., Hebr., Aethiop., Latin., cum excerptis multis maximam partem Graecis et 35 scripturarum antiquissimarum speciminibus [ed. 2, exemplis]. Lipsiae: Graul. 4°. p. xvi, 240 (2). Cum 4 tabb. 8 Thlr. Editio repetita, emendata, aucta. Lipsiae: Fries. 1861. 6 Thlr.

Allg. Zeit. (A.) 1855. Nr. 278, Wohlthat Christi; 279, Die Vaticanische Bibelhandschrift und eine Audienz bei Gregor XVI. 6. Oct. p. 4457—4459; 352, Aegyptischer Fund; 353, Wendt's Atlas.

1856. Hermae Pastor Graece, ex fragmentis Lipsiensibus instituta quaestione de vero Graeci textus Lipsiensis fonte. Ex libro: Patrum apostol. opera edit. Dressel. Lipsiae: Hinrichs. 8°. p. xvi, 66.

Litterae Tischendorfii de controversia Uraniana, Lipsiae die 13. Febr. datae, *Neue preussische Zeitung*, Sonntag 17. Febr. 1856. ? Etiam litterae Lipsiae, Febr. a. 1856. datae, *Dresdner Journal*, Nr. 30. 5. Febr.

Beilagen zu Alex. Lykurgos's Enthüllungen über den Simonides-Dindorfschen Uranios, 1te Aufl. p. 26—32. 2te Aufl. Leipzig 1856, Fritzsche. p. 67—85.

Literarisches Centralblatt, Nr. 20, 1856, 17. Mai, coll. 323. 324. Verba pauca (Lipsiae, die 10 Maii anni 1856 data) contra professorem Lepsium, de controversia Uraniana.

Neue documentliche Schriftforschungen auf deutschen und englischen Bibliotheken. *Deutsche Zeitschr. für christl. Wissenschaft*, Berlin 1856. Nr. 2, 3. p. 9—14. 17—19.

Allg. Zeit. (A.) 1856. Nr. 46, 75, Leipzig; 120, Simonides; 248, Hirt des Hermas (3. Sept. p. 3964); 253, München; 312, Leipzig; 334, 's Norddeutschland.

1857. Monumenta sacra inedita. Nova collectio. Vol. ii. Fragmenta evangelii Lucae et libri Genesis ex tribus codicibus Graecis V. VI. VIII. saeculi uno palimpsesto ex Libya in Museum Britannicum advecto, altero celeberrimo Cottoniano ex flammis erepto, tertio ex Oriente nuperrime Oxonium perlato. Addita sunt et Novi et Veteris Testam. fragmenta similia nuperrime in codicum sex antiquiss. reliquiis inventa. Lipsiae: Hinrichs. 4°. p. xlvii, 322. Cum tabula. 16 Thlr.

1857. Drei wissenschaftliche Ferienreisen mit einem Rückblick auf frühere Reiseforschungen. *Theologisches Literaturblatt*, 21. März, 1857, Nr. 12, coll. 257—266. Etiam in: *Allg. Zeit.* (A.) 1857. Nr. 10.

De libro suo: *Anecdota sacra et profana*, 1855. *Leipziger Repertorium*, 1857, vol. lviii. p. 129—138.

Allg. Zeit. (A.) 1857. Nr. 10, Drei Ferienreisen; 100, Oikonomos; 188, Grossmann; 225, Leipzig; 241, Russland; 265, 's Sachsen; 281, Leipzig.

Der Sinai und sein Kloster. p. 1—14. (Separatim typis exscriptus ex libro *Johannes Album*, Chemnitz 1857. p. 341—354.)

Neue Arbeiten über theologische besonders biblische Schriftdenkmale zu München, St. Gallen und Zürich. *Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft und christliches Leben*, Berlin 1857. Nr. 7. 8., 14. und 21. Februar, p. 54—56, 57—61.

1858. N. T. Gr. et Lat. Ex triglottis. Lipsiae: Mendelssohn. 16°. 1 Thlr 10 Ngr.

Allg. Zeit. (A). 1858. Nr. 28, Leipzig; 99, Mai's Bibelwerk; 113, Bunsen's Bibelwerk; 123, 's Sachsen; 143, Winer; 190, 205, Leipzig.

1859. N. T. Gr. Ad antiquos testes denuo rec. appar. crit. omni studio perfectum appos. comment. isag. praetexuit A. F. C. T. Editio septima critica maior. Lipsiae: Winter. 8°. p. cclxxviii (2), 696 (1), 681 (2). 8 Thlr. 10 Ngr. Accessit anno 1860. Notitia codicis Sinaitici, p. xvi.

N. T. Gr. Editio septima critica minor. Lipsiae: Winter. 8°. p. cxxxviii (2), 422; (1), 473.

Epistula Caïri die 15. Martii data, ad virum cl. De Falkenstein, de codice Sinaitico. *Leipziger Zeitung*, *Wissenschaftliche Beilage*, 1859. Nr. 31, April.

Allg. Zeit. (A.) 1859. Nr. 10, Dresden; 110, Tischendorfsche Auffindungen; 165, Jerusalem; 291, Triest; 350, S. Petersburg.

1860. Monumenta sacra inedita. Nova collectio. Vol. iii. Fragmenta Origenianae Octateuchi editionis cum fragmentis evangeliorum Graecis palimpsestis ex codice Leidensi folioque Petropol. quarti vel quinti, Guelferbytano codice quinti, Sangallensi octavi fere saeculi Lipsiae: Hinrichs. 4°. p. xl, 300. Cum 2 tabulis. 16 Thlr.

Notitia editionis codicis Bibliorum Sinaitici auspiciis imperatoris Alexandri II. susceptae. Accedit catalogus codicum

nuper ex oriente Petropolin perlatorum, item Origenis scholia in Proverbia Salomonis partim nunc primum partim secundum atque emendatius edita. Lipsiae: Brockhaus 4°. p. 124. Cum 2 tabulis. 3 Thlr. 10 Ngr.

1860. Nachricht von der im Auftrage seiner kaiserlichen Majestät Alexander II. unternommenen Herausgabe der Sinaitischen Handschrift. Leipzig: Giesecke und Devrient. 8°. p. 33. Typis privatim excusus; ex libro modo dicto haustus. Mense augusto anni 1860. datus.

Allg. Zeit. (A.) 1860. Nr. 11, Bibelhandschriften; 166, Lage der Christen.

1861. Allg. Zeit. (A.) 1861. Nr. 28, Leipzig; 35, Mission; 154, St. Petersburg; 311, Codex Zacynthius.

Litterae Tischendorfii contra censuram A. Kueneni (datam Lugduni Batavorum mense ian. anni 1861, publici iuris factam in *Algemeene Konst- en Letterbode*, 1861. No. 6, 9. Feb., p. 41[b]—44[a]), ex nescio quibus actis diurnis haustae, typis exscriptae in *St. Petersburger Zeitung*, Nr. 105, 14. Mai 1861. p. 421[b].

1862. Aus dem heiligen Lande. Mit 5 Holzschn. und 1 lithogr. Tafel. Leipzig: Brockhaus. p. x (1), 375. 2 Thlr. 10 Ngr. Translatio Gallica: *Terre Sainte.* Paris 1868. ff. 2, p. 312. Exstat etiam translatio Suecica.

Bibliorum codex Sinaiticus Petropolitanus. Auspiciis augustissimis imper. Alexandri II. ex tenebris protraxit in Europam transtulit ad iuvandas atque illustrandas sacras litteras ed. C. T. 4 voll. fol. Petropoli (Lipsiae: Giesecke et Devrient). Cum 21 tabulis. 230, posthac 175 Thlr.

Vorworte zur Sinaitischen Bibelhandschrift. Als Manuscript gedruckt. Leipzig: Giesecke und Devrient. 4°. p. 51.

Allg. Zeit. (A.) 1862. Nr. 290, Warschau; 356, Codex Sinaiticus.

Besuch der Grossfürstin Constantin im Harem des Sultans. *Leipziger Zeitung*, *Wissenschaftliche Beilage*, Nr. 37. 8. Mai 1862. p. 173, 174.

1863. N. T. Sinaiticum sive N. T. cum epistula Barnabae et fragmentis Pastoris. Ex codice Sin. accurate descripsit A. F. C. T. Lipsiae: Brockhaus. p. lxxxi (1), ff. 148. Cum tabula. 6 Thlr.

Die Anfechtungen der Sinaibibel. 16. Feb. 1863. Leipzig: Fleischer. p. 24. 5 Ngr.

Waffen der Finsterniss wider die Sinaibibel. Leipzig: Winter. p. 30. 5 Ngr.

1863. Allg. Zeit. (A.) 1863. Nr. 195, Leipzig.

1864. N. T. Graece et Germanice. Ex triglottis. Cum duplici tabula terrae sanctae. Lipsiae: Mendelssohn. 16°. p. lxxv, xxvi, ff. 930, 2 vol. 1 Thlr. 10 Ngr.

N. T. Latine. Textum Hieronymi notata Clementina lectione ex auctoritate antiquiss. codicum restituit C. T. Lipsiae: Mendelssohn. 16°. p. lxxv, 930. 20 Ngr. Ex N. T. triglotto.

Allg. Zeit. (A.) 1864. Nr. 149, St. Petersburg; 256, 257, Warschauer Erinnerungen; 296, Berlin.

De libro Sabae: Specimina palaeographica codd. Gr. et Slav. biblioth. Mosq. Synodalis, 1863. *Literarisches Centralblatt*, 1864. Nr. 23, coll. 548—550.

Berichtigung. *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, 1864. (vii.), p. 202—210. Contra Hilgenfeldium (vii. p. 74—82); respondit Hilgenfeldius p. 211—219.

Ueber das Leben Jesu. In libro: Verhandlungen des dreizehnten evangelischen Kirchentages zu Altenburg im September 1864. Berlin: W. Herz. p. 67—70.

1865. N. T. Gr. Ex Sinaitico codice omnium antiquissimo Vaticana itemque Elzeviriana lectione notata ed. C. T. Lipsiae: Brockhaus. 8°. p. lxxxix, 616 (1). Cum tabula. 4 Thlr.

Memoir on the discovery and antiquity of the Codex Sinaiticus by C. T. Read at a meeting of the Royal Society of Literature, Feb. 15, 1865. 8°. p. 26. Cum 2 tabulis. (Libellus lingua Gallica conscriptus.)

Monumenta sacra inedita. Nova collectio. Vol. v. Epistulae Pauli et catholicae ex libro Porphyrii episcopi palimpsesto, etc. Lipsiae: Hinrichs. 4°. p. xxiii, 364. Cum tabula. 16 Thlr.

Wann wurden unsere Evangelien verfasst? Leipzig: Hinrichs. 1. und 2. Aufl. 1865. Editio in populi usum 1865, p. 64. 4. Aufl. Juli, 1866. 8°. p. xv (1), 130. 15 Ngr. Translationes ternae Gallicae, Anglicae, Americanae, duae Succicae, singulae etiam Danica, Batava, Italiana, Russica, Turcica.

Apocryphen des N. T. Herzog's Real-Encyklopädie, Bd. xix. Gotha 1865. p. 73. 74.

Barnabas. *Ibid.* p. 168.

Bibeltext des N. T. *Ibid.* p. 187—195. Disquisitio haec multos viros doctos diu latuit.

Allg. Zeit. (A.) 1865. Nr. 1, Leipzig; 62, 77, 82, London; 106, Bibelübersetzungen; 138, Leipzig; 146, Entgegnung.

1865. Noch ein Paar Worte zur Frage: Wann wurden unsere Evangelien verfasst? Mit einem Nachworte über den Hirten des Hermas. *Allgemeine Kirchen-Zeitung*, Darmstadt, 2. September 1865. Nr. 70, p. 553—557.

Zur neutestamentlichen Textkritik. *Neue Evangelische Kirchenzeitung*, Berlin, 21. 28. Oct. 1865. Nr. 42. 43. coll. 665—667. 678—680.

1866. Apocalypses apocryphae Mosis, Esdrae, Pauli, Iohannis, item Mariae dormitio additis evangeliorum et actuum apocryphorum supplementis. Maximam partem nunc primum ed. C. T. Lipsiae: Mendelssohn. 8°. p. lxiv, 172. 1 Thlr. 10 Ngr.

Pseudepigraphen des A. T. Herzog's Real-Encyklopädie. Bd. xx. Gotha 1866. p. 431. Dicit se Testamenta duodecim patriarcharum editurum esse.

Allg. Zeit. (A.) 1866. Nr. 28, Leipzig; 147, Ulfilas Fragmente; 272, Leipzig.

Ueber die Vaticanische Bibel und meine Reise nach Rom. *Leipziger Zeitung*, 1866. Nr. 43, *Wissensch. Beilage* p. 189—192.

Introductio brevis, Lipsiae die 31 mensis decembris a. 1866. scripta, in librum: Johann Winckelmann's Versuch einer Allegorie besonders für die Kunst. Saecularausgabe. Herausgegeben von A. Dressel. Leipzig 1866, Mendelssohn. 4. p. iii.—v.

Der Fund eines Kleinodes auf dem Sinai. *Daheim*, vol. 2. p. 207—210. 219—221.

Eine Audienz bei Pio Nono. *Daheim*, vol. 3. p. 30—32.

1867. N. T. Vaticanum. Post Angeli Maii aliorumque imperfectos labores ex ipso codice ed. C. T. Lipsiae: Giesecke et Devrient. 4°. p. l, 284. Cum tabula. 4 Thlr. 20 Ngr.

Appendix codicum celeberrimorum Sinaitici Vaticani Alexandrini. Lipsiae: Giesecke et Devrient. 4°. p. xx, 52. Cum tabula.

Allg. Zeit. (A.) 1867. Nr. 182, Leipzig; 210. 211, Codex Vaticanus; 273, Sächsisch. Min. Präs.; 278, Leipzig.

L'Authenticité de nos quatre évangiles maintenue. Réponse à un article de la *Revue de théologie* [Strasbourg, 1867. v. 1. p. 1—34. censura editionis quartae libri Tischendorfii: Wann wurden u. s. w., a Rumpfio Argentoratensi scripta]. *Bulletin théologique*, Paris 1867. No. 3, 25 juillet, p. 214—230. Scripsit Tischendorfius Lipsiae die 24 martii.

Introductio et commentatio ad tabulas libri a Theodoro Rabe: *Aus dem heiligen Lande.* 1867. (1866?)

1867. Erinnerungen an die grossfürstliche Statthalterschaft in Warschau. *Daheim*, vol. 4. p. 72—75.

1868. Philonea inedita altera, altera nunc demum recte ex vetere scriptura eruta. Lipsiae: Giesecke et Devrient. 8°. p. xx, 155. Cum 2 tabulis. 2 Thlr.

Griechische Paläographie. Vortrag. In libro: Verhandlungen der 25. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Halle . . . Oct. 1867. Leipzig 1868. p. 42—48.

Allg. Zeit. (A.) 1868. Nr. 23, Leipzig; 57, Novum Testamentum; 327, Ueber Schleiermacher; 334, Zur Schleiermacher Feier.

1869. Monumenta sacra inedita. Nova collectio. Vol. vi. Apocalypsis et actus apostolorum cum quarti Maccabaeorum libri fragmento, item quattuor evangeliorum reliquiae. Ex duobus codd. palimps. octavi fere et sexti saec. altero Porphyrii episcopi, altero Guelferbytano. Lipsiae: Hinrichs. 4°. p. xvii, f. 1, p. 340. Cum tabula. 16 Thlr.

N. T. Gr. Ad antiquiss. testes denuo rec. apparatum crit. omni studio perfectum apposuit commentat. isagog. praetexuit C. T. Editio viii. critica maior. Vol. i. [Evv.] 1869. p. 968. 6 Thlr. 5 Ngr. Vol. ii. [Act.—Apoc.] 1872. p. 1044. Lipsiae: Giesecke et Devrient. "Notantur interim," in vol. i. p. xx, vol. ii. p. (3).

The New Testament. The authorised English Version; with introduction, and various readings from the three most celebrated manuscripts of the original Greek text. Leipzig: B. Tauchnitz. 16°. p. xvi, 414 (1). Cum tabula. (Publici iuris factus Natalitiis anni 1868.) 16 Ngr. Exemplaria 45,000 venum iverunt anno primo.

Die Aechtheit unserer Evangelien. Vortrag zu Bremen gehalten. Gotha: Perthes. p. 28. Translatio Anglica: *Are our Gospels genuine, or not?;* a T. J. Ormerod, Norwich, Eng., 1869. 8°. p. 28.

Appendix Novi Testam. Vaticani. Inest Apocalypsis ex cod. unciali Vatic. 2066. cum supplementis et emendationibus N. T. Vaticani. Item illustratur editio cod. Vat. Romana nuperrima. Lipsiae: Giesecke et Devrient. 4°. p. xviii, 20. 15 Ngr.

Conlatio critica cod. Sin. cum textu Elzeviriano, Vatic. quoque cod. ratione habita. Lipsiae: Mendelssohn. p. xxii, 109. 15 Ngr.

Monumenta sacra inedita. Nova collectio. Vol. iv. Psalterium Turicense purpureum septimi fere saeculi

addito Danihelis libro ex cod. prophetarum Marchaliano nunc Vaticano VI. vel VII. saeculi. Lipsiae: Hinrichs. 4°. p. xxiii, 296. Cum tabula. 16 Thlr.

1869. Allg. Zeit. (A.) 1869. Nr. 178, Leipzig; 346, Mariendogma.

1870. Responsa ad calumnias Romanas. Lipsiae: Brockhaus. 8°. p. 54. 10 Ngr. Die 31 octobris anni 1869 data. Animadverte diem esse Reformationis anniversarium.

Monumenta sacra inedita. Nova collectio. Vol. ix. Codex Laudianus sive actus apostolorum Gr. et Lat. ex cod. olim Laudiano iam Bodleiano sexti fere saeculi. Addita sunt nonnulla ex celebri cod. prophetarum Marchaliano Vaticano. Lipsiae: Hinrichs. 4°. p. xxxiv (1), 248. Cum tabula. 16 Thlr.

1871. Die Sinaibibel. Ihre Entdeckung, Herausgabe und Erwerbung. Nebst 2 Tafeln. Leipzig: Giesecke und Devrient. 8°. ff. 2, p. 93. 24 Ngr.

Allg. Zeit. (A.) 1871. Nr. 191. 192, Synode.

1872. Die evangel. Alliance-Deputation an Kaiser Alexander zu Friedrichshafen. Zur Abwehr der groben Entstellungen und Verleumdungen des Herrn v. Wurstenberger. Leipzig: Brockhaus. p. x, 40. 8 Ngr.

N. T. Graece. Ad antiquissimos testes denuo recensuit C. de T. Editio critica minor ex ed. viii. maiore desumpta. Pars i. Lipsiae: Mendelssohn. 8°. f. 1, p. 608. Pars ii. Lipsiae: Hinrichs 1877. ff. 2. („Notantur interim"), p. 609—1056.

Allg. Zeit. (A.) 1872. Nr. 181, Serailsbibliothek.

Die Pilatusakten und das Johannesevangelium. *Allgemeine Evangelisch-Lutherische Kirchenzeitung*, Nr. 23. Leipzig, 1872. 7. Jun. coll. 413—418.

1873. Clementis Romani epistulae. Ad ipsius cod. Alexandrini fidem ac modum repetitis curis ed. C. de T. Lipsiae: Hinrichs. 4°. p. xx, 44. Cum tabula. 3 Thlr. Editio prima in: App. codd. celeberrim, etc. 1867.

Haben wir den ächten Schrifttext der Evangelisten und Apostel? Leipzig: Giesecke und Devrient. 8°. p. 25 (1). Cum tabula. 15 Ngr. A W. A. Smithio translatus: *Presbyterian Quarterly and Princeton Review*, Oct. 1874.

Biblia sacra Latina Veteris Testam. Hieronymo interprete ex antiquissima auctoritate in stichos descripta. Vulgatam lectionem ex editione Clementina principe a. MDXCII et Romana ultima a. MDCCCLXI repetitam testimonium comitatur

codicis Amiatini Latinorum omnium antiquissimi. Editionem instituit suasore Chr. Car. Josia de Bunsen Th. Heyse, ad finem perduxit C. de T. Cum tabula. Lipsiae: Brockhaus. 8°. p. lxxii, 991. 5 Thlr. 10 Ngr.

1873. N. T. Gr. Ad editionem suam viii. crit. maiorem conformavit, lectionibusque Sinaiticis et Vaticanis item Elzevirianis instruxit C. de T. Lipsiae: Brockhaus. 8°. p. xxxii, 419.

Prolegomena huius editionis, quae ultima Tischendorfio curae fuit, data sunt mense ianuario anni 1873.

1874. Liber Psalmorum. Hebr. atque Lat. ab Hieronymo ex Hebraeo conversus. Consociata opera edd. C. de Tischendorf, S. Baer, Fr. Delitzsch. Lipsiae: Brockhaus. 8°. p. xvi, 190.

* *
*

Legentium intererit cognoscere quomodo Tischendorfius editiones suas numeraverit: I. 1841 Lipsiae; — II. III. 1842 Parisiis; — IV. **1849** Lipsiae; — V. 1850. 1862. 1873. 1876. 1878. 1879. 1880. Lipsiae: Tauchnitz; — VI. 1854. 1855. 1857. 1858. 1861. 1864. 1867. 1870. 1873. 1875. 1877. 1878. 1880. 1881 (Triglotta et academica) Lipsiae: Mendelssohn; — VII. **1859** mai. et min.; — VIII. **1869—1872** mai. et min. [IX. 1873 Lipsiae: Brockhaus.]

* *
*

Multa praeterea molitus est, ex quibus haec apponimus:

Monumenta sacra inedita. Nova collectio. Vol. vii. (Chrysostomi cod. Guelferbytanus vi. fere p. Chr. saeculi, cum aliis Chrysostomi fragmentis uncialibus). Vol. viii. (Reliquiae textus sacri utriusque ex pluribus codd. palimps. aliisque veterrimis). — N. T. Gr. Editio viii. crit. maior. Vol. iii. (Prolegomena). — N. T. Gr. Editio viii. crit. minor. (Prolegomena). — Reliquiae Graecarum litterarum antiquissimae sive Menandri, Euripidis, Cassii Dionis fragmenta ex membranis iv. et v. saeculi. Item fragmenta grammatica ex foliis palimpsestis saec. vii. — De evangeliorum apocr. similiumque librorum origine et usu. — Palaeographia Graeca. Cum tabulis plus centum formae maximae, etc.

Ex his quae edere Tischendorfius cogitaverat, vereor ut libri quos ultimo loco commemoravi prodituri sint. Nam vir ille clarissimus multa et magna, quae mente et memoria volvebat, ipse

quidem celerrime publici iuris erat facturus, si tempus ei concessum fuisset; haec tamen cum non nisi trunca quaedam schedis commisisset nemo fere ex notitiis eius maxime exiguis excutere et in libros redigere poterit.

Editionem Novi Testamenti Graece criticam octavam, utriusque formae maioris et minoris, speramus pro viribus nostris his paginis ad finem perductum iri.

Monumentorum sacrorum ineditorum volumen septimum, quod Chrysostomi scripta continebit, edendum curabit bibliothecarius Gottingensis Oscar de Gebhardt, quem inter omnes constat esse harum rerum peritissimum. Simulatque prolegomena haec absoluta fuerit, mihi in animo est Monumentorum volumen octavum, reliquias textus sacri continens, edere.

II.

DE APPARATU CRITICO.

paginae

1. De codicibus Graecis . . . . . 25—33
2. De antiquis interpretationibus . . . . 34—37
3. De scriptoribus ecclesiasticis . . . . 37—42
4. De editionibus . . . . . 42—44

II.

DE APPARATU CRITICO.

Ad editionem suam hanc octavam conficiendam, quam sane ultimam fore sperabat, fecit Tischendorfius omnia ut apparatum criticum ipse locupletaret et ea quae ab aliis ex quocunque fonte hausta erant perviderent componeretque in notas suas, quatenus necesse esset, unde fit ut editio copias in primis quod ad lectionum variarum testes attinet singulares atque eximias praebeat. In apparatu critico distinguenda sunt quattuor haec: codices Graeci, versiones antiquae, scriptores ecclesiastici, editiones.

1.

DE CODICIBUS GRAECIS.

Primum breviter dicendum est, qui codices Tischendorfii opera detecti, in criticum usum conversi, editi, transcripti, conlati sint, tum quibus codicibus ab aliis vel editis vel conlatis Tischendorfius usus sit.

(1.) Hi *detecti* sunt a Tischendorfio:

ℵ: codex Sinaiticus, nunc Petropolitanus, solus totum Novum Testamentum integrum continens, saeculi quarti;

G^{act}: fragmentum parvum, nunc Petropolitanum, actuum, saeculi septimi;

I: fragmenta septem palimpsesta, nunc Petropolitana, evangeliorum, actuum, epistularum, saeculorum quinti sexti septimi;

N^{paul}: fragmenta duo, nunc Petropolitana, epistularum ad Galatas et ad Hebraeos, saeculi fere noni;

O^{a}: exemplum Guelferbytanum hymnorum ex Lucae evangelio sumptorum, saeculi noni;

O^{paul}: fragmentum parvum, nunc Petropolitanum, epistulae alterius ad Corinthios, saeculi fere sexti;

T^{b}: fragmenta, nunc Petropolitana, evangelii Iohannis, saeculi fere sexti;

T^{d}: fragmenta Romana, evangeliorum Matthaei Marci Iohannis, saeculi fere sexti;

Γ: codex, nunc partim Bodleianus Oxoniensis partim Petropolitanus, evangeliorum Lucae et Iohannis integrorum Matthaei et Marci fere integrorum, saeculi noni;

Θ^{a}: fragmenta pauca, nunc Lipsiensia, evangelii Matthaei, saeculi septimi;

Θ^{b}: fragmenta Petropolitana, Matthaei et Marci, saeculi fere septimi;

Θ^{c}: fragmenta Petropolitana, Matthaei et Iohannis (Iohannis sunt a Porfirio reperta), saeculi sexti;

Θ^{d}: fragmentum parvum Petropolitanum, evangelii Lucae, saeculi fere octavi;

Λ: codex, nunc Bodleianus, evangeliorum Lucae et Iohannis integer (Mt Mc vide infra, p. 27. ll. 6. 7), saeculi noni;

Π: codex, nunc Petropolitanus, quattuor evangeliorum, saeculi noni;

Item evangeliarium palimpsestum, nunc Lipsiense (codex Tischendorfianus V in bibliotheca Paulina universitatis), saeculi fere noni; codex Lipsiensis, Tischendorfianus VI, continens fragmentum epistulae ad Hebraeos ex praxapostolo, saeculi decimi; codex palimpsestus bis

rescriptus nunc Petropolitanus, fragmenta actuum et epistulae secundae ad Corinthios continens, saeculi fortasse noni.[1] Praeterea codices minusculis litteris scripti, quattuor evangeliorum codex Lipsiensis (codex Tischendorfianus IV in bibliotheca Paulina universitatis) saeculi decimi vel potius fortasse undecimi; codex Matthaei et Marci, nunc Petropolitanus, saeculi fere decimi;[2] quattuor evangeliorum codex, nunc Petropolitanus, saeculi duodecimi;[3] fragmenta codicis evangeliorum, nunc Petropolitana, saeculi duodecimi;[4] actuum codex insignis 61, nunc Musei Britannici, anni 1044; fragmenta praxapostoli, nunc Petropolitana, saeculi fere duodecimi.[5]

(2.) Hi *primum* a Tischendorfio *in criticum usum conversi* sunt praeter quos ipse detexit codices:

F^a: fragmenta pauca Parisiensia, evangeliorum actuum epistularum, saeculi fere septimi, quibus maxima ex parte Tischendorfius primus usus est;

I^b: fragmenta pauca palimpsesta, Musei Britannici, evangelii Iohannis, saeculi fere quinti;

N: fragmenta purpureo-argentea, Vindobonae, Londinii Romae, in primis in insula Patmo, servata, Matthaei Marci Lucae Iohannis, saeculi fere sexti, ex quibus Tischendorfius Patmia primus adhibuit;

O^b: codex Bodleianus, hymnorum ex Lucae evangelio, saeculi noni;

$O^{b\,paul}$: folium Moscuense, fragmentum parvum epistulae ad Ephesios, saeculi sexti (vol. 1, pag. v est R);

[1] Tischendorf, *Notitia* etc. Lipsiae a. 1860, p. 56 num. 15.

[2] Ibid. p. 58 num. 2. [3] Ibid. p. 60 num. 4.

[4] Ibid. p. 64 num. 16.

[5] Ibid. p. 63 num. 11. De codicibus Veteris Testamenti deque aliis a Tischendorfio inventis, vide *Anecdota sacra et profana*, Lipsiae a. 1855, ed. repetit. a. 1861, et librum *Notitia* etc. ante laudatum, item praefationem ad editionem eius quintam Veteris Testamenti Graece iuxta LXX. intt., Lipsiae a. 1875, p. vi.

O^c: codex Veronensis, hymnorum ex Lucae evangelio, saeculi sexti;

O^d: codex Turicensis, hymnorum ex Lucae evangelio, saeculi septimi;

O^e: codex Sangallensis, hymnorum ex Lucae evangelio, saeculi noni;

O^f: codex Moscuensis, hymnorum ex Lucae evangelio, saeculi noni;

$P^{act\ cath\ paul\ apoc}$: codex palimpsestus, in libris v. cl. Porfirii episcopi Petropolitani, actuum epistularum apocalypsis, saeculi fere noni ineuntis;

Q^{paul}: fragmenta papyracea, quae v. cl. Porfirii episcopi Petropolitani sunt, epistulae prioris ad Corinthios, saeculi fere quinti;

R: codex palimpsestus, nunc Musei Britannici, fragmenta multa evangelii Lucae continens, saeculi sexti;

R^{paul}: fragmentum Cryptoferratense, epist. 2 ad Cor, saeculi fere octavi (in app. crit.; non vol. 1, pag. v.);

T^a: fragmenta Romana, Lucae et Iohannis, quae partim Tischendorfius primus adhibuit;

T^c: fragmenta, a v. cl. Porfirio inventa, evangelii Matthaei, saeculi fortasse sexti;

W^b: fragmenta rescripta, Neapolitana, Matthaei Marci Lucae, saeculi fere octavi;

W^c: fragmenta Sangallensia, Marci et Lucae, saeculi noni;

W^d: fragmenta Cantabrigiensia, evangelii Marci, saeculi fere noni;

W^e: fragmenta Oxoniensia, evangelii Iohannis, saeculi fere noni (fol. 7 nova Athona contulit v. cl. P. E. Pusey);

Θ^e: fragmentum Porfirianum, evangelii Matthaei, saeculi sexti;

Θ^f: fragmenta Porfiriana, Matthaei et Marci, saeculi sexti;

Θ^g: fragmentum Porfirianum, evang. Iohannis, saeculi sexti;

Θ^h: fragmenta Graeco-Arabica, Porfiriana, evangelii Matthaei, saeculi fere decimi.

Item evangeliaria Venetum et Carpentoractense.

(3.) Hi *editi* sunt a Tischendorfio;

א: vide ante; ter editus;

B: codex praestantissimus Vaticanus, cui desunt non nisi epistulae ad Hebraeos pars, epistula ad Timotheum utraque, ad Titum, ad Philemonem, apocalypsis, saeculi quarti;

B^{apoc}: codex Vaticanus apocalypsis, quem Tischendorfius venia transcribendi non concessa ex collatione edidit, saeculi octavi exeuntis;

C: codex Ephraemi Syri rescriptus, Parisiensis, maiorem Novi Testamenti partem continens, saeculi quinti, qui codex ante editionem Tischendorfianam minime accurate laudatus erat;

D^{paul}: codex Claromontanus, Graeco-Latinus, Parisiensis, epistularum Pauli, saeculi sexti;

E^{act}: codex Laudianus, Graeco-Latinus, Bodleianus Oxoniensis, actuum, saeculi sexti exeuntis, quem Hearnius non satis recte ediderat;

F^{a}: vide supra;

I: vide supra; I^{b}: vide supra;

L^{evv}: codex Parisiensis, quattuor evangeliorum, saeculi fere octavi;

M^{paul}: fragmenta Hamburgensia et Londinensia epistularum ad Corinthios et ad Hebraeos, saeculi noni;

N: vide ante; edidit Tischendorfius partem antea notam;

O^{a}: vide supra;

P^{evv}: codex rescriptus, Guelferbytanus, in primis Lucae cum fragmentis Matthaei Marci Iohannis, saeculi fere sexti, quem Knittelius imperfecte ediderat;

$P^{act\ cath\ paul\ apoc}$: vide supra;

Q^{evv}: codex rescriptus, Guelferbytanus, fragmenta Lucae et Iohannis continens, saeculi quinti quem Knittelius imperfecte ediderat;

R: vide supra;

W^{a}: fragmenta Parisiensia, evangelii Lucae, saeculi fere octavi;

W^c: vide supra;

Y: fragmenta Barberina Romana, evangelii Iohannis, saeculi fere octavi;

Θ^a: vide supra;

Item fragmenta palimpsesta duorum evangeliariorum, altera Venetiis (unde ven) altera Romae in bibliotheca Barberina (unde barb) inventa, saeculi fere octavi.

Parabat praeterea Tischendorfius editionem codicum horum: G^{act} N^{evv} partis nuper inventae N^{paul} O^{paul} Q^{paul} T^{abcd} $\Theta^{bcdefgh}$.

(4.) Hi *exscripti* sunt a Tischendorfio:

H^{paul}: fragmenta Coisliniana, a Montefalconio iam edita neque accuratissime, et folia duo Moscuensia quae v. cl. Sabas partim edidit facsimili anno 1863, et pars nova, folia quattuor Porfirii episcopi et Antonii archimandritae, epistularum Pauli, saeculi sexti (folia novem nova Athona edidit Duchesnius);

M^{evv}: codex Parisiensis, evangeliorum, saeculi noni;

O^{evv}: fragmenta Moscuensia, evangelii Iohannis, saeculi fere noni;

Π: vide supra;

(5.) Hi *conlati* sunt accurate a Tischendorfio:

E^{evv}: codex Basileensis, evangeliorum, saeculi octavi;

F^{paul}: codex Augiensis, nunc Cantabrigiensis, epistularum Pauli, saeculi noni exeuntis, a viro eruditissimo F. H. A. Scrivenero accuratissime editus a. 1859;

G^{evv}: codex Musei Britannici, evangeliorum, saeculi noni vel decimi;

H^{evv}: codex Hamburgensis, evangeliorum, saeculi noni vel decimi;

H^{act}: codex Mutinensis, actuum, saeculi fere noni;

K^{evv}: codex Cyprius, nunc Parisiensis, evangg., saeculi noni;

$L^{act\ cath\ paul}$: codex Romanus, act. et epist., saeculi noni;

$O^{b\ paul}$: folium Moscuense, epistulae ad Ephesios, saeculi sexti;

S: codex Vaticanus, evangeliorum, anni 949;
U: codex Venetus, evangeliorum, saeculi fere decimi;
X: codex Monacensis, evangeliorum, saeculi fere decimi;
Γ: vide supra;
Λ: vide supra.

Contulit etiam Tischendorfius multos locos evangeliarii Carpentoractensis, saeculi noni. Ad aliquot collationes Tischendorfianas post etiam valuit Tregellesii industria, ad id ipsum Lipsiam profecti ut eas cum suis conferret.

CONSPECTUS CODICUM SUPRA DICTORUM.

Detecti.	*Primum adhibiti.*	*Editi.*	*Exscripti.*	*Conlati.*
ℵ	F^{a}	ℵ	H^{paul}	E^{evv}
G^{act}	I^{b}	B	M^{evv}	F^{paul}
I	N^{evv}	B^{apoc}	O^{evv}	G^{evv}
N^{paul}	O^{b}	C	Π	H^{evv}
O^{a}	$O^{b\ paul}$	D^{paul}		H^{act}
O^{paul}	O^{c}	E^{act}		K^{evv}
T^{b}	O^{d}	F^{a}		$L^{act\ cath\ paul}$
T^{d}	O^{e}	I		$O^{b\ paul}$
Γ	O^{f}	I^{b}		S
$Θ^{a}$	$P^{act\ cath\ paul\ apoc}$	L^{evv}		U
$Θ^{b}$	Q^{paul}	M^{paul}		X
$Θ^{c}$	R^{evv}	N		Γ
$Θ^{d}$	R^{paul}	O^{a}		Λ
Λ	T^{a}	P^{evv}		
Π	T^{c}	$P^{act\ cath\ paul\ apoc}$		
	W^{b}	Q^{evv}		
	W^{c}	R^{evv}		
	W^{d}	W^{a}		
	W^{e}	W^{c}		
	$Θ^{e}$	Y		
	$Θ^{f}$	$Θ^{a}$		
	$Θ^{g}$			
	$Θ^{h}$			

Restant codices A $D^{evv\ act}$ E^{paul} F^{evv} G^{paul} $G^{b\ act}$ $K^{cath\ paul}$ T^{e} W^{f} V Z Δ Ξ Σ. Ex his iam editi sunt:
A: codex Alexandrinus, nunc Londinensis, qui magnam Novi Testamenti partem continet, saeculi quinti;

D: codex Bezae Graeco-Latinus, Cantabrigiensis, evangeliorum et actuum, saeculi sexti;

F: codex Boreeli, nunc Rheno-Traiectinus, evangeliorum, saeculi noni exeuntis;

G^{paul}: codex Boernerianus, Dresdensis, epistularum Pauli, saeculi noni exeuntis;

$G^{b\,act}$: codex Vaticanus Romanus, fragmenta actuum, saeculi noni;

Z: codex rescriptus Dublinensis, fragmenta evangelii Matthaei, saeculi sexti;

Δ: codex Graeco-Latinus, Sangallensis, evangeliorum, saeculi fere noni;

Ξ: codex rescriptus Zacynthius, nunc Londinensis, evangelii Lucae fragmenta, saeculi octavi.

Tischendorfius non solum editionibus horum codicum praeter $G^{b\,act}$ quam accuratissime usus est in lectionibus variis conligendis, sed etiam codices omnes ipsos praeter $G^{b\,act}$ et Z codicem Dublinensem, ipse percurrendo examinavit palaeographicae maxime rationis causa.

Lectiones codicum Moscuensium utriusque saeculi fere noni, K epistularum et V evangeliorum hausit Tischendorfius ex opere Matthaeiano, quamquam codices ipse etiam percurrit.

Lectiones fragmenti Cantabrigiensis T^{e} evangelii Matthaei ex appendice ad N. T. Gr. Tregellesianum hausi — notitiam fragmenti Oxoniensis W^{f} evangelii Marci hausi ex descriptione Vansittartii in actis philologicis; — lectiones nonnullas codicis Σ Rossanensis excerpsi ex notitia huius codicis a vv. cll. Gebhardtio Harnackioque edita.

Denique E, codex Graeco-Latinus, Sangermanensis, nunc Petropolitanus, epistularum Pauli, saeculi fere noni, cum apographum vitiosum codicis D sit, quod ad Graecam saltem partem attinet minoris aestimandus est.

Ex codicibus uncialibus supra dictis accesserunt ad eos qui iam septimae editioni adhibiti sunt, hice:

1. ad *evangelia* viginti: ℵ N pars nova (O^f) (R pars nova) T pars nova T^b T^c T^d T^e W^b (W^e) (W^f: v. cl. Vansittartius non exhibuit lectiones fragmenti W^f) Γ pars nova Θ^b Θ^c Θ^d Θ^e Θ^f Θ^g Θ^h Ξ Π (Σ);
2. ad *actus* quattuor: ℵ G G^b P;
3. ad *epistulas catholicas* duo: ℵ P;
4. ad *epistulas Pauli* octo: ℵ H pars nova N O O P Q R;
5. ad *apocalypsim* duo: ℵ P.

De codicibus uncialibus haec.

CODICES MINUSCULI.

Quamquam Tischendorfius omni opera atque studio incubuit in codicum uncialium usum, tamen in hac etiam editione octava conficienda codices minusculos non neglexit, multa codicum horum testimonia sane delens propter copias novas ex testibus praestantioribus, multa nihilominus vel addens, vel accuratius definiens, quos ad usus editiones Novi Testamenti Graece a Wetstenio, Griesbachio (erat praeterea in manibus Tischendorfii exemplar Novi Testamenti Wetsteniani in quo Griesbachius lectiones aliquot codicum minusculorum manu adscripserat), Scholzio, Tregellesio, in primis a Matthaeio instructas, et conlationes Birchii, Alteri, Dermoutii, Rinckii, Fleckii, Reichii, Muralti adhibuit, maximis autem copiis a viro de codicibus et uncialibus et minusculis optime merito F. H. A. Scrivenero acceptis, qui anno 1853 conlationem viginti codicum Anglicorum ad evangeliorum textum et anno 1859 lectiones ex quinquaginta codicibus in fine editionis codicis Augiensis publici iuris fecit. Praeterea multis locis in testimonium invocavit Tischendorfius codices minusculos supra dictos[1] in oriente repertos, praesertim codicem 61 testem textus actuum maxime insignem.

[1] Vide supra, p. 27.

2.

DE ANTIQUIS INTERPRETATIONIBUS.

VERSIONES LATINAE.

Inter antiquas interpretationes impendit Tischendorfius maximam curam versionibus Latinis cum Vulgatae, quam dicunt, stirpis tum Italae, quibus quidem plures ob causas praeter ceteras magna est in restituendo ipsorum apostolorum textu auctoritas.

Itala.

Atque ex Italis quidem documentis non satis habuit aliquot prae ceteris deligere dubia laude ornata, sed quidquid eorum aetatem tulit religiose in rem criticam convertit. Ex celeberrimis Blanchini et Sabatarii operibus petiit lectiones codicum *a* Vercellensis, — *b* Veronensis, — *c* Colbertini, — *f* Brixiani, — ff^1 et ff^2 utriusque Corbeiensis, — g^1 et g^2 utriusque Sangermanensis; — item *i* Vindobonensis ex Alteri transcriptione, — *l* Rehdigerani Vratislaviensis ex editione Friderici Haase, — *h* olim Claromontani nunc Vaticani ex editione Angeli Maii, — *s* Ambrosiani ex editione Ceriani, qui quidem omnes ad evangeliorum textum spectant; — item *d* Cantabrigiensis ad evangelia et actus ex Kiplingii et ex Scriveneri operibus, — *f* codicis Graeco-Latini Augiensis epistularum Pauli ex Scriveneri editione (re vera est Vulgatae versionis textus, hic illic e textu Graeco corruptus), — *g* Boerneriani Dresdensis ad epistulas Pauli ex ipsius codicis editione Matthaeiana, — *ff* Corbeiensis ad Iacobi epistulam ex Iohanne Martianay; — item *m* codicis antiquissimi Speculi Pseudo-Augustiniani per totum fere Novum Testamentum ex adnotationibus vel editione Angeli Maii.

Edidit ipse Tischendorfius codices hos Italos: — *d* Claromontanum, epistularum Pauli, cum Graeco eiusdem codicis textu, — *e* Palatinum nunc Vindobonensem,

evangeliorum, — *e* Laudianum, actuum, — *guelf* sive *guelph* Guelferbytanum, fragmenta epistulae ad Romanos, — *k* Bobbiensem nunc Taurinensem, fragmenta Matthaei et Marci antiquissima.

Ad edendum ex apographis suis destinaverat: — *n* Sangallensem, fragmenta evangelii Marci saeculi fere quinti, — *o* Sangallensem, versus extremos evangelii Marci, saeculi septimi vel octavi, — *p* Sangallensem, fragmentum evangelii Iohannis saeculi septimi vel octavi, — *q* Monacensem, evangeliorum, saeculi fere sexti.

Denique addidit lectiones ex his codicibus: — *e* Sangermanensi nunc Petropolitano, epistularum Pauli, saeculi noni, — *r* Monacensi, epistularum Pauli, saeculi quinti vel sexti, quem vir cl. Leo Zieglerus nunc edidit, — *s* Vindobonensi, fragmenta rescripta actuum et duarum epistularum catholicarum (in epp. cath. est Vulgatae textus).

Vulgata.

Etsi Italicis Latini textus testibus et aetate et auctoritate cedunt, tamen utraque ratione prope illis accedunt antiquissimi nostri Vulgatae codices, quorum fere triginta eosque millenarios omnes ad apparatum adhibuit Tischendorfius, plurimos excerpens ex Sabatarii Bibliis Latinis, ex Evangeliario quadruplice Blanchini atque eiusdem Vindiciis canonicarum Scripturarum, ex Griesbachii Symbolis criticis, ex editione Novi Testamenti Matthaeiana, ex libellis Sanftli et Dobrowskii, ex adnotationibus Alteri et Lachmanni, ex editione codicis Fuldensis a viro cl. Ernesto Ranke facta.

Edidit ipse Tischendorfius codicem Amiatinum, et praeterea adhibuit codices Sangallensem saeculi sexti, Ingolstadiensem Monacensem saeculi septimi, passim conferens codices Guelferbytanum saeculi quinti, Parisiensem saeculi septimi. Lectiones codicis Taurinensis ex litteris v. cl. Peyronii videtur hausisse. Nisi fallor, codices Vulgatae novos nullos ad editionem hanc octavam adhibuit, lectionum autem testimonia hic illic locupletavit.

VERSIONES ORIENTALES.

In versionibus orientalibus excutiendis nisus est Tischendorfius operibus virorum linguarum orientalium peritorum. Non pauca ex Tregellesii N. T. Gr. hausit.

Syriacae. Lectiones interpretationis Syriacae quam Peshito vel simplicem vocant ex editione Schaafiana, Syriacae quam Curetonianam vocant ex editione Guilelmi Cureton, Syriacae quam posteriorem sive Philoxenianam vocant ex editione a Josepho White publici iuris facta, variae codicum Philoxenianae versionis Assemanianorum ex libro praestantissimo Adleri, Evangeliarii Hierosolymitani ex nupera editione comitis Francisci Miniscalchi Erizzo, haustae sunt.

Aegyptiacae. Lectiones interpretationum Memphiticae, Sahidicae, Basmuricae quotquot ad evangelia spectant ex editione Schwartzii, interpretationis Memphiticae quotquot ad actus epistulas apocalypsim spectant ex editione Wilkinsii, fragmentorum Sahidicorum ex opere Woidii haustae sunt, Münteri libello de versione Sahidica atque Engelbrethi libello de Basmurica non neglectis.

Aethiopica. Consuluit Tischendorfius in lectionibus Aethiopicis notandis versionis Aethiopicae interpretationem a Chr. Augusto Bode factam, multa quoque apposuit quae vir cl. Gildemeisterus ex editione Thomae Pell Platt ad maximam Novi Testamenti partem excerpsit.

Armenica. Hausit Tischendorfius lectiones interpretationis Armenicae in primis ex editione Novi Testamenti Graece Scholziana hac in re bene instructa, addidit etiam quae in Wetstenii Novi Testamenti Graece exemplo Griesbachiano, in Alteri circa lectiones Armenicas et Georgianas animadversionibus, in Petermanni commentario ex Armenica et Iberica in epistulam ad Philemonem, notata invenit.

Arabicae. Biblia polyglotta Londinensia lectiones Arabicas praebuerunt; praeterea Novi Testamenti Milliani exemplar notis plurimis Christiani Benedicti Michaelis linguarum orientalium peritissimi insigne, Erpenii lectionem multis locis suppeditabat. His accesserunt Scholzii notae ex Vaticano libro, lectiones fragmentorum Tischendorfianorum Lipsiensium epistulae ad Colossenses a viro cl. Gildemeistero erutae, lectiones aliquot codicis epistularum Pauli nuper Petropolim translati et aetate et origine insignis.

VERSIONES OCCIDENTALES.

Postquam de interpretationibus Latinis atque orientalibus expositum est, restat ut notemus de versionibus quattuor occidentalibus, Tischendorfium lectiones hausisse — *Gothicas*, in quibus non mediocre rei criticae momentum est, ex editione virorum cll. de Gabelentz et Loebe, — *Slavonicas* ex iis quas Dobrowsky cum Griesbachio communicavit, item nonnullas ex adnotationibus Eduardi de Muralto, — *Anglo-Saxonicas* ex Beniamin Thorpii editione, — *Francicas* quotquot ad Matthaei evangelium spectant ex editione I. Andreae Schmelleri.

3.

DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

Tischendorfio patrum scripta in rem criticam convertenti patebat immensus laborum campus, quem etsi totum emetiri ei minime licebat, tamen non potuit quin multa quae in primis vim habere videbantur ad negotium criticum adiuvandum omni studio susciperet.

Saecula tria prima. Propterea quaecumque textus sacri testimonia ex tribus primis saeculis supersunt ex ipsis fontibus hausit. Pertinent huc patrum apostolicorum opera, unde paulo saepius reliquis adferenda erat Polycarpi epistula. Cum Ignatio etiam interpolatae

eius epistulae excussae sunt, cum Clemente Romano etiam quae eius nomine circumferuntur Homiliae. Adhibita sunt praeterea fragmenta ex evangelio Hebraeorum vel Ebionitarum vel Nazaraeorum a veteribus exscripta. Iustini non raro, in evangelio potissimum Matthaei, habita est ratio; sed neque ea neglexit Tischendorfius quae Iustini nomini adscripta sunt, ut expositio rectae fidei, epistula ad Zenam, quaestiones et responsiones ad orthodoxos, quo libro saepe usus est, item epistula ad Diognetum. Iustino aetate proximus est Marcion. Eius quidquid apud Epiphanium et Tertullianum aliosque esse perhibetur, id omne diligentissime perquisivit, unde commentarius ad Lucae evangelium ac plures Pauli epistulas magnopere locupletatus est. Cum Marcione componere licebit gnosticos eos multos, quorum reliquias patres servarunt, ut Theodoti Antitactarum aliorumque Clemens, Heracleonis Origenes, Ptolemaei Carpocratis Encratitarum aliorumque Epiphanius, Valentinianorum Marcosiorum aliorumque Irenaeus, Valentini Basilidis Apellis Docetarum Naassenorum Peratarum aliorumque Hippolytus in Philosophumenis nuper repertis, ut praetereamus similia: ex istis vero omnibus incrementa apparatus Tischendorfii petita sunt. Pertinet huc etiam Pistis Sophia, liber gnosticus saeculi fortasse tertii Sahidice scriptus. Item rationem habere placuit idoneis locis protevangelii quod dicitur Iacobi, evangelii Pseudo-Thomae, actuum quae feruntur Pilati. A quibus apocrypharum litterarum luminibus ad ipsos patres redeunti, praeter eos qui raro adhiberi poterant, ut Athenagoras, Theophilus, Petrus Alexandrinus, Gregorius Thaumaturgus, commemorandi sunt Irenaeus, quem quidem paucis exceptis ex veterrimo tantum interprete Latino novimus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Hippolytus, Dialogus contra Marcionitas, Constitutiones quae dicuntur Apostolicae, Methodius. Ex his omnibus testimoniorum multo plura eaque ipsa curiose delecta in hanc editionem conlata sunt quam in aliam ullam priorem.

Nec vero tribus primis saeculis acquiescendum Tischendorfio videbatur, etsi immensam messem prae reliquis cum Clemente et Irenaeo praebebat Origenes, cuius etiam interpretes, a Lachmanno plane neglectos neque a Griesbachio in Symbolis criticis excerptos, persaepe consuluit. Perrectum igitur est studiis eius ad patres quarti et quinti saeculi, quorum ex numero in primis nominandi sunt Eusebius, Didymus, Athanasius, Epiphanius, Basilius. Eusebii demonstratio evangelica, pro multitudine locorum sacrorum ibi adscriptorum primo loco ponenda, libri contra Marcellum cum tot ipsius Marcelli locis, historia ecclesiastica, commentarii in psalmos et in Esaiam (et in Lucam apud A. Maium), eclogae propheticae, fragmenta permulta ab Angelo Maio edita, in quibus etiam sunt quaestiones evangelicae ad Stephanum et ad Marinum, saepissime magnoque cum fructu adhibita sunt: gravis etiam eo est Eusebius quod scriptorum antiquiorum multa fragmenta passim usus critici servavit; venit in mentem Polycratis, Apollonii, Iulii Africani, epistulae ecclesiae Viennensis et Lugdunensis, Phileae, Dionysii Alexandrini. Sed etiam reliqui quattuor modo indicati plurima praebuerunt a prioribus editoribus neglecta. Et Epiphanius quidem difficilem usum propterea habuit quod, cum editionis Petavianae index indicet paucissima, per omnes fere paginas examinandus erat; in Didymo vero multum profuerunt Guerikii liber de schola Alexandrina catechetica et Mingarellii index libri de Trinitate. Iam sequuntur triumviri, „versati nocturna manu versati diurna," Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, quorum nomina aliquot locorum millibus adscribenda erant. Ad Chrysostomum subsidium gravissimum nactus est Tischendorfius ex codice saeculi sexti septemdecim homilias in Matthaeum continente, quem transcripsit Guelferbyti; praeterea etiam codicum Moscuensium plerumque ratio est habita. Cyrillum autem Alexandrinum magno studio eo libentius excussit cum ex

commentariis eius in Iohannis evangelium, quae ad verbum percensebat, satis intellexisset textum scriptorum eius non male ad nos pervenisse. Etiam alterius Cyrilli, episcopi Hierosolymitani, opus catecheticum perlustravit totum. Item Theodori Mopsuesteni fragmenta ex catenis collecta, item locis multis Chronicon paschale; item Iohannis Damasceni plura, maxime commentarios in Pauli epistulas et quae in parallelis sacris ad easdem spectant, ratione habita in primis codicis Rupefucaldensis saeculi fere octavi; item maxime ad apostolorum actus et epistulas catholicas, propter antiquiorum testimoniorum paucitatem, Theophylactum (in actis ex duplici textu ac triplici) et Oecumenium; item ad evangelia Euthymium. Ad evangelium Iohannis singulari studio Nonni metaphrasim adhibuit; item ad apocalypsim Andreae et Arethae commentaria, quorum priora quidem non tantum ex duobus codicibus dudum excussis, sed etiam ex insigni codice Coisliniano a se ipso Parisiis pertractato dedit. Ad Aretham vero dudum editum addere licebat ea quae recenti memoria Crameri industria in catena exhibuit.

Potiora igitur haec quidem ex Tischendorfianis circa patres Graecos laboribus. Ex iis autem qui passim tantum adhibiti sunt, sive ipsi pauca reliquerunt sive rarius scripta eorum a Tischendorfio consulta sunt, notabiliores saeculorum trium priorum iam supra commemorati sunt; addendi vero sunt alii permulti, quorum satis erit nominasse Amphilochium, Anastasium Sinaitam, Caesarium, Cosmam, Ephraim Syrum ex vetere interprete Graeco, Euthalium, Eutherium, Leontium Byzantinum, Marcum Diadochum, Marcum Monachum, Maximum Confessorem, Gregorium Nyssenum, Philonem Carpasium, Photium, Theodotum Ancyranum, Titum Bostrensem.

Catenae.

Denique huc pertinent quae ex catenis peti poterant subsidia critica. Quo in litterarum genere catenae in omnes Novi Testamenti libros eminent quae debentur curis I. A. Crameri, viri studiosissimi ac meritissimi. Octo volumina quae foras dedit, non pari illa

quidem pretio, excussit Tischendorfius omnia, consultis insuper catenis quas dudum Possinus et Nicephorus recentique memoria A. Maius publicarunt. Prodeunt ex illis libris in commentario editionis huius Tischendorfii praeter alios iam notatos, in quibus primum locum tenet Origenes propter fragmenta praestantissima commentarii dudum deperditi in epistulam ad Ephesios, Acacius, Ammonius, Apollinaris, Asterius, Diodorus, Gennadius, Hesychius Hierosolymitanus, Iohannes Geometer et Olympiodorus (uterque ex A. Maio), Procopius (potissimum ex Nicephori libris), Severianus, Victor, alii.

Patres Latini.

In Latinis testimoniis exscribendis semper atque in primis usus est Tischendorfius celeberrimo Sabatarii opere, indeque permulta in hanc editionem adsumpta sunt quae priores editores praeterierant; tamen non prorsus abstinuit a consulendis ipsorum patrum editionibus. Praeter Irenaei enim interpretem, quem ubique ex editionibus Lipsiensi Stierenii et Cantabrigiensi Harveii hausit, et Origenis interpretes, quos certe saepe contulit, passim ab eo allati sunt ex ipsorum operibus, Sabatario vel tacente vel non satisfaciente, Tertullianus, Cyprianus, Lucifer, Hilarius, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius et Ambrosiaster; item Latine versi Archelaus et „Iacobus Nisibenus“ sive potius ut nunc scimus Aphraates vir sapiens Persicus, ut praetereantur h. l. Didymi Athanasii aliorumque interpretes; item per actuum maxime textum Beda; item ex magna Gallandii collectione auctor libri de rebaptismate, Novatianus, auctor libri ad Novatianum, Caesarius Arelatensis, Faustinus, Orosius, Orsiesius, Pacianus, Salvianus aliique. In primis vero locupletare apparatum criticum contigit ex egregiis Victorini commentariis in epistulas ad Galatas, ad Philippenses, ad Ephesios, ab Angelo Maio primum editis, ad quae accedunt alius Victorini(?) ad apocalypsim adnotationes apud Gallandium; item ex fragmentis textus Itali quae antiquissimus tractatus ad priora Lucae

capita praebuit, ex codice Ambrosiano rescripto ab Angelo Maio erutus.

Ceterum in adnotationibus patristicis in hac editione octava loci ipsi ad quos respicitur longe accuratius quam in prioribus indicati sunt. Hoc ibi maxime necessarium videbatur ubi editiones accurato indice carent, ut in Epiphanio, in Cyrillo Alexandrino, in multis aliis. Abstinendum vero omnino erat indicationibus eiusmodi ubi commentarii ex singulorum ordine exscribuntur, ut Chrysostomi, Theodoreti, Iohannis Damasceni, Theophylacti. Saepe vero ipsa verba antiquorum, ubi singularem gravitatem habent, adscripta sunt.

4.

DE EDITIONIBUS.

Editionem Elzevirianam anni 1624 (passim etiam editiones posteriores Elzevirianas, in primis annorum 1633 1656 1670 1678) et tertiam Roberti Stephani anni 1550 (passim etiam Millii, Wetstenii), item Griesbachianam Davidis Schulzii curis auctam, Scholzii, Lachmanni (editionem maiorem, passim minoris ratione habita) ubique notavit. Atque simul, ut iam ante fecerat, lectiones omnes Griesbachio magis minusve suspectas vel commendatas exhibuit Tischendorfius, additis insuper passim iis quae docta manus Davidis Schulzii adnotavit.

Atque haec quidem de incrementis apparatus critici ex quattuor operum generibus. Minime ignorabat Tischendorfius quam multa etiamnum deficerent ut perfectus atque absolutus omnibus numeris esset apparatus; neque dubitabat quin passim subrepserint errores, sive ipsius incuria sive typographorum, quod praesertim ad apocalypsim valde dolendum est. Id vero ut in commentario editionis septimae ita in commentario huius editionis maximi momenti est, quod non modo ad omnes lectiones in textum receptas qua nituntur

auctoritate notatum est, sed etiam aliorum (Griesbachii, Lachmanni) lectionibus ipsisque Elzevirianis testes sunt appositi. Ita demum vitari ac praecaveri videntur frequentissimi circa testes errores, qui apud plerosque commentariorum auctores invaluerunt. Orti enim inde sunt quod ex Wetstenii, Griesbachii, Scholzii ratione auctoritates veteres non adscribebantur nisi lectionibus ab Elzeviriana diversis. Cui malo nec maiore Lachmanni editione satis subventum erat, ex qua, cum ad repraesentandum antiquum „orientalem" textum testes tantum paucissimi iique non sine arbitrio delecti adhiberentur, magnus rursus plerorumque error ortus est, ac si qui orientalem constituebant Lachmanni textum, iidem ullo modo satisfacere possent de vero apostolorum textu quaerentibus idque circumspecte et cum religione facientibus. Neque vero acquiescendum videbatur in apponendis testimoniis ad lectiones cum Tischendorfianas tum aliis editoribus iisque magni nominis probatas, sed quidquid ab ipsorum auctoritate testium aliquam commendationem habet, vel, ut res exactius definiatur, lectiones omnes in uncialibus codicibus inventas, et si quae etiam invitis illis sive propria ratione sive reliquarum auctoritatum consensione aliqua praestant, in apparatu exhibendi consilium et cura erat. Consilium hoc erat, haec cura: in negotio enim tam late patente tamque difficili aliquid passim praetermissum esse, quamvis iam in Prolegomenis supplementa et emendanda contineantur, non dubitandum est. Neque id quod dictum est tantum ambitum habet ut etiam manifestos errores quoslibet[1] (quorum in numero minime

[1] Eiusmodi sunt *μια ψυχησ συναθλουντεσ* Phil 1,27 in FG, *και ημωσ* pro *και ημων* ut in A editum est 2 Thess 2,1, *τινα υμεισ θελεται, υμεισ εσμεν, ηκουσα φωνησ λεγουση, εξων* pro *εχων, ωσ τυλοι* pro *ωσ στυλοι, εν υμων μενει*, ut est Ioh 15,7 in L, *εσπλαγχνισον* pro *-νισθη, απολημοσ* pro *αποδημοσ, ο υιοσ* pro *ουτοσ*: quae omnia in Δ scripta sunt, *απεστειλαν καινον, εφαγωμεν, επιωμεν*. Praeterita sunt talia plerumque, multa tamen in commentario locum invenerunt; erat enim etiam cur exhiberentur singularis passim causa.

formae liberioris legis grammaticae ponuntur) aut quae leviter scriptura differunt[1] universa Tischendorfius adnotaverit: neque enim inconsideratae sedulitatis appetebat laudem, nec magis viros doctos librum adhibituros suum inutili obruere mole quam utilia docere malebat: verum persuasum habebat eiusmodi in rebus bonum praestare delectum et suae id in primis editioni convenire.

Singularis autem apparatus Tischendorfiani virtus cernitur in eo quod ad aliquot lectionum centena iudicii quod secutus est brevissime ratio est reddita. Quibus ab exemplis certe hoc conclusum iri sperabat, nusquam temere hoc vel illud praeferri aut reici. Pertinet huc etiam quod dicta antiquorum grammaticorum passim adscripta sunt, saepe ex Stephani Thesauri editione Didotiana. Denique non ingrata fore arbitrabatur Tischendorfius quae de accentuum usu quem ad modum in codicibus octavi noni decimi saeculi similibusque observatur adnotavit.[2]

[1] Huc pertinent itacismi plurimi, ut *η γαλιλαιοι* Lc 13,2 K, *τοισ ενδοξησ* Lc 13,17 T^{woid}, *ομνοιει*, *κοιναρια*, *λοιπουμενοσ*, *χλαμοιδα*, *συ* pro *σοι*, *προσεκοινουν*, *λειτουργεια*, *λιτουργεια*, *οικειαν* pro *οικιαν*, *σημιον*, *εγεινωσκεν*, *παραγεινεται*, *λειαν*, *αξεινη*, item *αι* et *ε* promiscue posita ut *εφαναιρωθησαν*, item neglecta adliteratio, ut *ενπροσθεν*, *ενβλεψασα*, *ηνγικεν*, *συνβουλιον*, *ενπεσοντοσ*. Quorum quidem omnium exempla haud pauca data sunt, sed non constanter notata. Explicatur de his ac similibus generatim in Prolegomenorum capite IV; quod idem fit de *οὕτω* et *οὕτωσ* atque de *ν ἐφελκυστικόν*, quorum utrumque paucis tantum notabilioribus locis in ipso commentario tractatum est.

[2] Praeterea de editione hac octava et de iis quae huius editionis propria sunt vide infra Prolegomenorum caput VI, 2, (4).

III.

DE LEGIBUS
IN TEXTU CONSTITUENDO.

paginae

Textus depravatio antiquissima . . . . . 47—53

Leges: . . . . . 53—54

1. Peculiaria pro suspectis habenda . . . 54—56
2. Quae orta sunt ex errore librariorum arcenda 57—60
3. In parallelis dissensio anteponenda . . 60—63
4. Lectio reliquarum fons, probabilis . . . 63—64
5. Auctorum propria tenenda . . . . . 64—68

III.

DE LEGIBUS
IN TEXTU CONSTITUENDO.

In constituenda textus recensione, Tischendorfius sibi has leges scripsit:

Textus petendus est unice ex antiquis testibus, et potissimum quidem e Graecis codicibus, sed interpretationum patrumque testimoniis minime neglectis. Itaque omnis textus conformatio ab ipsis testibus proficisci debebat, ut iam factum est in editione quae anno 1840 prodiit, non ab Elzeviriana, quam receptam vocant, editione. Testibus autem discrepantibus primo loco ponenda sunt ea quae tuentur codices Graeci antiquissimi i. e. a quarto inde usque ad nonum fere saeculum scripti. Rursus in his qui vetustate antecellunt iidem auctoritate praevalent. Haec auctoritas ut magnopere augetur si interpretationum ac patrum accedunt testimonia,[1] ita non superatur dissensione

[1] Quod enim paucissimi tantum codices Graeci iique soli testantur (nisi est eiusmodi quod non potest nisi a Graecis firmari, ut οπωσ et ινα, ευθυσ et ευθεωσ, ut multae formae grammaticae etc) id facile ita potest ortum putari ut alter ab altero transcriptum habeat. Non item vero si accedunt veterum interpretum ac patrum testimonia. Ita Mt6,25 φαγητε sine addito praeter ℵ al[3] testantur

plurimorum vel etiam omnium codicum recentiorum i. e. eorum qui a nono saeculo usque ad decimum sextum exarati sunt. Istud enim dubitari nequit, recentiores longe plerosque ex iis fluxisse codicibus qui ante annos fere mille per ecclesiam Graecam cum publica quadam auctoritate adhibebantur indeque et ipsos publicam illam quandam et constantem formam induisse. Ea vero forma per varias manus variosque casus derivata est ab usu priorum saeculorum, ubi fontium et consulendorum et emendandorum magna licentia erat. Ex quo sequitur, cum antiquitatis laudem quae antiquissimorum codicum lectionibus sine dubio inest eandem posse recentioribus inesse testibus, quamvis id per se minus probabile sit; tum codices post octavum saeculum scriptos neglegendos aut parvi aestimandos non esse, sed non posse numerum eorum prae paucitate antiquiorum testium urgeri. Accuratius vero hanc in rem inquirentibus passim facile erit demonstrare lectiones codicum octavi saeculi et sequentium ipsa antiquitate vel aequiparare vel antecedere codicum quarti, quinti, sexti saeculi lectiones. Fit enim ut illi ex interpretibus Syrum vel Sahidicum vel Italum vel Gothum[1] adsentientes habeant, vel etiam ex patribus Clementem, Origenem, Irenaeum, Tertullianum. Quod si est lectionibus aliquo loco de principatu certantibus, non amplius quaerendum est utra antiquior sit, sed utra praestet propria vi ac ratione.

Clemens Alexandrinus, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, item interpretes latt syr^{cu} aeth. Hos cum ab ℵ aut exemplari unde descriptus est pependisse minime sit credibile, eam lectionem certe iam diu ante aetatem codicis ℵ obtinuisse vulgatamque fuisse certum est. Mt 8,18 *οχλον* pro *πολλους οχλους*, propterea quod in codice B quamquam solo legatur lectionem apud antiquos pervagatam habere, temerarium est.

[1] Hi testes maxime praestant quod non modo harum interpretationum origo ad secundum, tertium, quartum saeculum revocanda est, sed etiam, quod in usu earum critico gravissimum est, codicibus quarti quinti sexti saeculi ad nos pervenerunt.

Sed ultra progrediendum est. Quamvis enim permagni faciunda sit quaevis lectio quam perantiquam ideoque in antiquitate vulgatam esse certum exploratumque habeamus, tamen manifestum est testium superstitum nullum eam superare aetatem ubi universa quaedam textus sacri varietas ac depravatio iam exstiterit. Cuius rei luculentissimus testis est cum Clemente (denato fere a. 220) Origenes (natus a. 185 denatus a. 254) vel cum Irenaeo (scripsit opus suum fortasse ante a. 190)[1] Tertullianus (denatus a. 220). Ad quos quarto saeculo, quo ipso Sinaiticus Vaticanusque codices omnium antiquissimi scripti videntur, accedit Hieronymi testimonium ad Damasum scribentis „tot paene esse exemplaria quot codices". Quod de Latinis ille quidem dixit, sed una probat ab illorum ante Hieronymum temporum ingenio recte derivari documentorum textus varietatem; quem ad modum quae idem de evangeliorum textuum permixtione queritur (vide post), ea communia prorsus Graecorum et Latinorum testium sunt. Praetereaque ipse „codicum Graecorum emendata conlatione sed veterum" se usum esse dicens itemque prospexisse „ne multum a lectionis Latinae consuetudine discreparet" novum opus suum, satis innuit Graecorum sui temporis codicum diversitatem. Quae quidem textus depravatio unde exorta sit difficile dictu est, etsi plura sunt quae huic rei lucem afferant. Satis per se clarum est, primorum temporum homines quippe plenos spiritus atque ipsorum apostolorum fructos commercio alienos fuisse a litterae scriptae veneratione, eoque minus iurasse in litteram quo minus auctores ipsi aut orationis artem profiterentur aut iis quae foras darent summam auctoritatem tribui voluissent: traditum nobis est Artemonem cum asseclis[2]

[1] Liber tertius scriptus est Eleuthero episcopo (annis circiter 175—190); vide Iren. *Cont. haer.* iii, 3, § 3.

[2] Cf Euseb. *Hist. eccl.* v, 28, cui capiti titulus est: *περὶ τῶν τὴν Ἀρτέμωνος αἵρεσιν ἐξωρχῆσ προβεβλημένων.* Ibi 28, §§ 15—17 Eusebius ex antiquiore scriptore haec affert: *διὰ τοῦτο*

Tatianum[1] Marcionem alios textui sacro corrigendo studuisse; porro qui pia saepe fraude scripta apocrypha venditarent, quod studium ipsis duobus primis ecclesiae saeculis invaluisse scimus, eos a textu mutando non abhorruisse perquam credibile est; deinde comperimus iam ante Hieronymi tempora (nati a. 346) in primis operam datam esse ut evangeliorum varietatem ad quandam revocarent unitatem, quod quidem ad textus evangelistarum maxime synopticorum confundendos magnam vim habuisse constat;[2] ac iure inde concluditur, quod in evangeliis licitum putarent, id neque in reliquis libris ubicumque ex re visum esset haberi potuisse criminosum. Denique post medium fere saeculum tertium a Luciano Antiocheno et Hesychio Alexandrino recensiones quasdam textus susceptas esse certe Hieronymus et Gelasii quod dicitur decretum

ταῖσ θείαισ γραφαῖσ ἀφόβωσ ἐπέβαλον τὰσ χεῖρασ, λέγοντεσ αὐτὰσ διωρθωκέναι. καὶ ὅτι τοῦτο μὴ καταψευδόμενοσ αὐτῶν λέγω ὁ βουλόμενοσ δύναται μαθεῖν. εἰ γάρ τισ θελήσει συγκομίσασ αὐτῶν ἑκάστου τὰ ἀντίγραφα ἐξετάζειν πρὸσ ἄλληλα, κατὰ πολὺ ἂν εὕροι διαφωνοῦντα· ἀσύμφωνα γοῦν ἔσται τὰ Ἀσκληπιάδου τοῖσ Θεοδότου. πολλῶν δέ ἐστιν εὐπορῆσαι, διὰ τὸ φιλοτίμωσ ἐγγεγράφθαι τοὺσ μαθητὰσ αὐτῶν τὰ ὑφ' ἑκάστου αὐτῶν, ὡσ αὐτοὶ καλοῦσι, κατωρθωμένα, τουτέστιν ἠφανισμένα. πάλιν δὲ τούτοισ τὰ Ἑρμοφίλου οὐ συνᾴδει. τὰ γὰρ Ἀπολλωνίδου οὐδὲ αὐτὰ ἑαυτοῖσ ἐστι σύμφωνα. ἔνεστι γὰρ συγκρῖναι τὰ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθέντα τοῖσ ὕστερον πάλιν ἐπιδιαστραφεῖσι, καὶ εὑρεῖν κατὰ πολὺ ἀπᾴδοντα. Etc.

[1] Cf Euseb. *Hist. eccl.* iv, 29, § 6 *τοῦ δὲ ἀποστόλου φασὶ τολμῆσαί τινασ αὐτὸν μεταφράσαι φωνάσ, ὡσ ἐπιδιορθούμενον αὐτῶν* (cum Heinichenio, non *αὐτὸν*) *τὴν τῆσ φράσεωσ σύνταξιν.*

[2] „Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inolevit, quod dum in eadem re alius evangelista plus dixit, in alio quia minus putaverint addiderunt; vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille qui unum e quattuor primum legerat ad eius exemplum ceteros quoque aestimaverit emendandos. Unde accidit ut apud nos mixta sint omnia, et in Marco plura Lucae atque Matthaei; rursum in Matthaeo Iohannis et Marci, et in reliquorum quae aliis propria sunt inveniantur." Cf epist. ad Dam. cuius textus etiam Prolegomenis ed. Tischendorfianae triglottae pag. xcvi sqq. insertus est.

testantur;[1] ex quibus testimoniis non tam id concludendum est, exstitisse duumviros illos magnae codicum nostrorum diversitatis auctores, quam studuisse eos ut textum mira iam diversitate laborantem recensendo emendarent ac restituerent.

Quae omnia utut sunt, certum hoc est iam IV et III saeculis Novi Testamenti textum, qualis in codicibus sive Graecis sive ex Graeco versis per orbem Christianum circumferebatur, a puritate atque integritate plurimis modis discessisse; maxime vero probabile etiam illud est, nulla aetate maiorem quam ipsa prima, i. e. primo ac secundo p. Chr. saeculo, textus sacri varietatem esse exortam. Cuius rei argumentum unum neque id levissimum sequitur. Nota sunt Griesbachii verba:[2] „Tandem commemorandum esse censeo codices nonnullos e partibus longe dissimillimis esse conflatos. Alexandrinus v. c. codex recensionem sequitur aliam in evangeliis, aliam in epistolis Paulinis, aliam in actibus apostolorum et catholicis epistolis.“ Potest de his singulis disputari; negari tamen nequit ipsos antiquissimos codices quattuor, qui quidem inter unciales soli totum Novum Testamentum comprehendunt, singulis nonnullis partibus ratione textus sui sibi ipsis dissimiles esse. Hoc autem inde factum est quod quam rationem habent evangelia, quam epistulae in codicibus ℵABC, eam dudum induerant antequam in hos codices transcriberentur. Induerunt enim antequam libri Novi Testamenti in unum coniungi consuescerent. Quae cum ita sint, qui testes ad nos pervenerunt antiquissimi, in textu apostolorum restituendo non aliam ac satis dubiam auctoritatem possunt habere. Quod cum ad infringendam pertineat praesumptuosam eorum opinionem, qui verum se tenere iactant dummodo antiquissimos paucos codices vel etiam unum codicem omnibus reliquis non convictis ac refutatis sed

[1] Utriusque verba vide infra, ubi de recensionibus textus explicatur.

[2] Ioh. Iac. Griesbach, *N. T. Gr.* ed. 2, Halae a. 1796, vol. 1, prolegg. sect. III, sub finem, p. lxxxi.

simpliciter spretis sequantur, tum addendum est unum quod cum iis quae iam disputata sunt artissime cohaeret, destinatum maxime ad rationem codicum nostrorum saeculis quarto quinto sexto posteriorum rectius aestimandam. Insignem enim inter codices unciales primi ordinis et secundi cum reliquis plerisque esse textus differentiam, eamque tantam ut, in evangeliis maxime, per quodvis caput lectionum genus quoddam alterum Aegyptiacum, alterum Asiaticum, etsi nomina non satis quadrant, distinguere possis, ad demonstrandum facile est et iam est a multis demonstratum. Haec autem differentia nec maxime neque in primis ab antiquitatis discrimine pendet. Saeculis enim sexto septimo octavo iisque quae sequebantur nullo modo fieri potuit ut textus codicum ℵABCD in eum transformaretur quem codices EFGHKM cum similibus praebent. Quae res ut pluribus argumentis effici potest, ita iam satis coarguitur magna consensione quam inter hos codices posteriores et Chrysostomum atque Theodoretum, item interpretes Syrum Gothum alios esse constat. Quod si recte habet, nec vero potest peritis ullo modo dubium esse, dandum est saeculo iam quarto exstitisse codices in summa rei simillimos codicibus nostris octavi saeculi et sequentium.

Nec vero obliviscendum illud est, antiquissimos codices Graecos nostros, quorum principes omnino sunt Sinaiticus et Vaticanus, pro ea quae calligraphis Alexandrinis erat sermonis Graecae ignoratione, non tam suae sequi aetatis consuetudinem quam longe antiquiora exempla plerumque fideliter quamvis passim vitiose repetere. Quod ne ex opinionis arbitrio dictum videatur, vetat insignis consensio quae multis locis inter Sinaiticam lectionem Graecam et vetustissimam Latinam invitis plerisque reliquis testibus esse deprehenditur, accedente passim antiquissimo evangeliorum interprete Syro, qui Curetonianus dicitur, vel etiam alio secundi saeculi teste. Atque ita factum est ut Tischendorfius secutus praeter ceteros codicum Sinaitici et

Vaticani similiumque auctoritatem, si non ipsorum apostolorum scripturam, certe plerumque eam quae secundo saeculo apud homines Christianos pro apostolica habebatur, restituisse sibi videretur. Certum vero est probatissimam secundi saeculi rationem multo propius ad ipsam veritatem accedere quam quae posterioribus saeculis in ecclesia circumferebatur.

Quae omnia, nisi quis idoneis ac firmis argumentis docere contrarium poterit, ad criticos labores religiose ac prudenter adhibenda erunt, providentibus ne rei tam gravis ac severae fundamenta mediis in opinionibus atque erroribus iaciantur. Videtur autem inde summa lex critica scribenda esse haec, ut omnibus locis ubi quid auctores scripserint docta ratione aut iudicio effici nequit, quod antiquis testibus probatissimum videtur fidenter et unice sequendum sit; ubicumque vero causae sunt graves atque ab arbitrio quam maxime alienae, quae aliud prae alio commendent confirmentque, non id praestet quod testatissimum, sed quod et satis testatum et probabile sit.

Iamvero circumspiciendum est porro quae potissimum gravia videantur sive in auctoritate testium pensanda sive in probabilitate definienda lectionum. Eiusmodi fere haec videntur:

1. Pro suspectis habenda sunt cum quae uni vel alteri horum testium prorsus peculiaria sunt, tum quae classium quae videntur esse certam indolem ab homine docto profectam redolent.

2. Arcenda sunt quae quamvis pluribus probata testibus ex errore librariorum orta esse manifestum vel maxime probabile est.

3. Locis geminis cum Veteris tum Novi Testamenti maximeque evangeliorum synopticorum, ad quos inter se exaequandos priscorum hominum praecipuam curam pertinuisse certum est, testibus qui consensum praebent praeferendi sunt qui dissensionem testantur, nisi gravis causa aliud suadeat.

4. Probabilis praeter ceteras ea est lectio quae reliquarum ansam dedisse vel etiam earum elementa in se continere videtur.

5. Studiose tenenda sunt quae a ratione sermonis Graeci auctorum Novi Testamenti proprii neque minus a consuetudine uniuscuiusque horum scriptorum commendantur.

Quae singula paucis illustranda sunt.

1. Pro suspectis habenda sunt cum quae uni vel alteri horum testium prorsus peculiaria sunt, tum quae classium quae videntur esse certam indolem ab homine docto profectam redolent.

Unius igitur codicis lectionem, praesertim ubi, ut plurimis locis evangeliorum, multi satis antiqui testes consuli possunt, non cautum est recipere nisi examine exacto firmatam et quidem re prae ceteris implicita. Exemplum esto Mc 2, 22. Ibi verba *ἀπόλλυται καὶ οἱ ἀσκοί*, si verum quaeris, unius B auctoritate recepta sunt, nisi quod, idque haud leve est, iam Coptus interpres eundem textum exprimit. Accedit vero quod hunc locum e geminis corruptum esse perquam probabile fit. Prorsus enim Matthaei textum, eundem Lucae tēxtui proximum, lectio plerumque recepta repetit, atque etiam Marci textus, quem ad modum probavit Tischendorfius, ad turbandum Matthaeum aliquam vim habuit, cf comm. ad Mt 9,17. Porro quod L 102 legunt, corruptionis e Matthaeo factae initium sistit; item quod D cum quinque Italae codicibus optimis habet, id lectionem Tischendorfio probatam ad frequentiorem loquendi usum leviter immutat, conformans una ad Matthaei locum. Denique haec dicendi brevitas opposita pleniori Matthaei et Lucae dictioni Marco convenit maxime; eadem enim invenitur multis aliis locis ubi lectio non dubia est. Similes sunt rationes propter quas verba plerumque addita *ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον* ex auctoritate unius codicis D quattuorque Italae codicum antiquissimorum omissa sunt. Ea enim verba prorsus e Luca, apud quem nemo praetermisit,

petita videntur. ℵ*B et 102 eo quod *βλητέον* omittunt totam sententiam primum e Luca margini Matthaei adscriptam maxime probant. Item e geminis corruptionem factam testes duo Graeci cum pluribus Latinis eo clarius ostendunt quod etiam Matthaei verba *καὶ ἀμφότεροι συντηροῦνται*, a plurimis et ipsi Lucae illata, verbis spuriis complendae sententiae causa addiderunt. Denique *καινούσ* passim vel omissum vel cum *νέουσ* permutatum eiusmodi est ut sententiam primum minus accurate ex parallelis locis adnotatam confirmet.

Potest vero etiam fieri ut iustae constantiae causa quod modo pluribus firmatum testibus fuerit, ex paucissimis i. e. uno vel duobus receptum sit. Quae quidem constantia quem ambitum habere posset, saepe dubius Tischendorfius haerebat; neque enim facile poterat lex scribi quae omnium locorum rationi satisfaceret. Pertinet huc in primis formarum quas dicunt Alexandrinarum usus, quas quidem sensim ex codicibus expellendi studium fuisse certum est. Has igitur ex antiquissimis tribus vel duobus recipere non dubitabat; confer *επεβαλαν* Mc14,46 Act21,27; etsi nomine codicis ℵ ductus in hac editione expulit Tischendorfius harum formarum verba non pauca. Eiusmodi vero ex D solo, qui earundem formarum usu praeter ceteros excellit, recipere non cautum duxit. Item confer *ερανναν*, *εξηραννησαν*, *ανεξερανητα*, quae locis omnibus pro testium auctoritate recipi debebant. Uno vero loco Ro8,27 eadem forma auctoritatem codicis ℵ solius habet. Ita constanter *τεσσερακοντα*, *τεσσερα* scribenda erant: *τεσσαρασ* manet. Similem rationem habet *αλλα* ante vocalem, quod saepissime a plerisque cum *αλλ* commutatum esse apparet. Qua in re interest utrum locus aliquis dubius plurimis antiquis testibus utatur an paucissimis. Hinc codex A vel C aliam in apocalypsi aliam in evangeliis auctoritatem habet. Quam ob causam *ιδον* locis nonnullis in apocalypsi edendum erat, iam ℵ iam ℵP invitis, modo ABC, modo AC, AB testes habens.

Porro haec regula hanc vim habet, ut sequi vetet quos dicendi modos unius vel alterius codicis quamvis boni proprios sciamus. Ita B tempori perfecto favet, ut Lc24,28; ita D participium in tempus finitum transferre consuevit, ut Mt20,30 *ηκουσαν και εκραξαν* 25,25 *απηλθον και εκρυψα* Io12,3 *λαμβανει και ηλειψεν* 12,36 *απηλθεν και εκρυβη*. Favent codices BCD formae *Μαρια* pro *Μαριαμ*, inde clarum fit quod etiam in Luca, qui an *Μαριαμ* scripserit vix dubitare licet, passim soli substituerunt *Μαρια*, cf. 1,30.34.38.39.46.56 2,16. Hinc nec Mt1,20 ex BL etc neque Mt13,55 ex C etc *Μαρια* formam in textum recipere cautum est. Codex L epp. Paul. adamat coniunctivum modum cum indicativo commutare, ut 1Co16,5 *ου εαν πορευομαι* ibidem 16,7 *εαν επιτρεπει* Col 3,13 *εαν εχει* et 3,23 *ο εαν ποιειτε*. Quae res omni cum studio tractanda est.

De classibus vero quod dictum est breviter ita definiri potest, cavendum esse quidquid recensionem sapiat i. e. quidquid ab homine docto textum sui temporis recognoscente profectum videatur. Ita Mt25,16 *εκερδησεν* pro *εποιησεν*, quamquam in $\aleph^c$A^{2}BCDL al invenitur, non potest non pro tali emendatione haberi; quam qui coniunctim praebent codices, pro tanta textus totius qua conspicui sunt consensione, quem ad modum etiam patriam eandem habere videntur, ex communi quodam fonte saeculi II hausisse putandi sunt. Quod genus lectionum satis frequens est. Ubi autem diligenter collectum erit sciteque illustratum, luculenter docebit quoties lectiones ex nobilissimis codicibus petitae sine dubio reprobandae sint. Contra clarum est si quae ab antiquissimis testibus varii generis ac diversae patriae, quae in versionibus et scriptoribus certius faciliusque cognoscitur, coniunctis exhibeantur, ea non facile singulari studio in textum pristinum illata videri. Sed quaestio de recensionibus textus vel classibus testium statim paulo accuratius tractabitur.

2. Arcenda sunt quae quamvis pluribus probata testibus ex errore librariorum orta esse manifestum vel maxime probabile est.

Ab errore librariorum quid sit, ut saepe planissimum ita alibi satis est dubium. Multa rei parum gnaris peccata a librariis visa sunt quae prorsus alius sunt generis. Quae res iudicanda in primis est ad codices saeculi IV V VI litteris uncialibus continuaque scriptura, sine accentibus, raris punctis exaratos. Exempla tantum pauca afferentur adhibitis litterarum formis ad similitudinem librorum scriptorum summae antiquitatis effictis. Errarunt librarii scribentes ΟΤΑΝΑΡΘΗ pro ΟΤΑΝΑΠΑΡΘΗ Mt 9,15 et Mc 2,20. Item omittentes *και* in ΜΕΜΕ ΡΙCΤΑΙΚΑΙΗ 1 Co 7,34 et *ο* $\overline{\iota\sigma}$ in ΛΕΓΕΙΑΥ ΤΟΙCΟΙC Mt 9,28. Contra Mt 19,8 codices ℵM post eandem locutionem addunt *ο* $\overline{\iota\varsigma}$. Item scribentes ΑΓΓΕΛΟΙΟΙΕΝ pro ΑΓΓΕΛΟΙΕΝ Mc 12,25 et ΟΥΡΑΝΩΑΝΩ pro ΟΥΡΑΝΩ Apoc 5,3. Quod Mt 13,55 *ουχι* pro *ουχ* substituerunt, id facillime fieri potuit cum scriptum esset ΟΥΧΗ$\overline{\text{ΜΗΡ}}$. Propter eandem causam potius *μη* quam *μητι* legendum est Ioh 7,31, scriptum est enim: ΜΗΤΛΕΙΟΝΑ ubi ΜΗΤ in ΜΗΤΙ mutatum est. Quid quod in codice Δ ex ΤΙΕΜΟΙ ortum est ΠΕ·ΜΟΙ Mc 5,7? Item errore librarii excidisse videtur *ηδη* in Z Mt 17,12 qui locus sic habet: ΗΔΗ ΗΛΘΕ. Item confusa sunt *η* et *ν* in Δ Mt 17,12 ubi est ΟCΛΝΘΕΛΗCΛΝ pro ΟCΛΗΘΕΛΗ CΛΝ. Facillime praeteriri potuit *δι* in ΚΛΙΔΙΕΛΟ ΓΙΖΟΝΤΟ Mc 11,31, item *υμασ* in ΟΛΠΟΚ ΤΕΙΝΛCΥΜΛC Io 16,2, quem ad modum etiam passim CΧΩ et ΕΧΩ permutata sunt. Ex ΗΜΛCΘ$\overline{\text{CO}}$ΚΛΙ facile fieri potuit ΗΜΛC Θ$\overline{\text{C}}$ΚΛΙ 2 Co 1,22. Facillime autem ex ΟΙC in

codice C ortum est ΟΙC Act1,3. Confusis *σον* et *σθη* scriptum est in Δ Lc7,13 ЄCΠΛΛΓΧΝΙCON pro -ΙCΘΗ. Loco celebri Mt7,14 ubi lectio inter *οτι* et *τι* fluctuat, errore antiquissimo pro ΛΥΤΗCΟΤΙ scriptum existimare licet ΛΥΤΗCΤΙ. Litera Ν bis legitur codicibus multis ad 1Th2,7 ubi ΘΗΜЄΝΗ ΠΙΟΙ in ΘΗΜЄΝΝΗΠΙΟΙ mutatur. Quod Lc18,5 in pluribus codicibus scriptum est *την χηρα ταυτην*, id ortum videtur inde quod ΧΗΡΑ exeunte versu positum erat in antiquiore exemplari, quem ad modum etiamnum est in codice L, postque omittebatur lineola litteram *ν* significans. Mt20,23 scriptum est ΛΛΛΟΙC i. e. *ἀλλ' οἷσ*. Sed fuerunt, ut ipse interpres codicis D et Augustinus, qui redderent *aliis*. Simili errore Mt18,20 ex *οὗ γάρ εἰσιν* factum est *οὐκ εἰσὶν γάρ*, cf commentarium. Exempla alia erroris librariorum illustrantur in Tischendorfii notis ad Io5,44 Act13,23 Ro14,22 2Co5,3.19 1Ti3,16 Tit2,7 Apoc3,7 13,3. Coniecturarum invitis legibus palaeographicis factarum exemplum esto 1Pe3,7 ubi quam lectio *συνκληρονομοι* difficultatem habet voluerunt ita solvere ut dicerent, *-μοι* esse pro *-μῳ* datum antiquitus, confusis *ο* et *ω* additoque insuper *ι* adscripto. At iota adscriptum in antiquissimis codicibus nostris plane non habetur, nec licet ex alieno usu ad apostolica scripta transferre.

Duo vitiorum genera sunt quae non pendent a palaeographicis rationibus. Alterum omissiones per *ὁμοιοτέλευτον* spectat, scriba a syllaba vel verbo ad similem syllabam vel simile verbum transiliente, quae intersunt omittente. Hoc tamen sunt saepe abusi, ut Mt27,35 ubi *κληρον* iniuria nonnullis omissionis causa videtur esse. Eo enim quam caute utendum sit apparet inde quod multa additamenta sine dubio spuria ex eadem lege in textum admittenda sunt, quale est quod Io6,56 codex D habet. Alterum

errores ex itacismo ortos complectitur. Huius generis ut plurima plana sunt, ita sunt quae ambigui quid habeant. Huc haec spectant: Philem 11 et 12; ibi *σν* cum *σοι* confusum, quod in ipsis AC similibusque haud infrequens est, turbati textus non ultima causa videtur esse. Potest id autem et ab iis qui *σοί. σὺ δέ* probant et ab iis qui *σοί* delent adhiberi. 2 Co 12,1; ibi ad lectionem *δη* pro *δει* in codicibus KM substituendam vim habuit confusio litterarum *ει* et *η*. E contrario ad 1 Co 6,20 habet codex L *δει* pro *δη*. Etiam *αναπειρουσ*, quod Lachmannus bis Lc 14,13.21 ex codicibus posuit pro *αναπηρουσ*, ex itacismo ortum est. Cuius lectionis nisi ille occultam quandam causam habebat, debebat alia multa eaque saniora ex codicibus recipere. Confunduntur autem in primis haec: *ει ι οι υ η*. Omnium saepissime *ει* et *ι* inter se permutata. Ita igitur antiqui libri praebent *η ειδι* pro *ει ηδει*, *οιπηρεται* pro *υπηρεται*, *τοισ ενδοξησ* pro *-ξοισ*, *συ* pro *σοι* et *σοι* pro *συ*, *ισραηληται* pro *-λειται* vel *-λιται*, *λειαν* pro *λιαν*, *η γαλιλαιοι* pro *οι γαλ*. Ad quas vocales ex communi pronuntiatione per *ι* permutatas proxime accedit *αι* cum *ε* confusum, quo nihil frequentius. Propterea ubicumque rationibus altioribus alterum alteri praestat, vix est scripturae codicum habenda ratio, nisi insignis quaedam constantia invenitur, qualem forma *εγειρε* pro *εγειραι* habet. Ita 1 Pe 2,11 *απεχεσθε* non dubitaret Tischendorfius, etiamsi codices unciales omnes *-σθε* tuerentur, mutare in *-σθαι*, nisi ipsum aptissimum esset atque etiam similitudine loci 1 Pe 5,1.2 sustentaretur. Talibus locis magna est antiquorum interpretum auctoritas. Ita fluctuant Mt 10,29 et Lc 12,6 *πωλειται* et *πωλειτε*, quod posterius apud Mt ℵEKL etc (in comm. non notatur), in Lc A aliique multi praebent. At interpretum nemo aliter ac *πωλειται* vertit.

Ceterum magno in errore illi sunt qui variantes lectiones plerasque a librariis putant codicibus illatas, et

cum ipsi iudicant nihil antiquius habent quam ut quaerant quid ex inventis librario potuerit in mentem venire. At multo plus ad mutandum textum valuere hominum non indoctorum studia qui versantes volumina sacra in primis sapere sibi videbantur hoc vel illud corrigendo vel certe adscribendo in margine, unde post in ipsum inrepsit textum. Nec obliviscendum est textibus sacris describendis[1] per priora saecula operam dedisse viros studiis et doctrina claros, quales erant Origenes et Pamphilus. Etiam quae Hieronymus in commentariis (ad Mt 24,36 ad Gal 3,1) laudat „Adamantii et Pierii exemplaria", ab illis viris sive quod dicunt *διορθούμενα* sive, quod praestat, propria manu scripta credenda sunt. Propterea codicum scriptores et doctos et indoctos ponere debemus quorum utrisque suae in corrumpendo textu partes fuere: nimirum quae nobis corruptio dicitur, priscis hominibus saepe visa est emendatio. Ad indoctos librarios, quorum in numero eluxerunt calligraphi Alexandrini, qui nec Graece nec Latine satis scivisse videntur, plures referendi sunt ex nobilissimis codicibus nostris et Graecis et Latinis multo pulchrius quam emendatius scripti.[2]

3. Locis geminis cum Veteris tum Novi Testamenti maximeque evangeliorum synopticorum, ad quos inter se exaequandos priscorum hominum praecipuam curam pertinuisse certum est, testibus qui consensum praebent praeferendi

[1] Similiter factum esse in aliis scriptis luculenter testantur quae martyrium Polycarpi subscripta habet: *ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος ἐκ τῶν Εἰρηναίου μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου — Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων ἔγραψα — Ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραψα. Patr. apostol. opp.* ed. Gebhardt, Harnack, Zahn, Lipsiae a. 1876, fasc. 2, p. 166.

[2] Calluisse vero etiam monachos elegantissimae scripturae Alexandrinae artem, insignis docet subscriptio codicis palimpsesti Numerorum ex Tischendorfiano facti Petropolitani, quae sic habet: *ιωαννου μοναχου σεργιου.*

sunt qui dissensionem testantur, nisi gravis causa aliud suadeat.

Haec lex ita observata est ut dissensionis quae commemorata est testes verum tenere iudicarentur nisi per se nullius aut perexiguae auctoritatis essent. Cum autem omnibus documentis, classe excepta nulla, evangelicorum textuum permixtio multo antiquior sit, saepe recepit Tischendorfius in textum id quod ex hac lege praestabat, invitis testibus iis quos alibi plerumque sequebatur aut testibus huiusmodi nonnisi paucis adstipulantibus. Exempla innumera sunt, maxime per totum Marci evangelium; nec raro in ipso commentario indicata sunt quae potissimum ad textum constituendum valuissent. Qua in re unum praeter cetera hoc loco urgendum est. Cum enim saepe locis geminis ea ipsa verba quae in suspicionem spuriorum veniunt paulum differant a verbis unde derivata videntur, sunt qui a differentia gravem defensionis causam sumant. At minime illi rectum vident. Ut enim per se facile intellegitur, ab iis qui textui interpolando operam dabant non nimiam in transcribendis alienis quamvis similibus religionem postulandam esse, ita loci sat multi, quos ex tali transcriptione vel in multis vel in paucis codicibus corruptos esse planissimum est, docent quanta in hoc interpolandi modo licentia fuerit. Eiusmodi exempla sunt: Mt27,35 ubi formula Iohannis 19,24 *ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ* prudenter in usum Matthaei translata est ut scriberetur *ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθέν*. Mt27,49 ubi Iohannis verba 19,34 *ἀλλ᾽ εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξεν*, ad Mt sic translata sunt: *ἄλλος δὲ λαβὼν λόγχην ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευράν*, similiterque quae sequuntur differunt. Mc11,3 ubi pro *τί ποιεῖτε τοῦτο* a multis exhibetur *τί λύετε τὸν πῶλον*, quod e Luca 19,31 fluxit ubi est: *διατί λύετε*. Lc2,39 ubi D et *a* adscripta habent *καθωσ ερεθη δια του προφητου οτι ναζωραιοσ κληθησεται*, quae quidem ex Matthaei verbis 2,23: *ὅπωσ πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν* etc derivata sunt.

Similiter Lc 5,14 codex D additamentum longius habet quod paulo liberius ex Mc 1,45 exscriptum est. Item Lc 9,43 et 50 in pluribus Latinis testibus et Gotho additamenta ad locos parallelos libere efficta inveniuntur. Cf etiam ad Lc 6,42 17,36 19,45 22,47 Mc 6,16 13,14 Mt 8,13 17,21 18,11 21,44 23,14 24,41. Cf etiam Gal 4,17 ubi *τὰ κρείττω χαρίσματα* ex 1 Co 12,31 libere adsumptum est, quo loco interpolator aut *τὰ χαρ. τὰ μείζονα* aut *τὰ χαρ. τὰ κρείττονα* legit. Nihilominus magna cautio adhibita est ne haec lex in abusum verteretur, cum occasio abutendi esset frequentissima. Ex genere paulo alio est *ἡμέραι τρεῖς* et Mt 15,32 et Mc 8,2 scriptum: quod enim apud Mt in ℵ et in minusculis multis legitur, *ἡμέρας τρεῖς*, ex manifesta emendatione fluxit, neque commendari potest, etiamsi ipse Origenes eodem modo locum Matthaei expressit; neque aliter de lectionibus codicum B et D in Marco iudicari potest.

Singularem ea in re difficultatem cum loci aliquot Matthaei et Lucae tum permulti evangelistae Marci habent, ubi lectio ita comparata est ut cum alterutro consentire debeat. Ita Mt 27,34 aut *οἶνον* Marci aut *ὄξος* Lucae probandum est; Tischendorfius vero *οἶνον* probavit. Similis aliorum locorum praeter evangelia ratio est, ut Act 5,34 ubi *ἀνθρώπους* e vv. 35.38 petitum videri potest, item *ἀποστόλους* e v. 40. Videtur Lucas scripsisse *ἀνθρώπους* ex mente Pharisaei; cum vero h. l. ipse auctor suo nomine narrare videatur, mutatum id esse cum nobiliore *ἀποστόλους*, quod quidem statim v. 40 usurpatur. Contra vv. 35.38 lectio *ἀνθρώπων* non depravata est propterea quod id ex ore Gamalielis dici in promptu erat. In Marco vero ita versatus est Tischendorfius, ut et testium auctoritati cederet et Marcum plerumque, exceptis excipiendis, brevius reliquis scripsisse poneret.

Veteris Testamenti locos quod attinet, minime satis est Romanam sequi editionem, immerito plerisque codicem Vaticanum exprimere visam, neque ipse satis est codex

Vaticanus, sed conferendus est apparatus criticus ad LXX interpretes. Quod cum in lectionibus diiudicandis saepe neglectum esset, proclive erat a vero aberrare. Rursus autem magna editio Holmesiana apparatum satis imperfectum habet; propterea ipsa documenta antiquissima certe ubi gravius aliquid in censum venit adeunda sunt. Igitur in ipso commentario passim notata est quae apud LXX lectionis varietas invenitur.

4. Probabilis praeter ceteras ea est lectio quae reliquarum ansam dedisse vel etiam earum elementa in se continere videtur.

Hoc si latiore vel latissimo sensu accipietur, omnium regularum principium haberi poterit; sed est eiusmodi quod alius aliter iure quidem suo, ut cuique videtur, definiat sequaturque. Quam in rem quae Griesbachius[1] disseruit, pleraque recte se habent bonaeque frugis sunt, sed sunt etiam quae magna ambiguitate laborent. Quapropter videndum est ne lex haec cum fiducia ad locos applicetur tales ad quos vel non vel parum quadret; ad quos vero spectet et quo eos modo ad verum perducat, facilius exemplis illustratur quam certis praecipitur regulis.

Mt 20,23 addunt codices Italae, uno excepto, Vulgatae, Syrus Curetonianus *ὑμῖν*, ne Christi potestas minor videatur: *οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι ὑμῖν*. Christus hoc dare potuit, non his personis. Mt 24,36 *οὐδὲ ὁ υἱός* omittunt codices unciales fere omnes, quod verba Christi inscientiam videntur notare. Ad hoc valet praesertim testimonium versionum Latinarum, cum ecclesia occidentalis aliud facile voluisset, quae phrasim *a filioque* in *Credo* illo addiderit. Ad Mc 13,32 non sublata sunt verba fortasse quod evangelium Marci minoris putabatur.

Mt 24,38 receptum est *ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ*: quae lectio rationibus duabus corrigenda librariis

[1] Griesbach, *N. T. Gr.* ed. 2, Halae a. 1796, vol. 1, prolegg. sect. III, pag. lix—lxxxi.

videbatur, — aliis erat tempus significatum nimium exactum vel nimium longe diluvio praecedens; aliis non erat satis exactum. Illi correxerunt *ἡμέραισ πρὸ τοῦ* vel sane *ἡμέραισ τοῦ κατακλυσμοῦ*: hi vero *ἡμέραισ ἐκείναισ πρὸ τοῦ* vel *ἡμέραισ ἐκείναισ ταῖσ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ*.

Lc 23,43 verba *ἀμήν σοι λέγω, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ* variis modis permutaverunt viri docti rationibus dogmaticis ducti. Io 7,8 scribunt codices multi *οὔπω* pro *οὐκ*: *οὔπω ἀναβαίνω*, ne Iesus posthac falsum dixisse videatur. Vide etiam Iac 3,12.

Ambigua dici potest ratio loci Lc 9,54, ubi plerumque additum legitur: *ὡσ καὶ Ἠλίασ ἐποίησεν*. Ea cum interpretes quidam dempta putarent, ne de gloria Heliae detraherent, tum Tischendorfio sic videbatur, ista esse textui intrusa quo Iacobi et Iohannis violentiam excusarent. Id quod minime ineptum erat; frustra vero illis verbis deletis Heliae causa agi videtur, cum testata res esset, cf 2 Reg 1,10.12; praetereaque tantus propheta omni excusatione maior videbatur.

5. Studiose tenenda sunt quae a ratione sermonis Graeci auctorum Novi Testamenti proprii neque minus a consuetudine uniuscuiusque horum scriptorum commendantur.

Quae ad hanc legem disputanda sunt ut omnia quae res poscit rite absolvantur, ampliora sunt quam ut huic loco conveniant. Potiora sola indicantur. Universam Novi Testamenti dialectum quod attinet, errasse existimabat Tischendorfius eos qui ab his sacris libris quaecumque Alexandrinae dialecti plerumque dicuntur studiose prohibenda duxerunt, vel certe non tolerarunt nisi pauca quae dudum ab ipso vulgari Graeco sermone non alienissima videbantur. Quae enim huiusmodi multa ex codicibus vetustis passim allata legebantur, ea non deberi nisi librariis Alexandrinis opinabantur, nec vero ipsum Novi Testamenti textum fuisse Aegyptium. Qua in re mirum hoc erat, quod qui Novo Testamento Alexandrinas

formas abiudicarunt, easdem libenter addixerunt LXX interpretibus Veteris Testamenti, in quos utpote Alexandrinos bene quadrare contendebant quod non quadraret in apostolos, nullis gravioribus illi quidem plerique argumentis nixi nisi vulgatis Novi et Veteris Testamenti editionibus. Quamvis autem nemo negaverit, Alexandrinum dicendi scribendique genus Alexandrinis hominibus proximum fuisse, concedendum est cum omnes Iudaeos illo tempore Graece loquentes tum scriptores sacros vel maxime pependisse a LXX virorum interpretatione. Quid quod ex hac tot Novi Testamenti locis allata leguntur invito vel certe neglecto Hebraeo textu? Accedit quod dialectus Alexandrina non modo Iudaeis sed omnibus qui per Aegyptum, per Palaestinam, per Syriam, per Asiam minorem et quae circumiacent loca Graeco eoque vulgari sermone circa aetatem Christi utebantur communis fuisse videtur: id quod multis eiusdem fere cum Novo Testamento antiquitatis monumentis, ut papyris et inscriptionibus nuper in lucem protractis, probari potest. Quod vero ab editis libris sacris argumentum sumpserunt, id in magno errore positum erat. Cur enim Vetus Testamentum tot Alexandrina, non item Novum Testamentum habebat? Propterea quod illud ex Vaticano potissimum codice, hoc e recentissimis Erasmi codicibus editum erat. Adhibito vero diligenter Veteris Testamenti apparatu critico quamvis imperfecto quem Holmes et Parsons publicarunt, satis apparet plerasque formas de quibus agitur in Vaticano similibusque tantae antiquitatis codicibus obvias pariter atque in Novo Testamento ex codicibus recentioribus esse expulsas. Hinc quibus testibus Vetere Testamento fides habetur, eosdem in Novo sequi tutum videtur. Ceterum si grammatici Alexandrini potissimum hoc egisse putandi essent, ut quae aliunde accepissent scripta ad suam ipsorum consuetudinem transformarent, profecto mirum esset quod non Aeschylum vel Sophoclem, Platonem vel Aristotelem aeque ac sacros scriptores reddiderunt Aegyptios.

Cum vero multa quae ab Alexandrina dialecto esse dudum a nonnullis duce potissimum Sturzio[1] crederentur, ab aliis pluribus reiecta essent propterea quod inventa non essent nisi in perpaucis originis Aegyptiacae codicibus nec ex iis ipsis magna cum fide collecta, illud felicissime accidit quod nuper numerus antiquissimorum de his rebus testium egregie auctus praetereaque principis Vaticani libri usus multo plenius quam antea exploratus est. Nec enim tantum ipsius Novi Testamenti codices huic causae profuerunt, sed etiam qui ad antiquissimos Veteris Testamenti codices accesserunt. Quae res exemplo illustrabitur. Formam ἐραννᾶν hucusque repudiandam censuere plerique, non excepto Mullachio docto auctore grammaticae dialecti Graecae vulgaris,[2] docentes illi quidem inventam in paucissimis codicibus non esse nisi a librariorum vitio. Cui opinioni non admodum favebat quod codex Alexandrinus illam formam non semel vel bis sed locis et Veteris et Novi Testamenti plerisque tuetur. Iam vero in multo pluribus utriusque Testamenti antiquissimis codicibus et in codice Sinaitico et in Vaticano codice inventa est. Hinc Graece ita dici potuisse nemo negabit, nisi quis quid semper et ubique Graecum fuerit praecipere malit quam ex veteribus litterarum monumentis discere. Eiusmodi vero in rebus antiquissimi codices a vero i. e. a pristino usu proptereaque ab ipsorum scriptorum libris multo propius abesse iudicandi sunt quam reliqui omnes; neque quae supra codicibus quarti quinti sexti saeculi cum codicibus saeculi octavi ac sequentium

[1] Sturz, Frid. Guil. *De dialecto Alexandrina ratione simul habita versionis librorum Veteris Testamenti Graecae*, Lipsiae a. 1786. 4° (est pars prima); *Disputatio altera de dialecto Alexandrina*, Gerae a. 1788; *Disputatio tertia ...*, Gerae a. 1793; *Disputatio quarta ...*, Gerae a. 1794 — et *De dialecto Macedonica et Alexandrina liber*, Lipsiae a. 1808.

[2] Mullach, F. W. A. *Grammatik der griechischen Vulgarsprache in historischer Entwicklung*, Berolini a. 1856, p. 21.

comparatis de dubia antiquitatis laude lectionum quae in prioribus inveniuntur disputata sunt, etiam huc valent. In eo enim maxime cernitur codicum ℵABC similiumque praestantia, quod certius reliquis docent quae ab initio fuerit libris sacris forma grammatica. Quae quo iure Aegyptiaca sive Alexandrina fuisse contenditur, iam dictum est.

Praeferri vero hac in re antiquissimi codices debent duas potissimum ob causas. Prior est, quod per se omnino probabile est Graecos describendis codicibus occupatos id sibi curae sumpsisse, ut quae ab antiquo usu ac lege, ab excultiore dicendi genere remota invenirent corrigerent: id quod maxime in libros sacros cadebat, summo illos honore summaque auctoritate habitos. Circumferebantur atque adhibebantur horum librorum codices in ecclesia Graeca: hinc fieri ne potuisse quidem videtur quin viri docti, qui vel in describendis vel emendandis exemplaribus suas partes habebant, barbara id genus amoverent. Fieri id eo magis debebat, quo magis auctoritas ecclesiastica atque disciplina invalescebant. Altera causa est, quod plane demonstrari potest id quod positum est factum esse. Sensim enim Alexandrina, ut hoc nomine comprehendatur quidquid a puriore vel antiquiore Graecitate discedit, ex codicibus expulsa esse, non modo ex eo discitur quod iam inde ab octavo saeculo vix unus vel alter in modum vetustiorum scriptus invenitur, sed etiam observare licet quomodo singula exemplaria iam quinto saeculo et sexto fluctuare coeperint, aliud quidem conservando, aliud prorsus eiciendo, aliud certe saepe vel plerumque commutando. Qua in re discrimen inde videtur ortum quod alia exemplaria privati magis usus erant et manebant, alia ad publicum vel destinabantur ab initio vel certe post, ut in codice Ephraemi accidit, adhibebantur. Quam in rem prae multis conferre iuvat codicem Claromontanum epistularum Paulinarum atque ipsum Vaticanum, quem utrumque posterioris aevi homines usui codicum recentiorum magno cum labore adaptarunt. Luculentissimum

vero testimonium est codicum eorum, vel uncialibus vel in primis minusculis litteris scriptorum, qui quamvis plurimas lectiones codicum Aegyptiacorum proprias conservarunt, tamen grammatica insolentiora plurima vel longe pleraque abiecerunt.

Quae cum ita sint, viris cordatis ac veritate magis quam consuetudine delectatis probatum iri sperabat Tischendorfius quod grammaticam textus sui rationem in primis ad exemplum antiquissimorum codicum conformandam duxit. Quod ita fecit ut formas Alexandrinas certe nonnullas, non sine constantia quamvis moderata, ibi quoque ederet ubi paucorum tantum probatissimorum codicum, vel etiam unius Sinaitici vel Vaticani, rarius, qui quidem cum Sinaitico soli in extrema Novi Testamenti parte principatum tenent, unius Alexandrini vel codicis C auctoritate valent.

IV.

DE GRAMMATICIS.

paginae

1. De orthographicis . . . . . 71—116
   (1.) De vocabulis singulis . . . 71—99
   (2.) De signis legendi adiutoribus: accentibus, spiritibus, particularum coniunctione, interpunctione 99—116
2. De nominum formatione . . . . . 116—120
3. De verborum formatione . . . . . 120—124
   (1.) De augmento . . . . . 120—122
   (2.) De temporibus insolentioribus 122—124
4. De syntaxi . . . . . 124—126
5. De verbis compositis . . . . . 126—127
6. De singulorum scriptorum propriis . . 127—128

IV.

DE GRAMMATICIS.

Ad legem quintam quam supra diximus bene consequendam atque illustrandam, tractanda sunt nobis breviter simpliciterque grammatica nonnulla, praesertim quae cum ad orthographica vel verborum singulorum vel signorum legendi adiutorum tum ad formationis doctrinam vel nominum vel verborum attinent. His adiungentur quae de syntaxi, de verbis compositis, de iis quae singulorum scriptorum propria sunt, disceptatione videbuntur digna.

1.

DE ORTHOGRAPHICIS.

(1.) DE VOCABULIS SINGULIS.

„In orthographicis bene distinguenda sunt ea quae in uno alterove codice vel passim vel plerumque vel constanter obvia sunt ab iis quae cum constantia quadam in plerisque antiquissimis codicibus inveniuntur. Quae ab hac parte difficultas oriatur, ex iis quae iam disputata sunt facile apparebit. Sunt enim plura quae utrum teneas an reprobes dubitare licet, atque erunt qui probata universa ratione hac plus dandum existiment sive constantiae sive unitati. At in his cavendum videbatur ne editor, in textu ad antiquos testes recensendo, iudicium proprium magis quam

ipsos testes sequeretur: neque enim in toto recensendi officio editori ultra licebit progredi quam quo eum ipsorum codicum auctoritas fert; coniecturas vero, quamvis passim probabilitate commendentur, a libro tam immensae auctoritatis plane arcere et sanum et necessarium est.“ A qua consideratione totius rei criticae ad orthographica revertendum est. Igitur Tischendorfius quidem in textum non recepit nisi quae constanter in pluribus posita vidit.

Tale est *μ* servatum ante *ψ* et *πτ* et *φθ* in formis a verbo *λαμβανειν* derivatis, ut *λημψεται*, *-εσθε*, *-ονται*, *λημψεως*, *ανελημφθη*, *αναλημψεως*, *ανεπιλημπτος*, *αντιλημψεις*, *απολημψεσθε*, *κατελημφθην*, *μεταλημψιν*, *παραλημψομαι*, *-φθησεται*, *προλημφθη*, *προσλημψις*, *προσωπολημπτειτε*, *προσωπολημπτης*, *προσωπολημψια*, *-ιαις*, *συλλημψη*, *-φθηναι*, *-φθεντα*, quae inveniuntur Mt10,41bis 19,29 20,10 21,22 Mc12,40 Lc1,31 2,21 9,51 17,35 20,47 Io5,43 14,3 16,14.24 Act1,2.8.11.22 2,38 10,16.34 23,27 Iac1,7.12 2,1.9 3,1 Ro2,11 11,15 13,2 1Co3,8.14 12,28 Gal6,1 Eph6,9 Phil3,12 4,15 Col3,24.25 1Ti3,2.16 4,4 5,7 6,14. Hae leguntur: in *evangeliorum* codicibus ℵℵ^{a}AB*CDLNPQR XYZΔθ^{c}Ξ· (CLQXΔ etiam sine *μ*), non in B^{3}EFGHKMSUVW^{c}ΓΛΠ; — in *actuum* codicibus ℵAB*CDE (C etiam sine *μ*), non in B^{3}HLP; — in epistularum *catholicarum* codicibus ℵABCC^{2}, non in KLP; — in epistularum *Paulinarum* codicibus ℵAB*CC^{2}D*D^{b}EFG (CE etiam sine *μ*) non in B^{3}D^{c}KLP. Non neglegendum est, nullum in nonnullis eiusdem rationis codicibus locum esse easdem formas adhibendi. Col3,24 D* habet *ληνψεται*. Invenies *λημψεται* (item *ληνψεται*) et *λημφθεισ* in inscriptionibus.[1]

[1] *λημψεται*: A. Boeckh, *Corpus inscriptionum Graecarum*, vol 3, Berolini a. 1853, p. 139, inscr. 4244, lin. 6; p. 141, in. 4249, l. 9; p. 145, in. 4266 c, l. 8; p. 150, in. 4278 b, l. 8; p. 156, in. 4299, l. 12; p. 1118, in. 4224 c, l. 3; p. 1152, in. 4325 b, l. 7; p. 1155, in. 4325 h, l. 6, et i, l. 5. — *ληνψεται*: *ibid.* p. 140, in. 4247, l. 20; p. 142, in. 4253, l. 15; p. 143, in. 4255, l. 7; p. 161, in. 4307, l. 7; p. 1141, in. 4303 h^{4}, a, l. 10; p. 1153, in. 4325 c,

συν ante consonantes.

Codicum praestantissimorum auctoritate utuntur formae *συνζητειν*, *συνζητητησ* 1Co1,20, *συνζην* Ro6,8 2Co7,3 2Ti2,11, *συνσταυρωθεντεσ*, *-τοσ* Mt27,44 Io19,32; — *συνζητειν* praebent ℵABCDGLNPTΔ Mc1,27 8,11 9,10.14.16 (ad 14 et 16 Δ sine *ν*) 12,28 Lc22,23 24,15, iisdem locis omittunt *ν* EFHKMSUVXΓΛΠ (Mc8,11 E*Γ habent *ν*, E² omittit). Minore auctoritate leguntur *συνζυγε*[1] Phil4,3 ℵᶜAD*FG adnuentibus, adversantibus ℵ*BDᶜEKLP, et *συνστρατιωτησ* Phil2,25 Philem2 cum ℵ (non Phil2,25) ACDEFG, adversantibus (ℵ Phil2,25) BKLP. Item leguntur *συνστοιχει* Gal4,25 cum BDEFG, adversantibus ℵACKLP, *συνστεναζει* Ro8,22 cum B*D*FG, adversantibus ℵABᶜCDᶜKLP, *συνσχηματιζεσθαι* Ro12,2 cum ℵBDEFG adversantibus ALP, sed 1Pe1,14 *συσχηματιζεσθαι* ubi solus C *συνσ.* habet.

Item legitur *νσ* prᵩ *σσ*, in verbis *συνσημον* Mc14,44 cum ℵΔ, invitis ABCNWᵇXΓΠ uncialibus codicibus octo aliis, et *συνσωμα* Eph3,6 cum ℵAB*DEFG, invitis B³CKLP.

Contra scribitur *συστατικων* 2Co3,1 cum ℵABCKLP, invitis DEFG. Item eiecto *ν* scribuntur *συστρεφομενων* Mt17,22 cum ℵB, *συστρεψαντοσ* Act28,3 cum ℵABCHLP, *συστροφη* Act19,40 cum ℵABDEHLP et 23,12 cum ℵABCEP, nec fluctuant.

Tischendorfius, fretus plerumque codicorum optimorum auctoritate, legit:

συν(συμ) ante *β μ π (ψ) φ*

συνβ: in *συνβασιλευειν* 1Co4,8 cum ℵAB*CD*FGP, dissentientibus B³DᶜEL, et 2Ti2,12 cum ℵADEP, dissentientibus CK^{sil}L, — *συνβαλλουσα* Lc2,19 cum ℵDPR, dissentientibus ABKLΓΔΠΞunc^{8}, sed Lc14,31 *συμβαλειν*, adversantibus DL, *συνβιβαζειν* Eph4,16

l. 8; d, a, l. 8; et p. 1155, in. 4325 k, l. 11. — *λημφθεισ*: *ibid.* p. 887, in. 6210, ll. 1.2. Occurrit verbum *λημψεται* sive *ληνψεται* saepe in phrasi: *ων ο ελενξασ λημ(ν)ψεται το τριτον*, unde facilius fit, ut his locis etiam *νξ* exstet, in *ελενξασ*.

[1] Formam *συνζυγοσ* habes, apud Boeckhium, *ut supra*, vol. 3, p. 122, inscr. 4175, l. 1.

Col2,19 cum B*CD*FG, fluctuantibus ℵAED^{c}, adversantibus B^{c}KLP, sed *συμβ*. Act9,22 16,10 1Co2,16 Col2,3 cum ℵABD^{act}L, fluctuantibus CD$^{c\ paul}$E^{paul}H^{act}, adversantibus D*^{paul} E^{act}F^{paul}G^{paul}. Contra legitur συμβ: in *συμβαινειν* Mc10,32 Lc24,14 Act3,10 20,19, ubique invito D et E^{act}, *συμβουλευειν* Io18,14 Apoc3,18, *συμβουλιον* Mt12,14 22,15 27,1.7 28,12 Mc3,6 15,1 Act25,12, ubique invito D (Mt27,7 hiat) et E^{act}, *συμβουλοσ* Ro11,34.

συνμ: in *συνμαθηταισ* Io11,16 cum ℵAB*CDGΗΔ, invitis EFHMSUXΓΛΠ, *συνμαρτυρειν* Ro2,15 8,16 9,1 cum ℵAB*FG, variantibus CDE, invitis B^{3}KLP, *συνμετοχοσ* Eph3,6 5,7 cum ℵAB*CD*FG, invitis B^{3}D^{c}EKLP, *συνμιμηται* Phil3,17 cum ℵB*D*FG, invitis AB^{3}CD^{c}KLP, *συνμορφιζομενοσ* Phil3,10 cum ℵ*ABD*P, — *συνμορφον* Phil3,21 cum ℵD*FG, invitis Ti ABD^{c}EKLP, sed *συμμορφουσ* Ro8,29 cum ABCDKLP, invitis ℵFG. Contra συμμ: in *συμμεριζονται* 1Co9,13 cum ℵABD^{c}EKLP, invitis Ti CD*FG

συνπ: in *συνπαθησαι* He4,15 cum ℵAB*CD*H, dissentientibus B^{c}D^{c}EKLP, *συνπαραγενομενοι* Lc23,48 cum ℵAB*CD ELPQRΔ, invitis B^{3}GHKMSUVXΓΛΠ, *συνπαρακληθηναι* Ro1,12 cum ℵAB*CDEG, dissentientibus B^{3}KLP, *συνπαραλαμβανειν* Act12,25 15,37.38 Gal2,1 in primis cum ℵAB*CDE, invitis B^{3}H^{act}LP, *συνπαροντεσ* Act 25,24 cum ℵAB*CE, dissentientibus B^{3}HLP, *συνπασχειν* Ro8,17 1Co12,26 cum ℵAB*CDEFG, invitis B^{3}K^{sil}LP, *συνπεριλαβων* Act20,10 cum ℵAB*(C*)DEH, invitis B*LP, *συνπνιγειν* Mt13,22 Mc4,19 Lc8,14 in primis cum ℵABCDELRΔ, invitis FGHKMSUVΓΛΠ, *συνπολι(ει)ται* Eph 2,19 cum ℵAB*CDEFG, dissentientibus B^{3}K^{sil}LP, *συνπορευονται* Mc10,1 cum ℵABCΔ, invitis LNXΓΠ unc^{9}, *συνπρεσβυτεροσ* 1Pe5,1 cum ℵA, invitis BKLP, — *συνπληρουσθαι* Act2,1 cum AB*CDE, invitis ℵB^{3}, sed *συμπληρουσθαι* Lc 9,51 cum ℵABCLXΓΔΞΠ unc^{8}, invitis KΔ. Contra συμπ: in *συμπαθεισ* 1Pe3,8 cum ℵABKLP, invito C, *συμπυσιον* Mc 6,39, D *συνπ*.

συνψ: *συνψυχοι* Phil2,2 cum AB*CD*FG, invitis ℵB^{3}D^{c}EKLP.

συνφ: in *συνφημι* Ro 7,16 cum ℵBDEFG, invitis ACKLP, *συνφυεσθαι* Lc 8,7 cum ℵADL, invitis BΡΓΔΛ unc rell. Contra συμφ: *συμφερει -ον* 1 Co 6,12 2 Co 8,10 12,1, invitis DEFG, *το συμφερον τα συμφεροντα* Act 20,20 He 12,10, invitis $D^{act}D^{*paul}E^{act}$, *το συμφορον* 1 Co 7,35 10,33, *συμφυλετων* 1 Th 2,14 cum ℵABCKLP, invitis DEFG, *συμφυτοι* Ro 6,5 cum ℵABCKLP, invitis DEFG, *συμφονειν* Mt 18,19 20,2 Lc 5,36 Act 15,15 (D *συνφ.*), *συμφωνησισ* 2 Co 6,15, invito D, *συμφωνια* Lc 15,25, invitis DR, *εκ συμφωνου* 1 Co 7,5

συνγ: in *συνγνωμην* 1 Co 7,6 cum $B^{*}CFG$, invitis $ℵB^{3}D^{3}E$ KLP. Contra συγγ: in *συγγενεια* Lc 1,61 Act 7,3.14, invitis D et semel C, *συγγενησ* Lc 1,58 2,44 Io 18,26 Act 10,24 Ro 16,7.11.21, invitis ℵ semel $D^{evv\ act}F^{evv}$ semel X semel F^{paul} G^{paul}, *συγγενισ* Lc 1,36, invitis DΔ.

συν(συγ) ante *γ ℵ χ*

συνχ: in *συνκαθημαι* Mc 14,54 cum ℵAB*CNPΔ, et Act 26,30 cum ℵAB*, *συνκαθισαντων* Lc 22,55 cum ℵAB*LRTΔ, invitis B^{3}XΓΔΠ unc 7, *συνκακοπαθησον* 2 Ti 1,8 cum ℵADEFGL, invitis CK^{sil} et 2 Ti 2,3 cum AC*D*E*FGP, adversante ℵ, *συνκακουχεισθαι* He 11,25 cum ℵAD*P, invitis D^{c}KL, *συνκαλειν* Mc 15,16 Lc 9,1 15,6.9 23,13 Act 10,24 28,17 cum ℵ$DNP^{ev}R^{ev}TE^{act}I^{act}$, ABCΔ nunc adnuentibus nunc invitis, *συνκαμψον* Ro 11,10 cum ℵB*D*FG 37*, invitis $AB^{3}CD^{c}$ELP, *συνκαταβαντεσ* Act 25,5 cum AB^{*}CE, invitis B^{3}HLP, *συνκαταθεσισ* 2 Co 6,16 cum B*D*FGP, adversantibus ℵ$B^{c}CD^{c}$EKL, *συνκατατιθεμενοσ* Lc 23,51 cum ℵABCDHLPΔ, adversantibus EGKMSUV^{sil}XΓΔΠ, *συνκατεψηφισθη* Act 1,26 cum ℵ^{c}AB*CE 61, *συνκεκερασμενοσ* He 4,2 (*συνκ.* cum ℵABCD*$D^{c\ vid}E^{vid}$, adversantibus $B^{c}D^{b}$KLMP), *συνκεχυμενη* Act 19,32 cum ℵAD, adversantibus BEHLP, *συνκλειομενοι* Gal 3,23 (*συνκ.* cum ℵAB*D*FG, adversantibus $B^{3}CD^{c}EK^{sil}$LP), *συνκληρονομοσ* 1 Pe 3,7 Ro 8,17 Eph 3,6 He 11,9 cum ℵAB*DEFG, invitis B^{3}(C)K^{sil}(LP), *συνκοινωνειν* Eph 5,11 Phil 4,14 Apoc 18,4 cum ℵ bis AB* CD*FG, fluctuantibus EL, invitis ℵ semel $B^{c}B^{apoc}D^{c}K^{sil}$P, *συνκοινωνοσ* Ro 11,17 1 Co 9,23 Phil 1,7 Apoc 1,9 cum ℵ ter

A ter B* C semel D* E semel FG P semel, invitis ℵ semel A semel $B^{c}B^{apoc}$ C bis D^{c} bis E bis KL P ter, *συνκρινω* 1Co2,13 cum $AD^{*}FG$, fluctuantibus ℵB*, invitis $B^{3}CD^{c}EK^{sil}LP$, *συνκυπτουσα* Lc13,11 cum ℵDLΔ, adversantibus ABXΓΛΠ unc rell. Contra συγχ: in *συγκεκαλυμμενον* Lc12,2 (invitis DC^{3} *-νκ-*), *συγκυριαν* Lc10,31 cum ℵBC, invito A.

συνχ: *συνχαρητε* Lc15,6 cum ℵDΔ et ver. 9 etiam A, invitis BL unc rell, *συνχαιρει* 1Co12,26 13,6 Phil2,17.18 cum $ℵ^{a}$ semel A semel B* C ter D* E semel FGP 37, invitis ℵ ter A ter B^{3} C semel D^{c} ter E ter $K^{sil}L$, *συνχυννεται* Act21,31 cum ℵ*AD, invitis B*HLP (*συνκεχυται* $ℵ^{c}E$), [*συνχρωνται* Io4,9 Ti [WH] cum ℵAB*CLΔ, invitis Λ al, sed Tischendorfius hac octava editione om cum ℵD]. Contra συγχ: in *συγχυσεως* Act19,29 cum ℵABHLP, invitis $D^{2}E$.

συνλ: in *συνλαλησας* Act25,12 cum ℵB*CE 61, adversantibus $AB^{3}HLP$, *συνλαλουντες* Mt17,3 Mc9,4 cum ℵB*DΔ, adversantibus ANXΓΠ uncialibus octo aliis, *συνλυπουμενος* Mc3,5 cum ℵB*CDΔ, adversantibus $AB^{3}EGHKM$ SUVΓΠ, — *συνλαμβανου* Phil4,3 cum ℵB*D*FG 17, adversantibus $AB^{c}D^{c}EKLP$, sed *συλλαμβανειν* Mt26,55 Mc14,48 Lc1,31 2,21 5,7 (hic ℵ* et^{a} et^{c} habent *συν-*) 22,54 Act1,16 12,3 23,27 26,21 (sed D [Act1,16 exc.] et E^{act} ubique legunt *συν-*) Iac1,15. Contra *συλλεγειν* Mt7,16 13,28.29. 30.40.41 Lc6,44, adversante ubique D semel ℵ.

εν ante consonantes.

εν(εμ) ante β μ π φ

εμβ semper: *εμβαινειν* duodecies (D habet *ενβ*), *εμβαλειν* Lc12,5, *εμβαπτειν* Mt26,23 Mc14,20, invito D, *εμβατευειν* Col2,18, *εμβλεπειν* Mt6,26 19,26 Mc10,21.27 14,67 Lc20,17 Io1,36.43, ubique invito D, *εμβριμασθαι* Mc1,43, Io11,38, invitis apud Iohannem B*D.

(Plerumque vel semper scribitur *εμμεσω* pro *εν μεσω*, in codicibus $AL^{evv}R^{evv}$; passim accedit C, item PΔΞ, et E^{act}; aliquoties etiam M^{evv} et U. At nusquam ita ℵB

nec magis D Cantabrigiensis aut D Claromontanus. Hinc nusquam receptum est *εμμεσω*. Cum hoc conferri potest *εγκανα* pro *εν κανα* Io2,11, quod AF scribunt, cum paucis similibus, quae et ipsa raros testes habent.)

εμμ semper: *εμμαινομενος* Act26,11, *εμμενειν* Act14,22, invitis ℵB*61, Gal3,10, invito D*,

ενπ: in *ενπεριπατησω* 2Co6,16 cum B*CD*FG, adversantibus ℵB^{3}D^{c}EKLP, *ενπνεων* Act9,1 cum ℵAEHP, adversantibus BCL, — *ενπροσθεν* semel Apoc4,6 cum ℵBP, adversante A (confer *πενψω* ut plerumque in D Claromontano 1Co16,3 2Co9,3 Eph6,22 Phil2,23.25.28 4,16 Col4,8 1Th3,2.5 2Th2,11 Tit3,12.13; item *ελανψεν* 2Co4,6 in eodem Claromontano), sed *εμπροσθεν* quadragies sexies invitis D^{evv}D*^{paul}F^{paul}G^{paul}. Contra εμπ: in *εμπαιγμονη* 2Pe3,3, *εμπαιγμων* He11,36, invitis ℵD*, *εμπαιζειν* Mt20,19 27,41 Mc10,34 15,31 Lc14,29 18,32 23,11, sed praebent ADEP nonnullis locis *ενπ*, *εμπαικται* 2Pe3,3, invito A, Iud18, *εμπιπλων* Act14,17, invito D, *εμπληθω* Lc6,25, invitis DEPΔ, Ro15,24, invito F, *εμπιπτειν* Mt12,11, invitis ℵ^{b}Π*L, Lc6,39 10,36[14,5 DEG *ενπεσειται*], et apud Paulum 1Ti3,6.7 6,9 He10,31, invitis A semel D* et bis FG, *εμπλεκειν* 2Ti2,4, invitis AD*P 2Pe2,20, *εμπλοκη* 1Pe3,3, invito C, *εμπορευεσθαι* Iac4,13 2Pe2,3, *εμποριαν* Mt22,5, *εμποριον* Io2,16, invito E, *εμπορος* Mt13,45 (D *ενπ*) Apoc18,3.11.15.23 (ver. 23 B *ενπ*), *εμπροσθεν* quadragies sexies, semel *ενπ*, *εμπτυειν* Mt27,30 Mc10,34 14,65 Lc18,32, invitis D bis Δ semel.

εμφ semper: *εμφανης* Act10,40, invitis ADE, Ro10,20, invitis FG, *εμφανιζειν* Io14,21.22 (D *ενφ*) Act 23,15, et apud Paulum He9,24 11,14, invitis A semel D*, *εμφοβος* Lc24,5.37, invitis D* semel D L semel, Act10,4 22,9 24,25, invitis D semel E P semel, Apoc11,13, invito C, *εμφυτον* Iac1,21.

ενγ: in *ενγεγραμμενη* 2Co3,2.3 cum ℵABCD*FG, invitis D^{c}KLP. Ita etiam *παλινγενεσια* Mt19,28 cum ℵB*CDELZΔ, invitis B^{3}FGHKMSUVXΓ, et Tit3,5 cum ℵACDEFG, invitis K^{sil}LP.

εν(εν) ante *γ κ χ*

εγκ: in *ενκαθετους* Lc20,20 cum ℵDR, invitis ABCL et uncialibus reliquis, *ενκαινια* Io10,22 cum ℵB*DL, invitis AB^{3}X unc rell, *ενκεκαινισται* He9,18 cum ℵADE, invitis CK^{sil}LP, *ενκατοικων* 2Pe2,8 cum ℵB*CP, invitis AB^{3}K^{sil}L, *ενκαυχασθαι* 2Th1,4 cum AB 17 (sic), invitis ℵ (sic) P, *ενκεντριζειν* Ro11,19.23.24, *ενκοπτειν* Act24,4 1Pe3,7, *ενκριναι* 2Co10,12 cum B*D*, invitis ℵB^{3}D^{c}EK^{sil}LP, — ter legitur *ενκακειν*, ter *εγκακειν*, de quo vocabulo codices fusius citare liceat quos in loco evangelico et in epistulis magna ex parte diversos esse observetur:

	εν-	εγ-	εκ-
εν- Lc18,1	ℵAB*DHKQ	B^{3}LUΔΠ	EGMRSVXΓΛ
εγ- 2Co4,1	D*FG	ℵAB	CD^{c}EKLP
εγ- 2Co4,16	D*	ℵ BFG	CD^{c}EKLP
εν- Gal6,9	B*D*	ℵAB^3	CD^{c}FGKLP
εν- Eph3,13	AB*D*	ℵ B^3	CD^{c}EFGKLP
εγ- 2Th3,13	B*D*	ℵA	D^{c}EFGKLP

(cur Gal6,9 cum B*D* *εν-*, ℵAB^3 invitis editum sit, etsi 2Th3,13 iisdem testibus, ℵA solis invitis, reiectum est, nescio), *ενκαταλειπειν* Act2,27.31 cum ℵ semel B* C semel DE, invitis ℵ semel A B^3 semel C semel P semel, Ro9,29 cum ℵDEFG, invitis ABKLP, sed *εγκατ.* Mt27,46 (D *ενκ*) 15,34, invitis APΔ, 2Co4,9, invitis D*FG, He10,25 13,5 (D *ενκ*) 2Ti4,10, invitis FG 16, invitis ℵD*FG, [Westcottius Hortiusque legunt 1Co9,12 *ενκοπεν* cum B*FG, sed Tischendorfius legit *εκκοπην* cum ℵD*L] Contra εγκ: in *εγκαλειν* Act19, 38.40 23,29 26,2.7, invitis B* semel C semel D bis E bis, et Ro8,33, invitis DFG, *εγκλημα* Act23,29 25,16, invito E, *εγκομβωσασθε* 1Pe5,5 cum ABKLP, invito ℵ, *εγκρατεια* Act24,25 (E *ενκ*) Gal5,23(22), invitis DEFG, 2Pe1,3 bis, invito C, *εγκρατευεσθαι* 1Co7,9 9,25, invitis B* semel D* F et G semel, *εγκρατης* Tit1,8 cum ℵCKLP, invitis ADEFGI, *εγκυος* Lc2,5, invito D.

εγχ: in *εγχρισαι* Apoc3,18, invito ℵ.

εν(ελ) ante *λ* ελλ: in *ελλογειται* Ro5,13, invitis ℵ^{c}DEFG, *ελλογα* Philem18, invito D*.

Duplicatum *ν* in *εκχυννομενον* ubique testatissimum est, Mt23,35 26,28 Mc14,24 Lc11,50 22,20 in primis cum ℵABCDLZΔΠ, adversantibus FHKMSVΓ, ELGU nunc *ν* nunc *νν* habentibus. Ita *υπερεκχύννομενον* Lc6,38 et *συνχυννεται* Act21,31. Contra reicienda sunt *αναβαιννειν* seu *αναβεννειν*, *οπταννομενοσ* alia similia; Act1,3 scribit E *οπτανnομενος*. „Alius plane generis sunt *γένημα* et *γέννημα*, quorum illud a *γενέσθαι*, hoc a *γεννᾶσθαι* derivatum videtur. Illud quidem plena fere auctoritate recipiendum erat Mt26,29 Mc14,25 Lc12,18 22,18 2Co9,10. Hoc vero ubicumque est *γεννήματα ἐχιδνῶν* tantum non variat; Mt3,7 12,34 habet Δ, 23,33 habet H, Lc3,7 habet X *γενήματα*."

Receptum est *αποκτεννειν* Mt10,28 cum ℵCDUΓΔΠ², invitis EF^{we}GKLMSVXΠ*, Mc12,5 cum ℵACDEUVΓ, invitis FGHKNXΠ, Lc12,4 cum ℵAEKLUVΓΔ, invitis DGHSXΛΠ, 2Co3,6 cum ℵFGKP 17 37** 46, invitis ACDEL, Apoc6,11 cum ℵAC; confer Mc12,5 et Lc13,34.

Nomen *ιωαννησ* duplicato *ν* scribitur, etsi testes fluctuant. Legitur nomen fere centies tricies sexies vel quater; Iohannes Baptista invenitur 95 vel 94 locis, Iohannes Zebedaei 35 vel 34, Iohannes Marcus 5, Iohannes ex familia pontificali uno loco. Codex ℵ Sinaiticus praebet plerisque locis *ιωαννησ*, sed, in locis a manu *διορθωτοῦ* quem Tischendorfius signo D distinxit scriptis, Mt16,14 17,1.13 Lc1,13 Apoc1, 1.4.9 *ιωανησ*, codex B Vaticanus *ιωανησ*, sed Lc1,13.60.63 Act3,4 4,6.13.19 12,25 13,5.25 15,37 *ιωαννησ*:[1] evangeliorum codices DL *ιωανησ* praebent. Simile nomen *ιωάννα* Lc8,3 24,10 scribitur *ιωανα* priore loco in BD solis, altero in DL solis.

„Cum *εκχυννομενον* conferi potest *βαλλαντιον*, quod ubique duplicato *λ* edendum est, non *βαλαντιον*, vide ad Lc10,4 12,33 22,35.36."

[1] In editione codicis Vaticani Tischendorfiana Act1,13 falsum est *ιωαννησ*. Legendum est *ιωανησ*.

Uno loco 1Th5,19 editum est *ζβεννυτε* pro *σβεννυτε* cum B*D*FG, invitis ℵAB3DcEKLP Clem Bas; Mt12,20 25,8 habet D *ζβ* et Mc9,43 ℵ *αζβεστος*. Legit Tischendorfius Apoc1,11 2,8 *Ζμυρναν, -νῃ*. Cf etiam *ζμυρναν* quam D habet Mt2,11 et *ζμυρνης* Dsupp Io19,39 ubi ℵ *σζμυρνης* habet.

Quae iam edi solebant, *ενενηκοντα* Mt18,12.31. Lc15,4.7 non fluctuat in codicibus uncialibus et *ενατος* Mt20,5 27,45.46 Mc15,33.34 Lc23,44 Act3,1 10,3.30 Apoc21,20 adversatur solis a DGΓ vel etiam L vel X. Item *ενεος* Act9,7, solo L invito. Contra fere non fluctuat *εννεα* duplicato *ν*, Mt18,12.13 Lc15,4.7. Auctoritate magna utitur *αραφος* codicum ℵADsupplΓΔΠ uncialium undecim aliorum, invito solo B. 2Co1,22 scribendum est *αραβων* cum ℵAFGL, invitis BCDEKOP, etiam 2Co5,5 cum ℵDE, invitis BCFGKL; contra Eph1,14 *αρραβων* cum ℵABDEKLP, invitis FG.

Ubique recipiendum erat *τεσσερακοντα*[1] pro *τεσσαρακοντα*, in evangeliis Mt4,2 Mc1,13 Lc4,2 Io2,20 cum ℵAB*CLPΔ (D $\bar{\mu}$), adversantibus B3EFHKSUVXΓΛΞΠ, in actibus 1,3 4,22 7,30.36.42 13,21 23,13.21 cum ℵAB*CD, adversantibus B3EHLP, in epistulis Paulinis 2Co11,24He3,9.17 cum ℵAB*CDE, adversantibus B3HKLMP, in apocalypsi 7,4 11,2 13,5 14,1.3 21,17 cum ℵAC, adversante P; uno loco solo 7,4 praebet A *τεσσαρακοντα*. Item *τεσσερα* Io19,23 Apoc4,6.8 5,8.14 19,4; *τεσσερακονταετης* Act7,23 13,18.

Contra ubique scribitur *τεσσαρας* Io11,17 Act27,29 Apoc4,4bis 7,1ter 9,14, ℵ vel A vel D vel P passim *τεσσαρεσ* habente et A Apoc4,4 secundo loco *τεσσερας*. Item *τεσσαρεσ, τεσσαρων τεσσαρσι*, et *τεσσαρεσκαιδεκατος*, sine variatione. Forma *κραβαττον* tantum non fluctuat, Mc2,4.9.11.12 6,55 Io5,8.9.10.11.12 Act5,15 9,33, invitis solis B3 et bis E, semel H vel P vel V, ℵ habet *κραβακτον*.

[1] Formam *τεσσερακοντα* invenies apud Boeckhium, *ut supra*, vol. 2 (a. 1843) p. 551, inscr. 2852, l. 33 et 53, vol. 3 (a. 1853) p. 532, inscr. 5187 a, l. 8, vol. 4 (a. 1877) p. 580, inscr. 9886, l. 2.

Duobus locis legit Tischendorfius *εσθων*, primo loco Mc1,6 cum ℵBL*Δ, adversantibus ADL²ΡΓΠ unc⁹, hic meliore sane fretus auctoritate, altero *εσθοντεσ* Lc10,7 cum BD solis, adversantibus ℵACLRXΓΔΛΞΠ uncialibus reliquis, quamquam Lc7,33 hos codices duos BD sequi noluit: Mc12,40 habet B *κατεσθοντεσ*, Lc7,34 et 1Co10,18 habet D *εσθοντεσ*.

Scriptura *ολεθρευειν* pro *ολοθρευειν*, in antiquissimis fortasse V. T. Alexandrini codicibus testatissima, edita est Act3,23 in verbo *εξολεθρευθησεται* cum AB*CD, invitis ℵB³EP; contra reiecta est He11,28 1Co10,10 ubi scribuntur *ολοθρευων* cum ℵKLP, invitis ADE, atque *ολοθρευτου* cum ℵABC D^cEKLP, solo D* invito.

„*γυμνιτευομεν* non *γυμνητευομεν* 1Co4,11 cum ℵA^corrB* et³CDEFGP, nullo refragante nisi L, omnino edendum erat, quem ad modum iam Complutenses editores receperunt."

„*εἰδέα* pro *ἰδέα* Mt28,3 editum est auctoritate codicum ℵ^aABCDEHM, adversantibus FGKLSUVΓΔΠ. Idem, cui tam affine est *εἶδοσ*, alibi legitur ipsa metri ratione commendatum, quamquam adamant cum eo quod praecedit vitiosum habere."

εχθεσ non *χθεσ* editum est Io4,52 cum ℵAB*CDKLΠ, adversantibus B³ΓΔΛ uncialibus aliis octo, Act7,28 cum ℵB*CD, adversantibus AEHP, He13,8 cum ℵAC*D*M, adversantibus C³D^cKL.

Formae *ερανναν*, *εξερανησαν*, *ανεξερανητα* iam supra dictae[1] in antiquissimis V.T.Alex. codd. frequentissimae, neque alibi inauditae, Tischendorfio videbantur nullo modo pro librariorum vitio haberi posse, ut Mullachius voluit, sed esse a deteriore Graecitate. Editum est ubique *ερανναν* Io5,39 7,52 1Pe1,11 Ro8,27 1Co2,10 Apoc2,23, *εξερανησαν* 1Pe1,10, *ανεξερανητα* Ro11,33 cum ℵ (uno loco excepto) A quater B*(duobus exceptis locis) C bis T semel, adversantibus A ter B bis B³ ubique C bis D quinquies E bis

[1] Vide p. 55 et 66.

Fter Gter Lsepties Pquinquies aliis uncialibus. Inconstantiam testium explicavit Tischendorfius ex librariorum emendationibus, quibus iisdem factum esset ut posteriores codices ubique formam antiquae nobilitatis substitutam praeberent. Fortasse lectori cauto videbitur verisimilius, auctore Mullachio, formam *-ραν-* librariorum vitio natam esse.

Similis sermonis vel sane scriptionis licentia conspicua est in formis *εκαθερισθη*, *εκαθερισθησαν*, *εκαθερισεν*, quae septem locis inveniuntur. Editum est *εκαθερισθη* Mt8,3 Mc1,42, priore loco auctoritate codicum B*ELXΠ*, invitis ℵB³CKMSUVΓΔΠ², altero loco codicum AB*CGLΔθ^fΠ*, invitis ℵB³DEKMSUVΓΠ². Contra scribuntur *εκαθαρισθη* Lc4,27 cum ℵBDΓΔΛΠ uncialibus novem aliis, adversantibus ACLX, *εκαθαρισθησαν* Lc17,14.17, adversantibus priore loco AX, altero loco ALΛ, *εκαθαρισεν* Act10,15 11,9 cum ℵBDEF^a, adversantibus ACHL, P fluctuante, qui quinque loci *Lucae* vel evangelii vel actuum ita inter se constant, *κεκαθαρισμενους* He10,2.

Forma *ραυτης*[1] pro *ραοτης* ubique edita, auctoritate idonea utitur 1Co4,21 2Co10,1 Ga15,23 6,1 Eph4,2 Col3,12 2Ti2,25 Tit3,2, in primis codicum ℵABCP17, dissentientibus codicibus DEFGKLNO^b, ℵ autem CD*FG et P hic illic fluctuant. Item *ραυς*[2] Mt11,29 cum ℵBC*D, dissentientibus C³EFG etc. In epistulis catholicis Iac1,21 3,13 1Pe3,15 habet codex nullus uncialis *ραοτης*.

In editione septima edidit Tischendorfius ubique Mt4,18.19 Mc1,16.17 Lc5,2 *αλιεις* incertus de codicis Vaticani testimonio, nunc autem in editione hac octava ubique *αλεεις* et de B certior factus et accedente codice ℵ

[1] Exstat forma *ραυτητι* apud Boeckhium, *Corp. inscr. Gr.* vol. 2, p. 521, inscr. 2788, l. 22.23, at *ραοτητι* stat ibidem p. 520, inscr. 2787, l. 23.

[2] Etiam apud Boeckhium habetur forma Ionica *ρηυς*, vol. 1, p. 563, inscr. 1067, l. 4. ut et *ρηυτεροσ*, vol. 3, p. 209, inscr. 4440, l. 8. Contra exstat *ραοσ* vol. 2, p. 858, inscr. 3544, l. 2.

Sinaitico teste. Praebent *αλεεισ* ℵ* A bis B* (non Lc5,2) C ter L ter Δ bis (in Mc), *αλιεισ* ℵ^{b} A semel B^{3}DEKMRSUVΓΔter ΛΠ.

Eodem modo codex ℵ auctoritatem dedit formae *λεγιων*[1] pro *λεγεων* ubique Mt26,53 Mc5,9.15 Lc8,30, quae edita est cum ℵ*B*DL C semel Δ bis (in Mc), adversantibus ℵ^{c}A B semel B^{3}CRXΓΔter ΛΞΠ aliis codicibus uncialibus.

„Difficilis in primis quaestio est quorsum liceat antiquissimorum codicum auctoritatem sequi ubi scriptura inter *ει* et *ι* fluctuat, quae quidem praeter ceteras ex itacismo confundi notum est. Ineptum autem videbatur ubicumque fieri posset ipsos codices sequi, in hac vero re neglectis prorsus his ducibus editorum sequi consuetudinem vel etiam grammaticorum praecepta. Hinc consentaneum erat hac quoque in re usum codicum studiose discere, unde si quid cum praecipua quadam constantia scribi intellectum esset, a textu ad antiquos testes edendo non prohibendum erat. Certe enim isto modo hoc efficitur ut textus construatur quem ad modum antiquitas Christiana versare consuevit."

„Ac maxime quidem in scribendis nominibus propriis omnis res pendere videbatur a probatissimis codicibus," interpretibus ut Gotho vel Sahidico vel Copto passim adiuvantibus. Horum igitur auctoritate edenda haec erunt: *αδδει* Lc3,28 cum ℵABEGHMSΓΔ, invitis KUVΛΠ, — *αρεοπαγειτησ* Act17,34 cum B*D, invitis ℵAB^{3}EHLMP, — *γεθσημανει* Mt26,36 Mc14,32 cum ABCDEFG^{2}INSV (X *-νεισ*), contra *-νι* UΓΠ, fluctuantibus ℵKLΔ (*-νι* semel), et G*HM (*-νη* semel), — *εσλει* Lc3,25 cum ℵABEGHMSΓΔΛ, invitis KUVXΠ, — *ηλει* Lc3,23 (cf *ηλει* Mt27,46) cum ℵABEGHMSΓΛ, invitis KLUVXΔΠ, — *λευει*

[1] De forma *λεγιων* vide Boeckhium, *ut supra*, vol. 4, pars 3 indd. p. 153c. 154a, ubi locos fere septemdecim invenies notatos, ut exempli gratia, vol. 2, p. 983 addend. inscr. 1813b, l. 4; vol. 3, p. 73, inscr. 4011, l. 5; p. 79, inscr. 4023, l. 7; p. 81, in. 4029, l. 10; p. 83, in. 4033, l. 12; p. 117, in. 4152, l. 3. Minime autem deficiunt exempla formae *λεγεων*.

Lc3,24.29 cum ℵBGΓΛ, invitis EKMSUVXΔΠ, fluctuantibus AL, He7,5 cum ℵBCD*, invitis AD^{b}et^{c}EKLP, Apoc7,7 cum ℵ solo, invitis AB^{apoc}CP, — *μελχει* Lc3,24.28 cum ℵABEG HLMSΓΔΛ, invitis KUVXΠ, — *νηρει* Lc3,27 cum ℵABEGHLMSΓΔΛ, invitis KUVXΠ, — item *βενιαμειν* Act13,21 Ro11,1 Phil3,5 cum ℵABCL, invitis DEH et bis FGP, Apoc7,8 cum AP, invitis ℵBC, — *σεμεειν* Lc3,26 cum ℵBL, invitis AEGHMS UV*XΓΛ, — *χορραζειν* Mt11,21 Lc10,13 cum ℵABCEFGKLMSV W^{a}XΓΔΞΠ, invitis UΛ, — *χερουβειν* He9,5 cum BD^{c}E (*-βειμ* AP), adversantibus ℵD*KL, — item *κεισ* Act13,21 cum ℵABCD, invitis EHLP, — *λευεισ* Mc2,14 Lc5,27.29 He7,9 cum ℵ vel ℵ^{c}ABL, invitis FGHSUVΛΠ, fluctuantibus ℵ*CEM, confer *λευειτησ* Lc10,32 Io1,19 Act4,36 cum BD, invitis ACELP uncialibus reliquis, ℵ fluctuante, et *λευειτικοσ* He7,11 cum ℵBDE, invitis ACKLP. Item *αχειμ* Mt1,14bis cum ℵ*BCE KPUΓΠ (ΔD^{luc}), invitis ℵ^{b}LMSV, — *ηλειασ* Mt11,14 16,14 17,3.4.10.11.12 27,47.49 Mc6,15 8,28 9,4.5.11.12.13 15,35.36 Lc1,17 4,25.26 9,8.19.30.33 Io1,21.25 Iac5,17 Ro11,2 undetriginta locis cum

ℵ B (vel B*) D	octies	ℵAB*DU^{2}		semel
B (vel B*) D	quinquies	ℵ B*DΔ		semel
B vel B*	ter	AB*		semel
ℵAB*	bis	AB DLΔ		semel
B*DH	bis	AB D		semel
ℵ BL	semel	BFG (Ro11,2)		semel
ℵ B*P	semel	BLT^{b}		semel

invitis in primis ℵ quindecies A sedecies B^{3} ubique C D septies LXΓΔΛΞΠ uncialibus reliquis, — *ιωσειασ* Mt1,10.11 cum ℵBD^{luc}Δ, invitis (ℵ^{b})CEKLMSUVΓΠ, — *οζειασ* Mt1,8.9 cum ℵ* B*D^{luc}Δ, invitis CEKLMSUVΓΠ, — *πειλατοσ* Mt27,2 etc Mc15,1 etc Lc3,1 13,1 23,1 etc Io18,29 etc 19,1 etc Act3,13 4,27 13,28 1Ti6,18: invenitur nomen hoc quinquagies quinquies, in Matthaeo habent *πειλατοσ* A ter vel quater B semper D sexies Δ bis, adversantibus ℵACL uncialibus reliquis, in Marco ℵ semper (sc. decem locis a scriba quem Tischendorfius nomine D insignivit scriptis) AB (vel B*) D,

adversantibus B^3 bis CLMΓΔΠ uncialibus octo aliis, in Luca ℵ bis AB* D duobus locis exceptis R semel T, adversantibus ℵB^3 C bis D bis LPXΓΔΛΠ uncialibus reliquis, in Iohanne AB (vel B*) CD^{supp} (uno loco excepto) I quater, adversantibus ℵ semper B^3 multis locis D^{suppl} semel I semel LXYθ^c uncialibus reliquis, in actibus B (vel B*) D (uno loco excepto), adversantibus ℵAB^3C D semel EHLP, 1Ti6,13 cum AD*, adversantibus ℵD^cFGKLP. Qua in re notandum est B vel sane B* ubique *πειλατος* praebere, A semper quinque locis in Matthaeo tribus in actibus exceptis, D semper nisi bis in Luca semel in Iohanne semel in actibus, ℵ semper in Marco et bis in Luca, alibi autem semper *πιλατος* habere; Lc23,6 habent *πειλατος* ℵAB*DRT, — item *ιερειχω* Mt20,29 Mc10,46 bis Lc10,30 18,35 19,1 He11,30 cum ℵ ter B semper (sed hiat B He11,30) C ter D bis F semel L quater P semel Q bis Z semel Δ semel Ξ semel, adversantibus ℵ quater A B^3 semel C semel D bis vel ter EGHK L ter MN P semel R bis SUVXΓΔΠ, et si qua similia. Apoc2,13 Tischendorfius recepit *αντειπας* cum ℵ^{cc}A minusc^9, repugnantibus ℵ*BCP; vide ad loc. Non scribitur *αμειναδαβ* sed *αμιναδαβ* Mt1,4 bis Lc3,33 cum ℵACEGHKLMSUVXΓ Δ semel ΛΠ, adversantibus BD Δ bis (Mt); ita editum est *εξεκιασ*, non *-κειασ* ut Ln Ti ex errore de B; *ελισαβετ* (vide ad Lc1,5); *ευνικη* 2Ti1,5 (Steph. 1550 *ευνεικη*); *αριοσ* (*παγοσ*) Act17,19.22 cum ℵADE sah cop, invitis BH(L)P; *επικουριων* Act17,18 cum ℵAB*DE, invitis B^3HLP.

Ex eodem genere est *δαυειδ*, nomen fere semper compendii modo scriptum *δα̃δ*, sed ubi plene scriptum est habent *δαυειδ* ℵABCDHLTT^{d}Δθ^{b}ΞD^{epp}E^{act}, invitis B^3EMVΓΛF^{epp} G^{epp}, quae omnia ad Mt1,1 notantur.

Cum hoc usu nominum propriorum cohaeret *ραββει*, quem ad modum pro *ραββι* ubique scriptum est Mt23,7.8 26,25.49 Mc9,5 11,21 14,45 Io1,39.50 3,2.26 4,31 6,25 9,2 11,8 in primis cum ℵABCDEHΛ (A quater C et H ter E semel *-βι*), invitis FGKLMSUVΔΠ, X et Γ fluctuantibus; *ραββουνι*

Mc10,51 Io20,16 non mutatum est, cum priore loco BΔ goth soli, altero BD sah soli *-νει* praebeant. Item *ελαμειται* Act2,9 cum ABCD, invitis $\aleph^c$EIP, — *νινευειται* Mt12,41 Lc11,30.32, in Matthaeo cum ℵBCDLXΔ, in Luca cum ℵB et cum ℵBL, invitis A (in Luca C) EGKMSUVΓΔΠ, — *λενειται*,[1] — *ιεροσολυμειται* Mc1,5 cum ℵAB*DΔ, invitis B^3LΓT^dΠ unc^9 (*-μη-* Γ), Io7,25 cum ℵ(Ahiat) B*D, invitis B^3LTΔΛΠ unc^7 (*-μη-* EXΓ), — *ισραηλειται* Io1,48 Act2,22 3,12 5,35 13,16 21,28 Ro9,4 11,1 2Co11,22 in Iohanne cum ℵB*, adversantibus AB^{3}LXΓΔΛΠ uncialibus octo aliis, in actibus cum ℵAB (vel B*) C bis D ter E bis, adversantibus B^3 bis C bis D bis E ter HLP, in epistulis Paulinis cum ℵ (2Co11,22 excepto) AB*D* (Ro11,1 excepto) E semel F et G semel, adversantibus ℵ semel B^3 bis D semel D^c bis E (vel E^2) F et G bis KLMP; — *πολειται* Lc15,15 19,14 Act21,39 He8,11 non editum est quamquam passim testes habet, ut Act21,29 A, He8,11 B*, Lc19,14 ℵB*DEFΓ, nec *συνπολειται* Eph2,19 quod codicibus AB*D*E*FG inest, nec *πολειταρχασ* Act17,6.8 quam formam solus D priore loco praebet.[2]

„Forma *γαλειλαια* passim egregios testes habet, in primis B, item *φαρεισαιοι*. Accedunt etiam eiusmodi ut *γεινεται γεινωσκεται* (utrumque in B frequentissimum, neque aliter I habet cum aliis nonnullis similibus) *αξεινη κρεινω λειαν μεισειν* (ubique in B) *τειμη* et verba cum *τειμη* composita (saepe in inscriptionibus) quorum nihil receptum est nec magis plerumque in commentario indicatum."

„Pertinent huc etiam substantiva in *ια* vel *εια* exeuntia, quae multa saepissime aliter in codicibus scribuntur quam

[1] Vide supra, p. 84.

[2] Vide de forma *πολειταρχησ* Duchesne et Bayet, *Mission au Mont Athos*, in libro *Archives des missions scientifiques*, iii, 3, Parisiis a. 1876, p. 204 seqq. Inscriptionibus quattuor antea notis, in quibus bis *πολιτ.* bis *πολειτ.* habetur, addunt vv. cll. unam novam cum forma *πολειτ.* Praeterea invenies formam *πολειτικου* apud Boeckhium, *Corp. inscr. Gr.* vol. 1, p. 769, inscr. 1586, l. 29.

eduntur," ut *απιστεια* Mt13,58 (17,20) Mc6,6 9,24 16,14 Ro3,3 4,20 11,20.23 1Ti1,13 He3,12.19, quam formam habent in evangeliis A D ter EF G ter H L ter S semel X Γ bis Δ semel, in epistulis A ubique loco He3,19 excepto, — *επιποθεια* Ro15,23 in ABCFG, — *ειδωλολατρια* 1Pe4,3 1Co10,14 Gal5,20 Col3,5 in codicibus B semel $B^{c}CD^{*}FGH\aleph^{**}$, — *πορνια*, quam saepe in epistulis praebent ℵAD*FGHP, vide Tischendorfium ad 1Co6,13. In Lc1,39.65 *ορινος* tuentur ℵACLW^{c}ΔΞ (adversantibus BDF), quod Westcottius Hortiusque ediderunt (ut et *σκοτινος* et *φωτινος* Mt6,22.23 Lc11, 34.36). „Habebant autem nonnulla tantam auctoritatem ut in textum reciperentur, praesertim cum et similibus commendata neque omnino certa lege prohibita viderentur," quo ex genere sunt *δανιζειν* Mt5,42 Lc6,34 bis.35 cum ℵAB*DLPRΔ E et Ξ bis, adversantibus B^{3} E semel GHKMSUVXΓ Λ bis Ξ semel Π, — *δανιστης* Lc7,41 cum ℵAB*DILPΔΛΞ, adversantibus B^{3}EFGHKMSUXΠ, — *ειδωλιω* 1Co8,10 cum ℵABD*LP, invitis D^{3}EFG, — *τραπεζειταισ* Mt25,27 cum ℵB*D, vide comm. in loc. De vocibus *επαρχεια*, *επαρχειοσ* vide ad Act23,34 et 25,1. In nominibus propriis admisit Tischendorfius in textum *ατταλια* Act14,25 cum ℵAB*CDE, adversantibus B^{3}HLP, — *καισαρια* in Mt16,13 ex ℵCDELX et Mc8,27 ex ℵACEFHLNXΔ (vide ad Act9,30), in actibus in primis cum ℵAE, etiam C bis D bis, refragantibus BHLP, item C octies A bis D semel, — *λαοδικια* cum ℵAB*CD*FGP^{epp} (Col4,13.15.16 B* re vera praebet *-κια*, vide Tischendorfii *N. T. Vat.*), — *σαμαρια* in evangeliis cum ℵDFL, A semel B semel X semel Δ bis accedentibus, in actibus cum ℵDE ubique (septies), quater accedente C, semel AHP, — *σαμαριτησ* cum ℵ semper A ter C ter D quater D^{2}LX bis, accedentibus semel GΓΔΛΞΠ*, adversantibus A ter B semper C quater D ter Γ bis Ξ semel, ΔΛΠ saepe, uncialibus reliquis omnibus, — *σαμαριτισ* Io4,9 bis, cum ℵ C semel $DLT^{b}W^{e}$ Δ semel, adversantibus ABΓΛΠ, Δ semel, uncialibus reliquis, — *σελευκια* Act13,4 cum ℵAC^{2}DE, contra stantibus BHLP, — *φιλαδελφια* Apoc1,11 3,7 cum ℵABCP. In editione

hac octava saepius formas in *-ια* Tischendorfius praetulit, ut *αλαζονια* Iac4,16 1Io2,16 cum ℵAB*LP, — *αναιδιαν* Lc11,8 cum ℵCDEKLRU*XΓΔ, adversantibus ABFGHMU²ΛΠ, — *αρεσκιαν* Col1,10 cum ℵACDD^cEFGP, invitis BL, — *δουλια* Ro8,15.21 Gal4,24 5,1 He2,15 cum ℵ A bis C semel D* E*bis F ter G bis HL bis P, adversantibus A ter B semper C quater D^b vel ^c quater E vel E² bis F semel G bis K^sil L ter M, — *οφθαλμοδουλια* Eph6,6 Col3,22 cum ℵCDEFG L semel P, adversantibus ABK et L semel, — *ειλικρινια* 1Co5,8 2Co1,12 2,17 cum ℵ A bis CD* D^c semel E bis FG L semel P, refragantibus A semel BD^b D^c semel E semel L bis M, — *θρησκια* Act26,5 Iac1,26.27 Col2,18 cum ℵ ter CE^actDE^epp FG P semel, adversantibus ℵ semel AB C bis H^actK^silL P ter, — *εθελοθρησκια* Col 2,23 cum ℵCD* (FG *θρησκια*) P, invitis BD^cEKL, — *κολαχιασ* 1Th 2,5 cum ℵACD*FGP, invitis BD^cEK^silL, — *κυβια* Eph4,14 cum ℵB*D*FGO^bP, adversantibus AB³CD^cEKL, — *μαγιαισ* Act8,11 cum ℵACDEH13, refragantibus BLP, — *μεθοδια* Eph4,14 6,11 cum ℵAB*D*FGKLO^b P semel, invitis B^cCD^cE P semel, — *παιδια* (vide Tischendorfium ad He12,5), — *πραϋπαθιαν* 1Ti6,11 cum ℵ*AFG, — *φαρμακια* Apoc9,21 18,23 priore loco cum ABP, refragante ℵ, altero loco cum ℵACP, refragante B; ex commentario ad Apoc9,21 videbis Tischendorfium illo tempore formam *φαρμακια* etiam Gal5,20 (ℵD*P testantibus) vix reicere voluisse. Forma *εριθεια* edita est Iac3,14.16 Ro2,8 2Co12,20 Gal5,20 Phil1,17 2,3 cum ℵB³KLP semel; AB* habent nunc *ερειθια* nunc *ερειθεια*, P nunc *εριθεια* nunc *ερειθια*, C nunc *εριθεια* nunc *εριθια*. Aliis in vocibus Westcottius Hortiusque formas in *-ια* in textum receperunt, ut *αγνια*, *απειθια*, *ειδωλολατρια*, *επιεικια*, *εριθια*, *ερμηνια*, *ιερατια*, *κακοηθια*, *κακοπαθια*, *ωφελια*. De *πανδοκιον* (pro *-χειον*) vide Tischendorfium ad Lc 10,34. Forma *ταμιειον* edita est Mt6,6 24,26 Lc12,3.24 cum A semel BCDE F semel GH K bis L M bis Q U bis V X bis Γ semel ΔΛΠ, ℵ semper A semel D semel E semel G semel Γ semel *-ιον* habentibus, *-ιειον* praebentibus F semel K bis L semel M bis U bis X bis Z Γ semel

Δ et Π semel; forma *ταμιον* exstat etiam in inscriptionibus.[1] Pro auctoritate testium atque pro ordine testimonii, quo ordine Tischendorfius in commentario usus est, edendum erat *χρεοφιλεται* Lc7,41 16,5 neque aliter fortasse quam ex errore stat *χρεοφειλεται*: eodem in verbo legendum est *χρεοφιλεται* non *χρεωφιλεται*, quam formam soli L semel U habent.

„Denique huc trahi possunt duae formae ad coniugationem verborum pertinentes, altera in *ιδον ιδα* etc, altera in *κατελειπεν* similibusque conspicuae." Forma *ιδον ιδαν ιδεν* edita est Mt13,17 cum ℵKSVXΠ 33 ubi BCEFGLMUΓΔ *ειδ* habent, Lc2,20 cum ℵAD*HKLRSVXΓΔΠ*, refragantibus BD²EGMPUΛΠ², Lc5,2 cum ACDKLQRSVΔΠ, refragantibus ℵBEFGHMUΓΛ, Lc10,24 cum ℵCKVXΞΠ*, refragantibus ABDLΓΔΛ uncialibus octo aliis, Io19,6 cum ℵAD^{supp}KLMXYΔΠ, refragantibus BEHSUΓΔ; de apocalypsi vide infra. In evangeliis, locis fere sexaginta duobus, praebent formam *ειδ* in primis et plerumque codices ℵBDEFGHUΓΠ², fluctuant M (in Matthaeo *ειδ* in Mc *ιδ*) A, praebent *ιδ* plerumque ACKLVXΠ*, — in actibus, locis viginti et uno, habent *ειδ* codices ℵBDEILP, *ιδ* A et C saepe H fere semper, — in epistulis Paulinis, octo locis, scribunt *ειδ* codices ℵ A ter B C semel DE K ter P semel, *ιδ* A quater C ter D^{b} bis F et G ter L bis P sexies. — In apocalypsi edita est forma *ειδ* tricies, forma *ιδ* sexies et vicies (at de 6,5 vide infra XII, 4 addenda et emendanda ad hunc locum); *ειδ* praebent saepissime ℵP, *ιδ* ABC, A sane fluctuante. Item edita sunt *εγκαταλειποντες* He10,25 cum AD^{b}KLP, contra stantibus ℵD*, *εγκαταλειπω* He13,5 cum ℵACD^{c}KLMP, contra stante D* (praebent AB *λειπ-* Gen28,15 Deut31,6), *καταλειποντες* 2Pe2,15 cum ℵAB*13, contra stantibus B^{3}CKLP. Locis Lc10,40 2Ti 4,10.16 Tit1,5 in quibus Tischendorfius in editione septima *λειπ-* ediderat, nunc in hac editione *λιπ-* edidit, fortasse

[1] Vide Duchesne et Bayet (ut supra, p. 86), p. 219, inscr. 13, lin. 6; p. 220, inscr. 15, lin. 3; p. 221, inscr. 18, lin. 6 (7).

praesertim codicis ℵ auctoritate ductus. Ratio huius variationis codicum latet.

Bis in N. T. videbatur Tischendorfio littera consonans non aspirata ante spiritum asperum legenda esse;[1] Io 8,44 *ουκ εστηκεν* c. ℵB*DLXΔΔ²1.69.** 253 (invitis B³CΓΛ*Π unc⁸) 2Co 7,12 *ουκ ενεκεν* c. ℵCDE 17 (inv. BFGKLP). Praebent Lc 24,3 ℵC* *ουκ ευρον* (ita D Mt 26,60bis Act 5,22, *ουκ ευρισκω* Lc 13,7), Act 3,6 ℵC *ουκ υπαρχει* quorum neutrum recipitur. Eodem modo habent codices versionis V. T. Alexandrinae ut A Ex 16,27 *ουκ ευρον*, Iob 38,26 *ουκ υπαρχει*, Ps 145,3 *επ νιουσ*, Ies 27,12 *κατ ενα*, 2Macc 6,17 *ταυτ ημιν*.

Volunt vv. cll. Westcottius Hortiusque verbum Io 8,44 imperfecti temporis esse, *ἕστηκεν*. Tempus autem imperfectum hoc non facile inveneris quidem in ullo aetatis vetustioris libro Graeco, neque hoc loco requiritur. Quod ad variationem spiritus nunc lenis nunc asperi scriptionis spectat, infra (p. 105) dictis addendum est, verbum *ιστημι* in primis, in libris manuscriptis Novi Testamenti, falso spiritu scribi, quod praeclare videre licet in libro v. cl. Scriveneri, *A full collation of fifty manuscripts*, eius editioni codicis Augiensis Cantabrigiae a. 1859 subiecto, nam quocumque loco tempora perfectum et plusquamperfectum verbi *ιστημι* occurrunt, habent codices nonnulli a Scrivenero conlati spiritum lenem, quater sane praebent codices sex spiritum lenem. Et apud v. cl. Vinkeium,[2] in I. Heringae conlatione codicis F evangeliorum, inter exempla viginti septem temporum perfecti et plusquamperfecti verbi *ιστημι* habent septemdecim loci spiritum lenem. Ipse adii codicem H evangeliorum Hamburgensem in quo inter locos triginta unum habent duodetriginta spiritum lenem, duo spiritum asperum, unus addubitatur nam mutatus est. Habet H Io 8,44 *οὐχ᾽ἑστηκεν*.

[1] Ex his quae sequuntur ut etiam ex iis quae posthac inveniantur de spiritu, multa debeo viro amicissimo Ezrae Abbotio.

[2] H. E. Vinke, *Disputatio de codice Boreeliano, nunc Rheno-Traiectino* . . . , Traiecti ad Rhenum a. 1843.

Adii etiam codicem minusculum evangeliorum 234 (Act 57 Paul 72) Hauniae, qui decies spiritum lenem habet, et in quo sexies vel septies spiritus lenis in asperum mutatus est manu posteriore. Minime imperfectum aut hic aut in Apoc 12,4 edendum est. Utrum *ουκ* an *ουχ* edendum sit, in arbitrio positum erit.

Contra edita est bis littera consonans aspirata ante spiritum lenem, Act 2,7 *ουχ ιδου* cum ℵDE 61, invitis AC, et Gal 2,14 *ουχ ιουδαικως* cum ℵ*ACP 17.37 (ℵ^{c}BD*), invitis D^{b} et ^{c} EFGK^{sil}L. Non aliter praebent Lc 17,22 A *ουχ οψεσθε*, et Act 12,18 ℵA *ουχ ολιγος*, ut etiam Act 14,28 ℵ, Act 17,4 B*, Act 19,23 ℵAD, Act 27,20 A, Apoc 12,11 *ουχ ηγαπησαν* A et ita Lachmannus.

Similiter edita sunt *εφ ελπιδι* Act 2,26 cum ℵCD, refragantibus ABEP, Ro 8,20 cum ℵB*D*FG, refragantibus AB^{3}C D^{c}EKLP, et *αφιδω* Phil 2,23 cum ℵAB*D*FG 17, refragantibus B^{3}CD^{c}EK^{sil}LP. Act 2,26 scripsit Tischendorfius *ἐλπιδι*, ex apparatuque critico ad Act 2,26 facile putaris, eum etiam Ro 8,20 eodem modo *ἐλπιδι* scripturum fuisse, quod vel incuria vel sententia mutata non scripsit, neque in hac editione neque in editionibus posterioribus parvis. Qualia in Novo Testamento sunt *εφ ελπιδι* in A 1Co 9,10, *αφελπιζοντεσ* in DP Lc 6,35, *εφιδε* in ADE Act 4,29, *εφειδεν* in DW^{c}Δ(X) Lc 1,25, *εφιορκησεισ* in ℵ Mt 5,33, *καθ ιδιαν* Mt 14,23 17,19 20,17 24,3 Mc 4,34 13,3 in ℵ semel B* quinquies D ter Δ semel, *καθειδωλον* Act 17,17 in M. In Vetere Testamento praebent Sir 27,21 *αφηλπισεν* AB*C, Sir 22,21 *αφηλπισησ* ℵB, Ps 118,43.49.74.81.114.147 *εφηλπισα* et *εφηλπισασ* A et cod. Turic, Ez 20,14 *καθ οφθαλμουσ* A. Ex A notavit v. cl. Lightfootus (ad Phil 2,23) *εφιδων* vel similia in Gen 16,13 31,49 Ps 30,8 91,12 1Macc 3,59 (cum ℵ) 2Macc 1,27 8,2; ex ℵ Ps 111,8 Ier 31,19. Ita *αφειδη* ℵ Ion 4,5; *καθιδε* B Deut 26,15; *καθειδε* A Iudith 6,19. Neque desunt haec in monumentis, ut *ἐλπιδ'* apud Boeckhium[1]

[1] Boeckh, *Corp. inscr. Gr.* vol. 1, pag. 300, inscr. 170, lin. 9; vide etiam p. 301.

cui verbo respondent Latine Helpis, Helpidius, Helpidianus, *αφηλπισμενω* apud Gruterum,[1] *αφεσταλκαμεν* et *αφεσταλμενων* apud Chishullum[2], *εφειδε* apud Boeckhium,[3] *εφιορκεμιοι* apud Boeckhium,[4] *εφιορκουντι* apud Boeckhium,[5] *εφορκεοντι* apud Boeckhium.[6] Invenies formas *καθ ιδιαν* ter apud Boeckhium,[7] *καθ ετος* etiam,[8] et *καθ ενιαυτον*,[9] — *αφ ισου* apud Le Bas et Waddingtonium,[10] — *εφ ισης* apud Boeckhium,[11] — *ἐφ' ἴσῃ* in illa phrasi *δοῦναι πολιτείαν ἐφ' ἴσῃ καὶ ὁμοίῃ* apud Le Bas et Waddingtonium[12] et bis apud Boeckhium,[13]

[1] I. Gruter, *Corp. inscr. ex recens. et cum annotatt. Ioannis Georgii Graevii*, Amstelaedami a. 1707, p. lxxi, inscr. 1, lin. 7 et 11.

[2] Edm. Chishull, *Antiquitates Asiaticae Christianam aeram antecedentes, ex primariis monumentis Graecis descriptae*, Londini, a. 1728, p. 67, lin. 11 et 25 et 30; est monumentum Milesium Seleuci Callinici anni ante Christum natum 243; etiam apud Boeckhium, vol. 2, p. 551, inscr. 2852, lin. 11 et 25 et 30.

[3] Boeckh, *ut supra*, vol. 2, p. 774, inscr. 3333, lin. 6.

[4] Ibid. vol. 1, p. 805, inscr. 1688, lin. 9 (pro *εφιορκεοιμι*); vide etiam p. 808 B exempla alia quattuor verbi huius. Praeterea Phrynichus, *Ἐκλογὴ ῥημάτων*, ed. Lobeck, Lipsiae a. 1820, p. 308 haec habet: *ἐφίορκουσ: τοῦτο διὰ τοῦ π λέγε ἐπιόρκουσ.*

[5] Ibid. vol. 2, p. 693, inscr. 3137, lin. 69 et 78; eadem inscriptio exstat in libro *Marmora Oxoniensia*, Oxonii, a. 1763, pars 2, p. 50 et 52 inscr. XXVI.

[6] Ibid. vol. 2, p. 399 B. 401 A, inscr. 2554, lin. 203.

[7] Ibid. vol. 2, p. 277, inscr. 2347 c, lin. 8; p. 258, inscr. 2335, lin. 3 (fortasse etiam lin. 51); p. 250, inscr. 2329, lin. 7.

[8] Ibid. vol. 2, p. 277, inscr. 2347 c, lin. 48.

[9] Ibid. vol. 2, p. 366, inscr. 2448, VI, lin. 25.

[10] Le Bas et Waddington, *Voyage archéologique*, Parisiis a. 1870, vol. 3, pars I, textus, p. 34, inscr. 87, lin. 14 et pars V. Asia minor, I. Ionia, 4, p. 48 B, inscr. 87, lin. 14 et not.

[11] Boeckh, vol. 2, p. 1081 A, inscr. 2439 c, lin. 3.

[12] Le Bas et Waddington, vol. 3, pars V. Asia Minor, I. Ionia, 8, p. 57, inscr. 136 a, lin. 45.

[13] Boeckh, vol. 2, p. 692.693, inscr. 3137, lin. 44 et 75; eadem inscriptio exstat in libro, *Marmora Oxoniensia*, Oxonii a. 1763, pars 2, p. 46 et 52, inscr. XXVI.

et octies apud I. T. Woodium.[1] Boeckhius, qui scripsit: „mirum est ἐφ' ἵσῃ; tamen ἴσῃ dare non audeo," recte monuit spiritum successisse „in locum litterae digammi, qua et ἰδεῖν et ἴσοσ instructa erant."

DE ELISIONE NEGLECTA.

Vocalis elisio in fine verbi ante proximam vocalem initialem saepe in vetustissimis codicibus neglecta est, neque audebat Tischendorfius hac in re codices fortasse a cultioris generis dicendi fautoribus emendatos sequi. Occurrit ἀλλά ante vocalem locis trecentis quadraginta quinque ex quibus scribitur sine elisione locis centum triginta; distinctionem inter verba et nomina, quam Scrivenerus esse vult,[2] invenire non possum. Rem accurate excussi, at ne longius de re tractem, brevi spatio catalogum locorum dabo, vocalibus additis quae sequuntur:

ἀλλά

	α	ε	η	ι	ο	ω	υ	
		et ει et ευ			et οι et ου			
Evv	10	10	1		6	1	6	= 34
		et ει						
Act-Cath	9	7	1		1		1	= 19
	et αυ	et ει et ευ			et οι			
Paul	12	29	9		10	2	11	= 73
Apoc		3			1			= 4
	31	49	11		18	3	18	= 130

[1] Wood, *Discoveries at Ephesus*, Londinii a. 1877 in inscriptionibus ex Dianae templo (perverse insigniuntur paginae libri huius, ut minime facile invenias quod quaeras), I, lin. 7 (p. 2 inscriptionum ex Dianae templo); II, lin. 5, p. 4; X, lin. 4, p. 18 [XI, lin. 7, p. 20 ισῃ excidit]; XVIII, lin. 4, p. 28; XIX, lin. 12, p. 30; XXI, lin. 4, p. 32; XXII, lin. 4, p. 34.

[2] Scrivener, *A plain introduction* etc. ed. 2, Cantabrigiae a. 1874, p. 14, not.

ἀλλ'

	α	ε et ει	η	ι	ο	ω	υ	
	αυ				et οι et ου			
Evv	1	35	5	12	35	2	1	= 91
					et ου			
Act-Cath		10	2	3	10	2		= 27
					et οι et ου			
Paul	1	34	3	3	39	11	1	= 92
Apoc		4		1				= 5
	2	83	10	19	84	15	2	= 215

Quo ex catalogo lector doctus videbit elisionem saepius vel fere semper omissam esse ante *α*, fere semper ante *υ*, saepe ante *ε* et *η*, rarius ante *ο* et ω, nunquam ante *ι*, neque lectorem fugiat hanc rem cum illa cohaerere quod verba usitatissima *ἐν*, *ἵνα*, *ὅτι*, *οὐ*, *ὡς* formam *ἀλλ'* adament. Utitur *ἀλλά* in primis auctoritate codicum ℵABD.

Ἀντί legitur ubique nisi ante *ὧν*, ubi invenimus *ἀνθ'*.

Eodem in modo, quod iam constat, scribitur *ἀπό* non *ἀπ'* multis in locis ante *α*, ut *ἀνατολῶν*, *ἀκανθῶν*, *ἄνωθεν*, *ἀνδρός*, *ἀδικίασ*, *ἀσθενείασ*, ante *ἑνόσ* Act17,27, ante *Ἱερουσαλήμ*, *Ἱεροσολύμων*, *Ἰακώβ*, *Ἰησοῦ*, ante *ὁ* Apoc1,4.

Διά scribitur *δι'* ante vocalem, nominibus propriis exceptis, nisi ante *εἴδουσ* 2Co5,7 et ante *ἁμαρτίαν* Ro8,10; altero loco praebent ABCD^{c}EFGL^{sil} *διά*, ℵD*K^{sil}P *δι'*. Ro4,11 He3,19 4,6 ubi Ti scripsit *διά* ante *α*, nunc habet Tischendorfius *δι'*, auctoribus in primis ℵ et B. Praeterea hic illic scribunt ℵ vel A vel praesertim FG *διά* ante *α*, ut 1Pe1,3 3,21 1Co15,21 Gal1,1.2 5,6 et ℵbis ante *ὕδατοσ* 2Pe3,5 1Io5,6.

Ἐπί scribitur ante vocalem in nominibus propriis, excepto *Αἴγυπτον* Act7,10.18; neque omittitur *ι* ante *ἀκαθαρσίᾳ* 1Th4,7 — *ἀπίστων* 1Co6,6 — *ἀῤῥώστουσ*

Mc16,18 — *ἀρχιερέως* Lc3,2 — *ἑνί* et *ἐνενήκοντα* Lc15,7 — *ἕπτα* He11,30 — *ἔργοις* Eph2,10 — *ἐρημίαις* He11,38 (contra Mc8,4) — *ἔτη* Lc4,25 Act19,10 — *ἐνεργεσίᾳ* Act4,9 — *ἠγεμόνας* vel *-ων* Mt10,18 Mc13,9 — *ἱμάτιον* vel *-ίῳ* Mt9,16 Mc2,21 Lc5,36 — *οἶκον* Lc11,17 — *ὀλίγα* Mt25,21. 23 — *ὄνον* Mt21,5 — *ὄρος* Apoc21,10 cum ℵA (Ti *ἐπ'* cum BP) — *ὥρας* Act19,34 — *νίῳ* Lc12,53. In editione septima legit Tischendorfius *ἐπὶ ἔθνος* vel *ἔθνει* Mt24,7 Mc13,8 Lc21,10 Ro10,19, quibus locis nunc auctoritate codicis ℵ auctoritati codicis A vel B vel utriusque addita fultus ponit *ἐπ'*.

Κατά scribitur ante *ἀγάπην* Ro14,15 — *ἄγνοιαν* Act3,17 — *ἀκρίβειαν* Act22,3 — *ἀλήθειαν* Ro2,2 — *ἀνάγκην* Philem14 — *ἄνθρωπον* vel *ἀνθρώπους* 1Pe4,6 Ro3,5 1Co3,3 9,8 15,32 Gal1,11 3,15 — *ἀποκάλυψιν* Ro16,25 Gal2,2 Eph3,3 — *ἀτιμίαν* 2Co11,21 — *εἷς* Mc14,19 cum ℵBLΔ, refragantibus ADPW^{b}XΓΠ unc^{8} (sed Ro12,5 *καθ' εἷς*) — *ἑκατόν* Mc6,40 cum ℵBD cop — *ἐκλεκτῶν* Ro8,33 — *ἑκούσιον* Philem14 — *ἐπαγγελίαν* Gal3,29 — (*κατ' ἐριθείαν* Phil2,3 cum ℵBCD*FGLP, non *κατά* ut in editione septima cum AD^{c}EK^{sil}) — *Ἰουδαίους* Act26,3 — *Ἰσαάκ* Gal4,28 — *ὀφείλημα* Ro4,4.

Μετά invenitur ante vocalem nominum propriorum et ante *ἀδελφοῦ* 1Co6,6 — *αἰδοῦς* 1Ti2,9 — *αἰσχύνης* Lc14,9 — *ἀληθινῆς* He10,22 — *ἀνδρός* Lc2,36 — *ἀνόμων* Lc22,37 — *ἀπίστου* 2Co6,15 — *αὐταρκείας* 1Ti6,6 — *ἀφροῦ* Lc9,39 — *εἰδώλων* 2Co6,16 — *εἴκοσι* Lc14,31 — *ἐπιθέσεως* 1Ti4,14 — *εὐλαβείας* He12,28 — *εὐχαριστίας* Phil4,6 1Ti4,3.4 — *ἡμέρας* Mc9,2 Lc2,46 — *ἡσυχίας* 2Th3,12 — *ὅρκου* Mt26,72 (contra Mt14,6) — *ὁρκωμοσίας* He7,21 — *ὕβρεως* Act27,10 — *ὕδατος* He9,19.

Παρά editum est non solum ante vocalem in nominibus propriis sed etiam ante *ἀλλήλων* Io5,44 — *ἁμαρτωλῷ* Lc19,7 — *ἀνθρώπου* vel *-ων* vel *-οις* Mt19,26 Mc10,27 Lc18,27 Io5,34.41 Gal1,12.

Octo locis editum est *οὐδ'*, He8,4 ante *ἄν*, Act19,2 ante *εἰ* cum ℵABD^2, invitis EHLP, He9,18 ante *ἤ* cum ℵP, invitis ACD^b et ^{c} EL (vide *οὐδέ* ante *ἤ* Ro2,28 1Co11,14 15,50), He9,25 ante *ἵνα*, Ro9,7 ante *ὅτι*, Mt24,21 He13,5 ante *οὐ*, 1Co14,21 ante *οὕτως*. Locis aliis quinquaginta octo legitur *οὐδέ* ante vocalem. Ante *ἄν* scribitur *δ'* non *δέ*. Phil2,18 ubi Ln et Ti legerunt *δ' αὐτό*, nunc ponit Tischendorfius *δὲ αὐτό* cum codicibus ℵBP.

ἐάν et *ἄν*

Fluctuantibus *ἐάν* et *ἄν*, non reiciendum est prius etsi minus eleganter adhibitum ubi habemus *ὅπου ἐάν*, *ὃς ἐάν*, *ὅστις ἐάν*; testatissimum est, nam facilis in codicibus fuit emendatio talis. Editum est ideo *ὅπου ἐάν* octo locis, Mt8,19 24,28 26,13 Mc6,10.56 9,18 14,9.14; testes ad locos quinque posteriores uberrimos invenies. Locis solis duobus editum est *ὅπου ἄν* Lc9,57 cum ℵDEFGHMVXΓΔΛ, refragantibus ABCKLSUΞΠ, Apoc14,4 cum ℵACP, refragante B. *Ὅσ ἐάν* legitur duodecim locis Mt5,19.32 10,42 11,6 12,32 18,5 20,26 Lc7,23 9,48 17,33 bis Iac4,4; contra *ὃσ ἄν* locis viginti tribus. *Ὅ ἐάν* ubique editum est, *οὗ* semel *ἐάν* semel *ἄν* habet, *ᾧ* quinquies *ἐάν* semel *ἄν*, *ὅν* bis *ἐάν* quater *ἄν*, *ἥν* bis *ἄν*, *ἃ* semel *ἐάν*, *οὗσ* semel *ἐάν*, haec tria *ἥν*, *ἃ*, *οὗσ* non inveniuntur aliis locis cum *ἐάν* vel *ἄν*. Legitur etiam semel *ὅστις ἐάν* Gal5,10, et semel *ἥτις ἐάν* Act3,23. *Ἕως* ubique cum *ἄν* editum est.

κἀγώ *κἀκεῖ* *κἀκεῖθεν*

Codices nunc *κἀγώ* nunc *καὶ ἐγώ*, *κἀκεῖ* nunc *καὶ ἐκεῖ*, *κἀκεῖθεν* nunc *καὶ ἐκεῖθεν* praebent, tamen testatissimae sunt plerumque formae contractae, unde fit ut *κἀγώ*, *κἀμοί*, *κἀμέ* legantur locis octoginta duobus in primis cum ℵBD, et *καὶ ἐγώ* locis non nisi tribus Mt26,15 Lc16,9 Act10,26 iterum in primis cum ℵB, B autem refragante loco primo; — *κἀκεῖ* locis decem Mt5,23 10,11 Mc1,35.38 Io11,54 Act14,7 17,13 22,10 25,20 27,6, et *καὶ ἐκεῖ* non nisi uno loco Mt28,10 cum ℵAC*EFHKUVΓΔΠ, refragantibus BC$^{2?}$DGLMS; — *κἀκεῖθεν* novem locis Mc9,30 Act7,4 13,21

14,26 16,12 20,15 21,1 27,4 28,15, et *καὶ ἐκεῖθεν* non nisi uno loco Mc10,1 cum ℵBCDEΔ, refragantibus ALNXΓΠ unc[7]; — *κἀκεῖνος* locis viginti duobus et *καὶ ἐκ.* non nisi duobus locis Mt20,4 Mc4,20; — *κἄν* semper, i. e. 13 ies.

οὕτωσ

Forma *οὕτωσ* et ante consonantem fere ubique valde testatissima, etsi *οὕτω* locis aliquot A ut Ro1,5 vel B ut Io4,6 etiam ante vocalem *ἐπί*, scriba fortasse C et E ex incuria confundente, vel C testem habet, ubique legenda est exceptis quattuor locis, in quibus editum est *οὕτω σε* (hoc loco etiam fortasse C et C confusis) Act23,11 cum ℵAB61, adversantibus CEHLP, *οὕτω περιπατοῦντασ* Phil3,17 cum ℵABD*FG, invitis D[c]EK[sil]L[sil]P (Tischendorfii textus hic ex comm. corrigendus), *οὕτω φοβερόν* He12,21 cum ℵ*A, adversantibus ℵ[c]CD[b] et [c] LMP, *οὕτω μέγασ* Apoc16,18 cum ℵAB, adversantibus minusculis solis. Quae varietas in commentario rarissime relata est.

ν ἐφελκυστικόν.

„*ν ἐφελκυστικόν* in coniugatione verborum ex usu constanti longe plurimorum codicum uncialium, nec raro illud quidem in reliquis obvium plerisque locis editum est, nusquam autem nisi bene perspecta codicum auctoritate quamquam ipsi plerumque non sunt appositi," exceptis locis in quibus Lachmannus iniuria *ν* abiecit ut Lc2,52 *προέκοπτεν* cum ℵAB*CEKLXΓΔΛ, invitis DMU, Lc8,13 *πιστεύουσιν* cum ℵABE KLUXΓΔΛΠ, invitis DM. Paucis in locis omisit Tischendorfius *ν* post *ε*, ut *ἔδοξε* Lc1,3 cum ℵBCDFLMPRUXΓΔΞΠ, invitis AEKSΛ, *ἔλαχε* Lc1,9 cum ℵ*BDFM, invitis ℵ[c]ACEKLPRSUXΓΔΛΞΠ, *ἀπέλυσε* Act23,22 cum ℵBHL, invitis AEP, *ἔλαβε* Act28,15 cum ℵ*ABL, invitis ℵ[c]HIP, *εἶχε* He9,1 cum ℵBL, invitis DEP (A hiat), — saepius in plurali numero, ut *χαλῶσι* Mc2,4 cum ℵBCDEKLMUΓΠ, adversantibus AΔθ[f], *ἔχουσι* Lc16,29 cum ℵBDKMSUΠ, adversantibus AELXΓΔΛ, *τιμῶσι* bis Io5,23 cum ℵBDKLUΠ, adversantibus AEMΓΔΛ etc, *γινώσκουσι* Io10,14 cum ℵBL, adversante D, *διασώσωσι* Act23,24 cum ℵABHL,

adversantibus EP, *ἴσασι* Act26,4 cum ℵABHL, adversantibus CEP, *θέλωσι* Act26,5 cum ℵAL, adversantibus BCEHP, *κριθῶσι* 1Pe4,6 cum ℵBL, adversantibus AK^{sil}P, *ζῶσι* 1Pe4,6 cum ℵABL, adversantibus K^{sil}P.

„Non prorsus eadem ratio est dativi pluralis tertiae declinationis, quem locis aliquot tot testes sine *ν* quot cum *ν* exhibent. Sed in hoc quoque praestat cum constantia quadam scripturam *-ιν* tenere, nisi ipsa auctoritate cogente ad aliud, quam ubique inter utramque fluctuare.“ Ita debebat Lc7,38 *θριξίν* cum ℵABEGKLPXΓΔΛ edi, non *θριξί* cum DMUΠ et Lachmanno, et 2Co3,3 *πλαξίν* cum ℵBCDFG ut et Lachmannus edidit, invito A. Tamen scripsit Tischendorfius *ἀλύσεσι* Act21,33 cum ℵABL et Lachmanno, invitis DEHP, — *ἀπειθοῦσι* Ro2,8 cum ℵAL, invitis B*DGP, — *ἀσεβέσι* 1Ti1,9 cum ℵALP, invitis DFG, — *βαστάσασι* Mt20,12 cum ℵBCLN, invitis DZΔ, — *γυναιξί* Act21,5 cum ℵABL, invitis CEHP, — *δεήσεσι* Lc2,37 cum BDKLMSUΠ et Lachmanno, invitis ℵ^{a}AEXΓΔΛ, — *δυνάμεσι* Act2,22 cum ℵABD et Lachmanno, invitis CEP, — *δυσί* ter Mt6,24 cum ℵBEGKLMUΓΔΠ, Lc16,13 cum ℵABDEFGHK LMPRSUΛΠ, invitis XΓΔ, Act21,33 cum ℵABL, invitis DEHP (aliis sex locis scribitur *δυσίν* Mt22,40 Mc16,12 Lc12,52 Act12,6 He10,28 Apoc11,3), — *ἔθεσι* Act28,17 cum ℵABIL, invitis HP61, — *εἴκοσι* Act1,15 (ante litteram consonantem decies Lc14,31 Io6,19 Act27,28 1Co10,8 Apoc4,4bis.10 5,8 11,16 19,4; invenitur *εἴκοσι* etiam ante vocalem fere semper in codicibus antiquissimis, ut et in LXX in ipsa editione Romana ad 1Sam7,2 2Sam2,20 2Reg16,2), — *ἐνδύμασι* (vide *Synop. evang.* ed. 3, a. 1871, p. liv) Mt7,15 cum ℵBC(D hiat) L invito Δ, — *ἐπεγνωκόσι* 1Ti4,3 cum ℵCL, invitis ADFGP, — *ἐσθήσεσι* Act1,10 cum ℵABL, — *ἠγαπηκόσι* 2Ti4,8 cum CL, invitis ℵ^{e}D^{e}EFGP, — *κλίμασι* Ro15,23 cum ℵABCD*LP, invitis D^{e}EFG, — *πᾶσι* Mt2,16 cum ℵCL, invitis BDΔ, Lc16,26 cum ℵABDK unc^{5}, invitis AEXΓΔΛ, Act1,19 cum ℵBC, invitis ADE, 24,14 cum

ℵA (B om), invitis EHLP, 2Ti4,8 cum ℵCL etc, invitis ℵ^{c}AD^{c}EFGP, — *πνεύμασι* Mc1,27 cum ℵBLMUΠ, invitis ACEKΓΔ, He12,23 cum ℵACLM, invitis D^{c}P, — *τέρασι* Act2,22 cum ℵABD, invitis CEP.

(2.) DE SIGNIS LEGENDI ADIUTORIBUS.

Hoc loco sane inusitato sequuntur signa legendi ut quae ad verborum singulorum orthographica et ad textus formam iustam exteriorem, non ut ita dicam ad res grammaticas magis interiores, nominum vel verborum formationem, syntaxim, verba composita, ea quae singulorum scriptorum propria sint, spectent. Tractanda sunt haec: accentus, spiritus, particularum coniunctio, interpunctio.[1]

A. DE ACCENTIBUS.

Codices antiquissimi textus testes spectatissimi hic nos deserunt, signis fere omnibus vacui litteras nudas exhibentes, etsi Euthalius fortasse (vide infra p. 114) accentus codicibus suis addidit. Neque ante saeculum septimum codices unciales accentibus ornatos invenimus.

Accentus a prima manu nullos habent *evangeliorum* codices ℵABCDF^{a}H^{1}NO^{a}O^{c}O^{d}PQRT^{a}T^{b}T^{c}T^{d}W^{c}ZΔ (fere nullos) Θ^{abcde}Ξ, *actuum* et epistularum *catholicarum* ℵABCDEF^{a}I (partim), epistularum *Paulinarum* ℵABCDF (fere nullos) F^{a}G (fere nullos) HIOO^{b}Q, *apocalypsis* ℵAC. Accentuum usus adumbratur in codice D evangeliorum in quo circumflexus interdum invenitur; fortasse in codice N evangeliorum; in codicibus evangeliorum Δ, epistularum Paulinarum F et G tribus inter se cognatis, qui etiam circumflexo utuntur in primis super vocalem *ι*, minime autem ad regulas hodie usitatas.

[1] De his omnibus conferendi sunt C. H. A. Lipsius, *Grammatische Untersuchungen über die biblische Graecität. Ueber die Lesezeichen*, Lipsiae a. 1863; Winer, *Grammatik des N. T. Sprachidioms*, ed. 7, a G. Lünemanno, Lipsiae a. 1867, pars II, sect. 5—7, ed. Americana ab I. Henrico Thayero, Andoverae a. 1874, et praesertim ed. Anglicana a W. F. Moultonio, Edenburgi a. 1877; V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*, Lipsiae a. 1879, p. 270—287.

Contra addiderunt accentus correctores codicum supra dictorum vel habent a prima manu accentus[1], *evangeliorum* codices B^3C^3EFGHKLMOO^{b}O^{e}O^{f}SUVW^{a}W^{b}W^{d}W^{e}XYΓθ**θ^{h}ΛΠ, *actuum* et epistularum *catholicarum* B^3C^3HKLP, epistularum *Paulinarum* $B^3C^3D^3EH^2$KLMNP, *apocalypsis* BC^3P. Ex his codicibus sic instructis alii aetate priores accentibus valde improprie utuntur, ut KLW^a, alii ut D^{3paul} et B^{apoc} parum accurate accentus ponunt. Ad hoc difficultas accentuum constituendorum eo multo maior est, quod testimonium codicum de hac re a conlatoribus raro notatum est, plerumque tamen videntur accentus a Tischendorfio accepti satis testati esse.

Haec fere notanda sunt:

ἀγοραῖοι: Act19,38 cum HLP, non *ἀγόραιοι*,
ἀνεψιόσ: Col4,10, non *ἀνεψίοσ* ut L,
ἀντίπερα: Lc8,26 cum EFHKΓ, non *ἀντιπέρα* ut V Ln,
ἀπόδεκτον: 1Ti2,3, non *ἀποδεκτόν*,
ἆραι: Mt24,17.18 Mc13,15.16, non *ἄραι*,
ἀρεσκίαν: Col1,10, non *ἀρέσκιαν* ut D^3,
βραδυτῆτα: 2Pe3,9 ut P, non *βραδύτητα*,
γαζοφυλάκιον: Mc12,41.43 cum V, non *-ακεῖον* ut EFGMS,
δεσμάσ: Mt13,30 ϛ cum LΠ1, non *δεσμᾶσ* ut KM, $ϛ^e$ Ln habent *δέσμασ*, cf Lobeck, *Paralip.* p. 396,
εἰπόν: Mc13,4 ut B^3, L1 habent *εἶπον*, ut HL 61 Act28,26,
ἑκατονταρχῶν: Act23,17.23 propter formam in Novo Testamento usitatissimam *ἑκατοντάρχησ*, non *ἑκατοντάρχων* ut HL 61,
ἑλκύσαι: Io21,6 ut MΔ, non *ἑλκῦσαι* ut K,
ἐπᾶραι: Lc18,13, non *ἐπάραι* ut MΓΔ,
ἐπιφᾶναι: Lc1,79 ut S, non *ἐπιφάναι* ut EMΓΔ1,
ἐριθεία: Iac3,16 ut KL, non *ἐρίθεια* ut 2Co12,20 K et Gal5,20 B^3 et K,

[1] De codice ℵ vide editionem anni 1863, p. xxiii et adnot. 3, et editionem anni 1865, p. xxxv et adnot. 1.

ἑστάναι: Act12,14, non *ἑστᾶναι* ut Steph Bez Elz,
θλίψισ: Mt24,9 cum EFKLMS, Mc13,19 etiam Γ, Io16,33 EKLMSΓΛ, Act7,11 etiam H, Ro5,3 etiam L, non *θλῖψισ*,
θρησκόσ: Iac1,26 ut KL, non *θρῆσκοσ*,
θυμιᾶσαι: Lc1,9 ut ΓΛ, non *θυμιάσαι* ut KM,
ἴαται: Mc5,29 ut MSV, non *ἰᾶται* ut1 (K habet *ἰάτε*),
ἱμάντα: Mc1,7 Lc3,16 Io1,27, non *ἱμᾶντα*,
ἴσα: Lc6,34 sic Attice ut EKMSΛ, non *ἶσα* ut Γ, etiam Mc14,56 *ἴσαι* ut EKMΓ, non *ἶσαι*,
ἰχθύν: Lc11,11 ut ΓΛ, non *ἰχθῦν* ut KM,
κατευθῦναι: Lc1,79, non *κατευθύναι* ut EΓ,
κήρυξ: 1Ti2,7 2Ti1,11 ut D^{c}L, non *κῆρυξ*, — cf Dindorf ap. Steph. *Thes. ling. Gr.* Parisiis a. 1841, vol. 4, col. 1530.
κηρῦξαι: Lc4,19 ut ES, non *κηρύξαι* ut FHKMUΓΛ et Act10,42 HL61,
κρᾶζον: Gal4,6, non *κράζον* ut ς,
κρίμα: Mc12,40 cum EKMSUΓ, non *κρῖμα* ut 1, Lc20,47 habet etiam Λ *-ί-* sed M hoc loco *-ῖ-*, Lc24,20 praebent EKMUΓΛΠ *-ί-*, 1Pe4,17 scribit L *-ῖ*, sed 2Pe2,3 et Iud4 *-ί-*, Ro2,2 legit D^{e} *-ί-*,
κτίστῃ: 1Pe4,19 ut KL, non *κτιστῇ*,
λαῖλαψ: (Mc4,37) Lc8,23 cum MΛ, non *λαίλαψ* ut HΓS,
λίνον: Mt12,20 cum EKΓ unc al, non *λῖνον*,
μαργαρῖται: Apoc21,21, non *-ίται* ut ς,
μῖγμα: Io19,39, invito Lipsio qui *μίγμα* vult,
μογιλάλον: Mc7,32, non *μογιλᾶλον* ut M aut *μογίλαλον* ut S,
νῖκοσ: Mt12,20 1Co15,54.55.57, non *νίκοσ*,
ὀργυιάσ: Act27,28 cum H, non *ὀργῦασ* ut 61 aut *ὀργύασ* ut B^{3},
ὀσφύν: Mc1,6 cum FΓ, non *ὀσφῦν* ut EKMU,
οὐᾶ: Mc15,29 cum KMΓ, non *οὐά* ut EF,
πιάσαι: Io7,30 cum MΓ, non *πιᾶσαι* ut Λ (etiam 10,39),
πούσ: Mt18,8 cum Π et unc pler, non *ποῦσ* cum MS, Mc9,45 habet Γ *πούσ*,
πρᾶξαι: Act26,9, non *πράξαι* ut 61,

πρῶρα: Act27,(30)41, ubi B^3HL 61 *πρώρα* praebent,
ῥῖψαν: Lc4,35, non *ῥίψαν* ut EKMSΓΔ,
σκῦλα: Lc11,22 cum Δ, non *σκύλα* ut ς (exc. $ς^e$ 1633) Γ,
σπεῖραν: Mc15,16, non *σπείραν* ut Γ,
σπῖλοι, *σπῖλον*: 2Pe2,13 cum L, Eph5,27 cum B^{3vdtr}, non *σπίλον* ut D^e altero loco,
στῦλοι: Gal2,9 cum D^e, non *στύλοι*, sed vide Lipsium,
συνιῶσιν: Mc4,12 cum EFKSV, M habet *-ίῶ-* U-*ίω-*,
συντετρῖφθαι: Mc5,4, non *-ί-* ut S,
συντρῖβον: Lc9,39, non *συντρίβον* ut ς Treg,
τεσσερακονταέτης et *-έτη*: Act7,23 13,18 cum 61, ita *ἑκατονταέτης* Ro4,19 cum D^eL, non *-ετής* aut *-ετῆ*,
τρύβλιον: Mc14,20 ut M, non *τρυβλίον*,
χοῖνιξ: Apoc6,6, non *χοίνιξ*,
χρῖσμα: 1Io2,20.27, altero versu habet L *-ί-*,
ψῦχος: Io18,18 cum $ΛΠ^2$, non *ψύχος* ut EKMΓΠ*, Act28,2 habent 100. 111 *-ῦ-*, B^3 61-*ύ-*.

---

peregrina:
ἀββᾶ: Mc14,36, non *ἀββά* ut KSΓ,
γολγοθᾶ: Mt27,33 cum HMS, non *-θά* ut EFK, Mc15,22 habent FMS *ᾶν*, KUVΓ-*άν*, H *ά*,
κορβᾶν: Mc7,11, non *-άν* ut EKMSΓΠ,
κορβανᾶν: Mt27,6 cum B^3FHKMSΓ, non *-νάν* ut EV, X habet *-νᾶ*,
κοῦμ: Mc5,41 cum M1, non ut antea *κοῦμ*,
λεμά: Mc15,34 cum EFHKSV, non *-μᾶ* ut Γ,
ῥαχά: Mt5,22, non *ῥακᾶ*, ut S,
σαβαχθανεί: Mc15,34 cum H, non *-νεῖ* ut G,
ταλιθά: Mc5,41 cum codicibus antiquissimis, etiam S.

---

nomina propria:
ἀλεξανδρινόν: Act27,6 cum (B^3)HLP 4.11, non *-δρῖνον* ut 13^{lect} (id est Prax 13), et Act28,11 dativus *-δρινῷ* cum B^3L 61.98,
ἀπολλώ: 1Co16,12, ubi B^3KL habent *-λλῶ*,
ἄσσον: Act27,13 cum 33.61, non *ἆσσον* ut L,

διοτρεφής: 3Io9, non *διοτρέφης*,
ἐπαινετόν: Ro16,5 cum codd.[13], non cum Winero *ἐπαίνετον*,
κῶ: Act21,1, ubi L *κών*, HP *κῶν* habent,
λίνος: 2Ti4,21 cum D^cL, non *λῖνος* ut K,
νυμφᾶν: Col4,15 cum D^cL, non *νύμφαν* ut B^3,
συντυχήν: Phil4,2 ut D^c, non *συντύχην*,
σύρτιν: Act27,17, non *σῦρτιν* ut Lachmannus,
τίτον: Tit* cum D^cKL, non *τῖτον*,
τυχικός: Act20,4 cum HL, non *τύχικος* ut Winerus vult, Eph6,21 *-ός* cum D^cLP, Col4,7 *-ός* cum D^cL,
φιλητός: 2Ti2,17 cum D^cKL, non *φίλητος*.

---

nomina propria peregrina:
βηθφαγή: Mt21,1 cum EKMUΓ item F, non *βηθφαγῆ* ut B^3H aut *βηθφάγη* ut L,
βαριωνᾶ: Mt16,17, non *βαριωνά* aut ut L *βαριῶνα*,
γεθσημανεί: Mt26,36 cum B^3EFK, non *-νεῖ* ut $G^{**}(G^*$*-νῆ*, HM*-νή*), et Mc14,32 *-νεί* cum B^3FHMS 1, non *-νεῖ* ut V,
δαλμανουθά: Mc8,10, non *-θᾶ* ut Γ,
ἔβερ: Lc3,35 cum EHKMΓΛΠ, non *ἐβέρ* ut fortasse G,
εὖα: 1Ti2,13, non *εὗα*,
ἡλείου: Lc4,25, non *-λιοῦ* ut MSVΓΛΠ, aut *-λιού* ut K, cf 1,17,
θάμαρ: Mt1,3, non *θαμάρ* ut Tregellesius,
θάρα: Lc3,34, non *θαρά* ut Westcottius Hortiusque,
ἰάρετ: Lc3,37 hoc accentu ut EHKLMSVΓΔΛΠ, G habet *-ρέδ*,
ἰεζάβελ: Apoc2,20, non ut ς *-ζαβήλ* (Treg *-βέλ*),
ἱερειχώ: Mt20,29 cum EK, non *-χῶ* ut HMΓ et alibi L,
κανᾶ: Io2,1 cum MΔ, non *κανά* ut K,
μαθουσαλά: Lc3,37 cum EGKΛ, non *-σάλα* ut MSΓ,
μελεά: Lc3,31 cum EK, non *μελέα* ut MSUΠ aut *μελεᾶ* ut minn.,
νινευῖται: Lc11,32 cum M, non *-νίται* ut GUΔΠ,
πειλᾶτος: hoc accentu Mt27,13 cum EGKM, F passim, alibi ΓΛ, non *-λάτος* ut (F)HU, Lc13,1 habet H *-ᾶ-*,
σαλά: Lc3,(32)35 cum GKMSΔΠ, non *σάλα* ut Γ,
σέκουνδος: Act20,4 cum H, non *-κοῦν-* ut L,

σινᾶ; Act7,30 etc, non *σινά*,
σολομών: Mt6,29, non *-μῶν* ut EGKLMSUΓ, Lc12,27 *-μών* cum Δ, non *-μῶν* ut SΓ aut *-λόμων* ut V,
φαλέκ: Lc3,35 hoc accentu cum EGMSUΓΔ, non *φάλ-* ut K,
φαρές: Mt1,3, sed *φάρες* Lc3,33 (ex errore?),
φῆλιξ: Act24,3 cum H, non *φήλιξ* ut $B^3$61, testibus Apollon. et Herod. *τὰ εἰσ λιξ πανταχοῦ τὸ ι συνεσταλμένον ἔχοντα*,
χουζᾶ: Lc8,3 cum MS, non *-ζά* ut KΠ.

Codices eodem modo duces sunt in verbis encliticis quae vocant accentibus ornandis; haec exempli gratia addantur:
οὐκ εἰμί: Io1,21 cum EKM etc, non *οὔκ εἰμι*,
καὶ ἔστιν: Mc12,11 ut KMΓ, S habet *καὶ ἐστιν* sine accentu,
ποῦ ἐστίν: Mc14,14 cum GU, non *ποῦ ἐστι* ut Γ,
τοῦτ' ἔστιν: Mc7,2 ut KM,
ἀσυνετοί ἐστε: Mc7,18 cum KSΓ,
γάρ ἐστε: Mc13,11, ubi Γ *γὰρ ἔστε*, 1 *γὰρ ἐστέ* habet,
καὶ εἰσίν: Mt19,12 cum EKMS, non *καί εἰσιν*,
πρὸσ σέ: 1Ti3,14 cum D^c, non *πρόσ σε*,
αὐτὸν τινὰσ: Mc12,13 ut KMΓ, non *αὐτόν τινασ*,
ὑπό τινων: Lc9,7 cum EMΓΔ, non *ὑπὸ τινῶν*,
γάρ φησιν: He8,5, non *γὰρ φησίν*,
καί φησιν: Act25,24 ut 61, non *καὶ φησίν* ut HP,
καὶ φησίν: Act10,31 ut 61, non *καί φησιν*.

ἀνήρ τισ ἐστίν: Act 25,14, non *ἀνήρ τίσ ἐστιν*,
δεξιῶν μου ἐστίν: Act2,25 ut 61, non *δ. μού ἐστιν*,
εἴ τι ἐστίν: Act25,5 ut 61, non *εἴ τί ἐστιν*,
μείζων μου ἐστίν: Io14,28 cum EKMSΔ, non *μ. μού ἐστιν*,
μαθηταί μου ἐστέ: Io8,31 cum EKMSΔ, non *μ. μού ἐστε*,
χειρῶν σου εἰσίν: He1,10 cum D^eLM, non *χ. σού εἰσιν*,
ἥψατό μου τίσ: Lc8,46 ut KM, non *ἥψατό μού τισ*,
δέ που τὶσ: He2,6 cum codicibus, non *δέ πού τισ*.

Vide de his encliticis Lipsium (ut ad p. 99) p. 49—67. Ubi alterum duorum verborum encliticorum monosyllabum est, plerumque accentum non habet, neque habet accentum encliticum duarum syllabarum cum encliticum quod praecedit pariter duas syllabas habet, ut Io12,47 *ἐάν τίς μου*, Lc10,29 *τίς ἐστίν μου*, et Ro3,8 *καθώς φασίν τινες*.

B. DE SPIRITIBUS.[1]

Fortasse semper, certe ex remotis temporibus confusi sunt spiritus lenis et asper in lingua Graeca et Attica et non Attica. Iam annis ante Christum natum quadringentis, sive Ol. 83,3 — Ol. 94,2 (a. C. n. 446 — 403) in oblivionem spiritus sonum isse, discimus a v. cl. Adolfo de Schütz,[2] qui scripsit: „Spiritus asperi usus hac omni aetate adeo inconstans fuit ac perversus, ut H nota saepissime aut ibi omissa sit, ubi scribenda erat, aut praescripta compareat eiusmodi vocibus, quae re vera spiritu aspero carent. Qua re apparet hunc sonum procedente tempore magis magisque neglectum esse, ita ut postremo omnino non audiretur, neque quisquam in dicendo rationem eius haberet." Ad quae verba illustranda, non solum exempla plus centum ex inscriptionibus variis exhibet, sed etiam ex una inscriptione longa, anni 408 ante Christum natum, verba viginti enumerat sine spiritu aspero inter sexaginta quae cum aspero scribenda erant, et verba centum viginti duo cum aspero inter ducenta quatuordecim quae sine aspero scribenda erant. Praeterea etsi lapidarius ille H valde adamavit, scripsit sive scalpsit ΕΙΣΤΕΚΟΤΑ pro *ἑστηκοτα* et ΚΑΤΙΣΤΑΣΙΝ pro *καθιστασιν*.[3]

[1] Vide etiam supra, p. 90.

[2] Schütz, *Historia alphabeti Attici*, Berolini a. 1875, p. 54—58. Confer etiam Franz, *Elementa epigr. Graecae*, Berolini a. 1840, p. 111; E. A. Sophoclem, *History of the Greek alphabet*, Cantabrigiae et Bostoniae, a. 1848, p. 64.65; Kühner, *Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache*, ed. 2, Hanoverae a. 1869, vol. 1, p. 96—102.

[3] Kirchhoff, *Corp. inscr. Atticarum*, Berolini a. 1873, vol. 1, p. 169—175; vide p. 170, frag. *c*, l. 19 et p. 169, frag. *a*, l. 4.

Hoffmannus[1] etiam adseverat, diligentia Herodiani (a. 161 p. C. n.), quam in usum spiritus definiendum adhibuit (fere 120ies de spiritu adnotatione facta in vocabulis quibus *α* et *ε* litterae initiales sunt) demonstrari, eo tempore iam spiritus asperi debilitationem multum profecisse, cuius debilitationis initium in dialecto Herodotea percipitur; neque nos erraturos esse, quod putemus eo tempore asperum a vulgo in dicendo omnino omissum esse. Praeterea monet Hoffmannus quamvis asper interdum in verbo simplici omittatur, tamen eum in composito retineri, ut *ἧμαι, κάθημαι*; ita Gallice scriptum esse *le héros*, etsi littera *h* non audiatur.

Pergit Schützius, ut supra laudatus; „Cum autem ipso sono exstincto nihilominus H nota in usu permaneret, consequens fuit, ut unusquisque lapicida eam ibi adiceret, ubi spiritum antea pronuntiatum fuisse arbitraretur." Haec omnia quadrant in libros Novi Testamenti manuscriptos plurimos cum unciales tum minusculos, qui signis legendi instructi sunt,[2] quod supra vidimus ubi de *ψιλώσει* diximus, p. 90. Exempli causa: praebet codex minusculus 477 (i^{scr}), quem Scrivenerus in hac re melius quam multos codices instructum esse adseverat, haec: *ὀχλος, ὀλιγος, ὀδοντων, ὑστεων, αἰτεω, κ. τ. λ.* et contra *ἁρπαζω, ἑτεροσ, ἑταιροσ, ὁλοσ, εἱστηκει, κ. τ. λ.* Nihilo minus codices optimi inter se conlati, interpretes etiam Latini Gothi Copti Syri in auxilium vocati, testimonium minime neglegendum exhibent.

Pauca hoc loco afferenda sunt:

ἀβραάμ: Mt 1,1.2 cum D^{epp} ^{3}EKMUΠ, non *ἁβρ.* ut 1, Γ habet et *ἀ-* et *ἁ-*,

ἁρμαγεδών: Apoc 16,16 cum 35.37.38.39.87.95 am, non *ἀρμ-* ut 1.7.49 demid,

[1] Car. Aug. Jul. Hoffmann, *XXIstes und XXIIstes Buch . . . der Ilias*, pars 1, Clausthaliae a. 1864, p. 123 seqq., cf. p. 12.

[2] Spiritus nonnunquam inveniuntur in codicibus antiquioribus ut hic illic in AQTΔΘ, semel (Gal 5,21) in ℵ, semel (Mt 25,15) in D.

ἔβερ: Lc3,35 cum EHKMΓΛΠ it am em for ing, non ἤβερ ut fortasse minusculi nonnulli et ff² vg^ed,

ἐλισαῖος: Lc4,27 ἐλι- cum ʌ 69 a q am for fu ing go, non ἑλι- ut Π unc multi b c d f l,

ἐλμαδάμ: Lc3,28 cum EKΓΛΠ a e f q em go cop syr^utr, non ἑλμ- ut fortasse minusculi et b c g¹.² am ing for fu,

ἑλωΐ: Mc15,34 ἑλ- cum 69 g¹ l am,

ἑρμογένης: 2Ti1,15 cum D^cP 221 d e go, non ἑρμ- ut f g am fu demid et editores fere omnes,

ἑσλεί: Lc3,25 hoc spiritu cum EΠ c g² q am em for ing, non ἑσλεί ut g¹ l,

εὐρακύλων: Act27,14 hoc spiritu cum 61 vg, non εὑρ- ut HL,

ἡλεί: Mt27,46 hoc spiritu cum EFMΓ a b d f ff¹ g¹ q am em for fu ing, non ἠ- ut KUΠ c ff² g² h,

ἡλεί: Lc3,23 hoc spiritu cum ESʌ it vg, non ἠ- ut KΠ 126 b e,

ἡλείασ: Mt11,14 hoc spiritu cum EGKLM it am fu for, non ἠ- ut FΓΠ vg^cle, Mt16,14 habet H ἠ-,

ἤρ: Lc3,28 cum EHKSΓΛΠ it em for harl, non ἦρ ut 478 f vg go,

ἡσαΐασ: Mt12,17 hoc spiritu cum EKMΓΠ, non ἠ- ut GL it vg, alibi habet G ἡ-,

ὡσαννά: Mt21,9 cum it vg, non ὡ- ut FL alibi Π,

ὡσηέ: Ro9,25 testibus nullis adlegatis, non ὡσηέ.

Interpretis est statuere, utrum scribendum sit ἅγια an ἁγία He9,2 — ἄρα an ἆρα Gal2,17 — αὐτῇ an αὕτη Mt22,39 (Mc12,31) — αὕτη an αὐτή Lc2,2.37 7,12 (hic Complut et Beza αὐτῇ) 8,42 Ro7,10 16,2 1Co7,12 — ἔγχρισαι an ἐγχρῖσαι Apoc3,18 — ἐκφύῃ an ἐκφυῇ Mt24,32 Mc13,28 — ἐν an ἓν Mc3,8.20 — ἐπίβλεψαι an ἐπιβλέψαι Lc9,38 — ἢ πόρνοσ an ἡ πόρνοσ 1Co5,11 — μακρά an μακρᾷ Mc12,40 — ὅτι an ὅ τι Mc9,11.28 Io8,25 2Co 3,14 — τί (ϛ) an τι (ϛ^e) Lc6,9 (cf Act25,26) — τίνα an τινὰ 1Pe5,8 — τίνεσ an τινὲσ He3,16.

Westcottius Hortiusque originis peregrinae normam secuti scribunt ἄβελ, ἄγαρ, ἀδραμυντηνός, ἀδρίασ, ἀκελδαμάχ,

ἀλληλουιά, *ἀλφαῖος*, *ἀνανίας*, *ἄννα*, *ἄννας*, *ἀρέτας*, *ἀριμαθαία*, *ἑζεκίας*, *ἐμμώρ*, *ἐνώχ*, *ἐσρώμ*, *ἐσρών*, *εὖα*, *ὡσαννά*; sed spiritu leni *ἑβραῖος*, *-αῖος*, *-αϊστί*, *ἑλισαῖος*, *ἠλείας*, *ἠσαίας*, *ἱερειχώ*, *ἱερεμίας*, *ἱεροσόλυμα*, *-σολυμείτης*, *ἱερουσαλήμ*.

C. DE APOSTROPHO, CORONIDE, PUNCTIS DIAERESIS, IOTA SUBSCRIPTO.

Apostrophus iam in codicibus vetustioribus passim invenitur, ut *εγ᾽ καναεκ᾽ θυ αλλ᾽ ϊνα* in codice A, *κατ᾽ αυτου αλλ᾽ ωσ* in codice P, sed parum constanter usurpata et saepe in modum diastoles sive hypodiastoles quam grammatici vocant vocis finem monstrantis, ut *αβρααμ᾽ ιλημ᾽ ισαακ᾽ γεννησαρετ᾽ ελισαβετ᾽* in codice Ξ. De usu apostrophi consentiunt editores Novi Testamenti.

Coronis ut in *κἀγώ*, *κἀκεῖνος* codicum seriorum est neque in plerisque eorum diligenter adscripta.

Puncta diaeresis invenimus in codicibus vetustissimis ad litteras *ι* et *υ* adscripta, idque non solum ubi cavendum erat ne *ι* vel *υ* cum vocali antecedenti coalesceret sed etiam fere omnibus in verbis ad initium, ut *ϊνα*, *ϊδουσ*, *ϊρηνησ*, vel *υ* et *ι* coniunctis ut *ϋϊοσ*, vel in compositione ut *ἐνϊσχυσασ*, vel ad *υ* et *ι* quae neque in diphthongo sunt neque accentum habent, ut in codice Evv254, fol. 145, recto l. 1 *πρεσβϋτέρων*, fol. 150, l. 12 *ἔστϊν*, vide etiam infra p. 115, ll. 28.29. Interdum adhibitum est punctum unum ut *i*, *u̇*, vel etiam linea ut *ῑ*, *ῡ*. Hodie raro disputatur de usu punctorum horum. Nota haec: *γάϊοσ* Act 20,4 — *διϋλίζοντεσ* Mt23,24 — *ἑλωΐ* Mc15,34 *-ϊ* cum PB, non *-ι* ut HKΓ — *ἐφραίμ* Io11,54 sine punctis cum ABD EIKMSUXΓΔΠ — *καϊάφασ* Io11,49 — *κάϊν* 1Io3,12 — *καϊνάμ* Lc3,36 — *λωΐδι* 2Ti1,5 *-ϊ-* cum ΝACDEKL, non *-ι-* ut FG 115.217 — *μωϋσῆσ* Mt8,4 — *πρόϊμον* Iac5,7 — *πρωΐ* Mt16,3. Westcottius Hortiusque scribunt *ἀλληλουιά*, *ἀχαία*, *βηθσαιδά*, *-δάν*, *γαῖοσ*, *ἠσαίασ*, *καιάφασ*, *καίν*, *καινάμ*, *καινάν*, *ναιμάν* (ita et. Tisch.), *ναίν*, et *-ιν-*, et *-ωι-*, et *-ων-* sine punctis diaeresis.

Iota subscriptum in codicibus uncialibus non habetur, rarissime adscriptum in posterioribus aliquot ut ὦι in U Mt25,15, in Λ Lc7,4 — ξυλωι in K Lc23,31 — ηιδισαν in D Mc1,34; neque invenitur subscriptum in codicibus minusculis, teste Scrivenero, ante tempus codicis Evv 71 (anno 1160 exarati) etsi adscriptum nonnunquam usurpatur antehac; unde fit ut testes paucos adhibere possimus. Aliquot verba sufficient ad Tischendorfii usum cognoscendum ἀθῷοσ Mt27,4.24 — ᾆραι Mt24,17 et ᾆρον Mt9,6 — εἰκῇ Ro13,4 — ἐρωτᾶν Io16,19 — ζῆν Lc24,23 — ζῶον Apoc4,7 — ἦραν Io19,38 — ἡρῴδησ Mt2,3 (forma ἡρῴδησ quam Westcottius Hortiusque adamant invenitur in inscriptionibus ut ΗΡΩΙΔΑ, ΗΡΩΙΔΕΙΑ[1]) — κρυφῇ Eph5,12 — λάθρα Mt1,19 — μητρολῴαισ 1Ti1,9 — πανταχῇ Act21,28 — πάντῃ Act24,3 — πατρολῴαισ 1Ti1,9 — πρῷρα Act27,30.41 — τρῳάδα Act16,8 — ᾠόν Lc11,12.

D. DE PARTICULARUM CONIUNCTIONE.

Coniunctio particularum in primis auctoritate codicum minusculorum definienda est, quod codices unciales plerique continua scriptura singulis verbis non disiunctis exarati sunt. Quod Tischendorfius statuit liquebit ex catalogis qui sequuntur.

Coniunctim scribuntur:

ἀπάρτι locis tribus: Io13,19 14,7 Apoc14,13
ἀπέναντι: Mt27,24 et alibi
ἄραγε: Mt7,20 17,26 Act17,27
ᾆραγε: Act8,30
δεκαοκτώ: Lc13,4.11
δεκαπέντε: Io11,18 Act27,28 Gal1,18
δεκατέσσαρεσ: Mt1,17 2Co12,2 Gal2,1
δήπου: He2,16
διαπαντόσ: Mc5,5 etc
διατί: Mt9,11 etc
διό: Mt27,8 etc
διόπερ: 1Co8,13 10,14
διότι: Lc1,13 etc
ἐάνπερ: He3,14 6,3
εἴγε: 2Co5,3 etc
εἴπερ: Ro3,30 etc
εἴπωσ: Act27,12 etc
εἴτε: Ro12,6 etc
ἔκπαλαι: 2Pe2,3 3,5

[1] Boeckh, *Corp. inscr. Gr.* vol. 3, p. 693, inscr. 5774.5775, l. 15; p. 694, ll. 42.55; p. 695, ll. 87.89.114; p. 696, l. 180.

ἔμπροσθεν: Mt5,16 etc
ἑξαυτῆς: Mc6,25 etc
ἐπάνω: Mt2,9 etc
ἐπαύριον: Mt27,62 etc
ἐπειδήπερ: Lc1,1
ἐφάπαξ: Ro6,10 etc
ἤπερ: Io12,43
ἤτοι: Ro6,16
ἵνατί: Mt9,4 etc
κἀγώ: vide supra, p. 96
καθά: Mt27,10
καθάπερ: Ro4,6
καθεξῆς: Lc1,3 etc
καθό: 1Pe4,13 etc
καθόλου: Act4,18
καθότι: Lc1,7 etc
καθώσπερ: He5,4
καίγε: Lc19,42 etc
καίπερ: 2Pe1,12 etc
καίτοι: Act14,17 etc
καίτοιγε: Io4,2
κἀκεῖ:
κἀκεῖθεν:
κἀκεῖνος:
} vide supra, p. 96.97
κατέναντι: Mt21,2 etc
κατενώπιον: Iud24 etc
μενοῦν uno loco: Lc11,28
μενοῦνγε: Ro9,20 10,18 Phil3,8
μέντοι: Io4,27 etc
μετέπειτα: He12,17
μήγε (εἰ δὲ μήγε): Mt6,1 etc
μηδέποτε: 2Ti3,7
μηδέπω: He11,7
μηκέτι: Mt21,19 etc
μήποτε: Mt4,6 etc
μήπου: Act27,29
μήπω: Ro9,11 He9,8
μήπως: 1Co8,9 etc
μήτε: Mt5,34 etc
μήτι (nisi uno loco): Mt7,16 etc
μήτιγε: 1Co6,3
ὅστις: Mt2,6 etc
οὐδέποτε: Mt7,23
οὐδέπω: Lc23,53 etc
οὐκέτι (uno loco exc.): Mt19,6 etc
οὐκοῦν; Io18,37
οὔπω: Mt16,9 etc
οὔτε: Mt6,20 etc
παραυτίκα: 2Co4,17
παραχρῆμα: Mt21,19 etc
παρεκτός: Mt5,32 etc
πεντεκαιδεκάτῳ: Lc3,1
τοιγαροῦν; 1Th4,8 He12,1
ὑπερέκεινα: 2Co10,16
ὑπερεκπερισσοῦ: Eph3,20 1Th 3,10
ὑπερεκπερισσῶς: 1Th5,13
ὑπερλίαν: 2Co11,5 12,11
ὑπερπερισσῶς: Mc7,37
ὑποκάτω: Mt22,44 etc
ὡσεί: Mt3,16 etc
ὥσπερ: Mt6,2 etc
ὡσπερεί: 1Co15,8
ὥστε: Mt12,12 etc

Separantur haec:

ἀλλά γε: Lc24,21 1Co9,2
ἀλλ' οὐχί: Lc17,8 Io13,10
ἀνὰ μέσον: Mt13,25 Mc7,31 Apoc7,17
ἀπ' ἄρτι tribus locis: Mt23,39 26,29.64 sed in ed. Brockhaus. a. 1873, Tischendorfii ultima, ἀπάρτι Mt23,39 26,29
ἀπ' ἀρχῆς: Mt19,8 etc
ἀπὸ μακρόθεν: Mt27,55
διά γε: Lc18,5
διὰ παντός loco uno ex errore: Mt18,10
διὰ τί duobus locis ex errore: Mt17,19 21,26(25)
ἑβδομήκοντα ἑξ: Act27,37

εἰ μή: Mt5,13 etc
εἰ μήτι: Lc9,13 etc
εἴ τι: Mt18,28 etc
εἴ τισ: Mt16,24 etc
ἐνενήκοντα ἐννέα: Mt18,12.13 Lc15,4.7
ἐξ ἐναντίασ: Mc15,39 Tit2,8
ἐπὶ πλεῖον: Act4,17 etc
ἐπὶ τὸ αὐτό: Mt22,34 etc
καθ' εἷσ: Ro12,5; — Mc14,19 κατὰ εἷσ
καθ' ἡμέραν: Mt26,55 etc
κατὰ μόνασ: Mc4,10 Lc9,18
κατ' ἰδίαν: Mt14,13 etc
μή τι uno loco: Io21,5
μή τισ: Io4,33 7,48
ὅσ γε: Ro8,32
ὅ τι: Lc10,35 etc
ὅστισ οὖν: Mt18,4
οὐκ ἔτι: Philem16
πεντήκοντα τριῶν: Io21,11
πρὶν ἤ: Mt1,18 Mc14,30
τὰ νῦν: Act5,38 cum H, habent 91.178.195 ταυῦν
τεσσεράκοντα τέσσαρεσ vel τεσσάρων: Apoc7,4 21,17
τὸ πρότερον: Io6,62 etc
τοῦτ' ἔστιν: Mt27,46 etc, sed τοῦτό ἐστιν: Mt26,26 Mc14,22.24 Lc22,19 Io6,29 1Io4,3
ὑπὲρ ἐγώ: 2Co11,23

E. DE INTERPUNCTIONE.

In codicibus uncialibus antiquissimis ut ℵB interpunctio satis raro a prima manu invenitur, verbis non separatis nisi interdum nova res novam lineam ut in ℵ vel spatium breve ut in B requirit. Posthac usurpatur punctum simplex idque saepius ut a manu secunda in ℵB et a manu prima in ACIN^{b}PQZΞ et nonnunquam ut in A comma et puncta duplicata. Codices NRW^{a} utuntur puncto eodem fere modo nunc ad summam nunc ad imam nunc ad mediam litteram sine ullo discrimine. Codices F^{paul}G^{paul}Δ punctum saepissime adhibent. Exempli gratia scribitur in F 1Ti3,16:



verbo unoquoque more inscriptionum antiquarum ab aliis separato. Scribit G sine ulla cura, ut 1Th5,23.24:

ΤΟ CΩΜΑ· ΑΜΕΜΠΤΩC. ΕΝ ΤΗ ΠΑΡΟΥCΙΑ ΤΟΥ ΚΥ ΗΜΩΝ ΙΥ ΧΡΥ· ΤΗΡΗΘΕΙ· Η· ΠΙCΤΟC· Ο· ΚΑ ΛΩΝ ΥΜΑC. ΟC ΚΑΙ ΠΟΙΗCΕΙ·

Luce clarius est ne argumentum quidem ad interpunctionem rectam decernendam hauriri posse ex priorum nuditate neque magis ex posteriorum copia signorum.

Notatio autem alia interpunctionis similis fuit scriptura quam stichometricam vocant,[1] de qua non raro erraverunt studiosi Novi Testamenti. Vox *στίχοσ* significavit primum in oratione soluta verba quae una linea scripta sunt, quae in ligata *ἔπη* appellantur. V. cl. Carolus Graux re accuratissime indagata omnibus rebus, ipsis litteris singulis, enumeratis invenit *στίχον* ex circiter 36 litteris exstare, apud scriptores cum sacros tum profanos. Usi sunt veteres *στίχῳ* hoc mensura librorum cum poematum tum orationum prosarum, ut Diogenes Laertius[2] refert Aristotelis opera stichos 445270 continere, Hieronymus[3] Gregorii Nazianzeni opera triginta millia versuum continere. Eodem modo, teste Nöldekio apud Gardthausenium, mercedem accipiunt scribae hodie Indiae orientalis pro numero versuum (slok =

στίχοι

[1] Suicer, *Thesaurus*, Amstelaedami a. 1682, sub voce *στίχοσ* vol. 2, coll. 1025—1037; — F. Ritschl, *Alexandrinische Bibliotheken*, Vratislaviae a. 1838, p. 91—136; — Eduard Reuss, *Herzog's Real-Encyklopädie für protestant. Theologie und Kirche*, Gothae a. 1862, vol. 15, p. 85—88, sub voce *Stichometrie;* — Charles Graux, *Nouvelles recherches sur la stichométrie*, *Revue de philologie* a. 1878, vol. 2, p. 97 — 143; — V. Gardthausen, *Griechische Palaeographie*, Lipsiae a. 1879, p. 127—133; — F. Blass, *Zur Frage über die Stichometrie der Alten*, et *Stichometrie und Kolometrie*, *Rheinisches Museum*, ser. nov. vol. 24, p. 524—532 et vol. 34, p. 214—236; — Wachsmuth, *Stichometrie und kein Ende*, *Rheinisches Museum*, ser. nov. vol. 34, fasc. 3, p. 481—484.

[2] Diog. Laert. *De vita et mor. philosoph.* lib. 5, cap. 28.

[3] Hieron. *Catal. script. eccles.* cap. 117.

versus poetici) sive liber exscriptus versus quos *slok* dicunt habet sive non habet. Est *στίχος* hoc sensu mensura spatii. Pari fere modo revocant typographi Anglici quidquid typis descriptum est ad *m* quae littera est quadrata. Apud Eusebium[1] dicitur epistula Iesu ad Abgarum paucos stichos continere, et Origenes[2] adseverat Paulum paucos stichos ad ecclesias misisse et Iohannem epistulam perpaucorum stichorum reliquisse et Iohannis epistulas secundam et tertiam stichos non centum facere. Haec omnia ad *στίχους* eos pertinent quibus spatium certum definitur, et quod sciam non nisi huiusmodi *στίχοι* commemorantur in subscriptionibus librorum Novi Testamenti. In codicibus evangeliorum usurpatur vox *ῥήματα* eodem sensu, et nonnunquam praebet codex idem numeros et *στίχων* et *ῥημάτων* sane ex antigraphis variis haustos; similitudo harum vocum apparebit ex eo quod inter alia Matthaei numerantur *στίχοι* 2560, *ῥήματα* 2522, et Marci *στίχοι* 1616, *ῥήματα* 1675.

Prorsus differt scriptura stichometrica quam theologi vocant. Post saeculum quintum medium exscripsit Euthalius diaconus Alexandrinus, posthac episcopus Sulcensis (?) actus et epistulas, accentibus additis, verbis ita in versus dispertitis ut quae in oratione inter se arctissime coniuncta essent uno versu comprehenderentur, praesertim in usum lectorum publicorum in ecclesiis:[3] *πρῶτον δὴ οὖν ἔγωγε τὴν ἀποστολικὴν βίβλον στοιχιδὸν (στιχηδὸν) ἀναγνούς τε καὶ γράψας.* Et iterum: *ἔναγχος ἐμοί γε τήν τε τῶν πράξεων*

[1] Euseb. *Hist. eccles.* i, 13, § 9: *ὀλιγοστίχου μὲν πολυδυνάμου δὲ ἐπιστολῆς.*

[2] Orig. apud Euseb. vi, 25, §§ 7.10: *Παῦλος . . . οὐδὲ πάσαις ἔγραψεν αἷς ἐδίδαξεν ἐκκλησίαις, ἀλλὰ καὶ αἷς ἔγραψεν, ὀλίγους στίχους ἐπέστειλεν . . . .* [Iohannes] *καταλέλοιπε καὶ ἐπιστολὴν πάνυ ὀλίγων στίχων . . . πλὴν οὐκ εἰσὶ στίχων ἀμφότεραι* [2 Io et 3 Io] *ἑκατόν.*

[3] Euthalius apud Zacagnium, *Collectanea monumentorum veterum ecclesiae*, Romae a. 1698, p. 404. 409.

βίβλον ἅμα, καὶ καθολικῶν ἐπιστολῶν ἀναγνῶναι τε κατὰ προσῳδίαν καὶ πῶς ἀνακεφαλαιώσασθαι καὶ διελεῖν τούτων ἑκάστης τὸν νοῦν . . . στοιχηδόν (στιχηδόν) τε συνθεὶς τούτων τὸ ὕφος κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ συμμετρίαν πρὸς εὔσημον ἀνάγνωσιν. Quod autem ad epistulas Pauli attinet, videtur Euthalius Graece secutus esse scriptorem Syrum, qui partitionem in lingua Syra iam anno 396 fecerit.[1] Qui primus evangelia in stichos dispertita scripserit, non apparet. Praeterea usus est Hieronymus distinctione tali in versione sua Latina.

Scriptura huius similis per stichos sive versus breves exstat in codicibus[2] $D^{evv\ act}E^{act}D^{paul}H^{paul}$. Exemplum dabit quod D^{paul} scribit 1Co 13,5—8:

ΟΥΚΑCΧΗΜΟΝΕΙ
ΟΥΖΗΤΕΙΤΑΕΑΥΤΗC
ΟΥΠΑΡΟΞΥΝΕΤΑΙ
ΟΥΛΟΓΙΖΕΤΑΙΤΟΚΑΚΟΝ
ΟΥΧΑΙΡΕΙΕΠΙΤΗΑΔΙΚΙΑ
CΥΝΧΑΙΡΕΙΔΕΤΗΑΛΗΘΕΙΑ
ΠΑΝΤΑCΤΕΓΕΙ
ΠΑΝΤΑΠΙCΤΕΥΕΙ
ΠΑΝΤΑΕΛΠΙΖΕΙ
ΠΑΝΤΑΥΠΟΜΕΝΕΙ
ΗΑΓΑΠΗ
ΟΥΔΕΠΟΤΕΕΚΠΙΠΤΕΙ+

Versio Latina in codice hoc eodem modo exarata est:

NONAMBITIOSAEST
NONQUAERITQUAESUASUNT
NONINRITATUR etc.

[1] Zacagnius, *ibid.* p. 536, not. 2. Vide infra, p. 157—159.

[2] De codice E^{act} vide infra, cap. VII, 2.

Codex $D^{evv\ act}$ usurpat praeterea hic illic punctum et nonnunquam litteram magnam locis quibus sensus distinctio occurrit ad medium versum, ut Io 21,21.22:

ΚΕ ΟΥΤΟϹΔΕΤΙ · ΛΕΓΕΙΑΥΤΩ
Ο ΙΗϹ

et Latine:

DME HICAUTEMQUID · DICITILLI IHS

Sed haec omnia parum valent ad interpunctionem hodie definiendam.

Interpunctionem uberiorem habemus in codicibus ELOSVYΘ$K^{epp}M^{paul}B^{apoc}$, puncto ad summam ubi plurimum valebat, mediam, imam litteram apposito, commate duplicatisque punctis minus raro adhibitis. Teste Tischendorfio vix invenitur signum interrogationis ante saeculum nonum vel octavum. Tamen editores hodie interpunctionem codicum horum vel codicum minusculorum non ducem fidelem habent.

In hac editione Tischendorfius pariter atque in septima raritati interpunctionis studuit, quod Lachmannus etiam fecerat. Ubi autem antea ad verba post *γέγραπται* vel *λέγων κ. τ. λ.* citata usus erat littera magna sine puncto, nunc colon et litteram parvam posuit: unde scribitur non *γέγραπται Οὐκ, γέγραπται γάρ Κύριον, λέγων Ὁμοία*, sed *γέγραπται· οὐκ, γέγραπται γάρ· κύριον, λέγων· ὁμοία.* Hanc mutationem, quam iam adumbraverat in prolegomenis editionis septimae, p. lxiii, invitus, ut videtur, concessit editor codicum auctoritati; exempli gratia haec ex codice Evv 254, fol 145 recto, ll. 3.4 ad pericopam de adultera addantur: *πλὴν τῆσ γυναικὸσ, εἶπ^{ε}· γύναι. ποῦ εἰσϊν· οὐδείσ σε κατέκρϊνεν; ἡ δὲ, εἶπεν· οὐδεισ κ̅ε̅́· εἶπε δὲ αὐτ^{ῆ} ὁ ἰ̅σ̅̃· οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίν^{ω}.*

Qui rem accuratius tractare volunt ad Lipsii librum p. 67—112 ablegantur. Hugius[1] notat locos nonnullos

[1] Hug, *Einleitung in die Schriften des Neuen Testaments*, ed. 4, Stuttgardiae, a. 1847, p. 213—217.

ubi patres de interpunctione inter se dissentiunt. Locus praeclarissimus est ille Io 1,3.4 *οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἐστιν*, quem vide.

2.

DE NOMINUM FORMATIONE.

Pauca dicenda sunt de nominibus cum primae secundaeque tum tertiae declinationis, et de peregrinis aptotisque.

1 et 2 decl.

Λύδδα ut accusativus neutrius generis Act 9,32.35 et *Λύδδασ* ut genetivus feminini generis primae declinationis Act 9,38 scribuntur, quae vox teste Winero[1] feminini generis est in 1 Macc et apud Plinium, utriusque generis apud Iosephum. De voce *Θυάτειρα* vide Act 16,14 Apoc 1,11 2,18.24:[2] Apoc 1,11 legit Tischendorfius cum ℵ *εἰσ Θυάτειρα*. Habemus Mt 10,15 *Γομόρρων* et 2 Pe 2,6 *Γομόρρασ* ut Gen 13,10 accusativum neutrius generis *Γόμορρα* et Gen 14,2 genetivum feminini generis *Γομόρρασ*. Accusativus feminini generis *Λύστραν* Act 14,6.21 16,1 pugnat cum dativo *Λύστροισ* Act 14,8 16,2 2 Ti 3,11. De voce *Μαρία* haec dicantur: genetivo semper, id est septies, *Μαρίασ* scribitur; dativo bis *Μαριάμ* Lc 2,5, repugnante D, Act 1,14, repugnantibus ℵACD; nominativo, accusativo, vocativo scribuntur apud Matthaeum *Μαριάμ* quater, *Μαρία* non nisi ter; apud Marcum (nominativo solo) *Μαρία* septies id est ubique; apud Lucam *Μαριάμ* decies, *Μαρία* vel *Μαρίαν* non nisi quinquies; apud Iohannem *Μαριάμ* undecies *Μαρία* vel *-αν* non nisi ter. Praeterea codices ℵD adamant formam *Μαρία*, BLΔ formam *Μαριάμ*.[3]

Videtur *-αρχησ* in primis usitata fuisse forma apostolorum tempore et certe posthac in vocibus compositis.

[1] Winer, *Biblisches Realwörterbuch*, ed. 3, Lipsiae a. 1847, sub voce.

[2] Vide Boeckh, *Corp. inscr. Gr.* vol. 3, p. 61, ins. 3982, l. 9.

[3] Confer *Καϊνάμ* Lc 3,36 — *Ἰωνάμ* Lc 3,30 — *Ναθάμ* Lc 3,31 — etiam *Ἰαννaί* Lc 3,24 — et *Μεννά* Lc 3,31.

Edidit Tischendorfius *ἀσιαρχῶν* Act19,31 — *ἐθνάρχησ* 2Co 11,32 — *ἑκατοντάρχησ* undevicies, id est ubique nisi Act22,25 — *πατριάρχησ* Act2,29 7,8.9 He7,4 — *πολιτάρχασ* Act17,6.8 — *τετραάρχησ* Mt14,1 Lc3,19 9,7 Act13,1; sed e contrario ubique, vicies semel, *χιλίαρχοσ*. Winerus laudat formas similes in *-αρχησ* cum in Vetere Testamento tum in scriptoribus profanis.

Formae *μαχαίρησ*,[1] *μαχαίρη* leguntur septies Lc21,24 22,49 Act12,2 Heb11,34.37 Apoc13,10.14; *πλημμύρησ* Lc6,48; *πρῴρησ* Act27,30; *σπείρησ*[2] Act10,1 21,31 27,1; *Σαπφείρη* Act5,1; *συνειδυίησ* Act5,2.[3]

Ut ex *ὁ δεσμόσ* numerus pluralis *τὰ δεσμά* ducitur excepto Phil1,13 ubi *οἱ δεσμοί* legitur, ita ex *ὁ σῖτοσ* Act7,12 in textu recepto (cum HP etc) *σῖτα*, sed hic editores recentiores omnes *σιτία* receperunt cum ℵABCDE. Pro forma plurali usitata *σταδίουσ* nunc edidit Tischendorfius Io6,19 *στάδια* cum ℵ*D; item Mc14,3 *τὸν ἀλάβαστρον* cum ℵ*ADEF HKSUVW^{b}XΓΠ non *τὴν ἀλ.* ut ℵ^{c}BCLΔ.

Forma *γήρει* Lc1,36 edita est cum ℵABC et uncialibus ceteris[4] et occurrit in codicibus bonis Gen15,15 21,7 25,8 1Paral29,28. Testatior forma Act27,40 est *ἀρτέμωνα*. Forma pluralis neutrius generis *ἡμίσεια* edita est Lc19,8 cum L (ℵB*Q-*σια*), quae forma alibi[5] reperta

3 decl.

[1] Ita Exod15,9 *μαχαίρῃ* et ed. Rom. et mss.

[2] Dindorfius scripsit: „vicissim frequens est genitivus *σπείρησ*, etiam in communi dialecto apud recentiores.“ Steph. *Thes. Gr. ling.* Parisiis vol. 7 (a. 1848—1854), col. 569.

[3] Ita etiam Exod8,21.24 *κυνομυίησ*, 1Sam25,20 *ἐπιβεβηκυίησ* et ed. Rom. et mss., Sap10,7 *εστηκυιη* ℵ*.

[4] Dindorfius scripsit: „Videtur haec forma [*γῆροσ, τό*] frequentata fuisse Macedonibus et Alexandrinis“; Steph. *Thes. Gr. ling.* Parisiis vol. 2 (a. 1833), col. 608. Cf Fritzsche ad Sir3,12; Sturz, *De dial. Maced. et Alex.* p. 155.

[5] Antoninus Liberalis, *Μεταμορφώσεων συναγωγή*, cap. 2, ed. Georg. Aenoth. Koch, Lipsiae a. 1832, pag. 6, l. 28.

est, praeterea probatur *ἡμίσεα* apud Phrynichum[1] pro *ἡμίση*. Editum est *βαθέως* Lc24,1 cum ℵABCDGHLMXΓΔΛΠ*, non *βαθέος* ut EKPSUVΠ[2]. Accusativus pluralis *νήστις* scribitur Mc8,3 cum ℵΔ, quae forma Fritzschio[2] probatior videtur esse etiam Mt15,32 ubi Tischendorfius ipse eam recepit in editionibus minoribus a.1873.

Neutrum *τὸ ἔλεος* ubique scribitur quamquam *ἔλεον* quidem aliquoties etiam in uno vel altero antiquissimorum codicum invenitur. Octies occurrit *τὸ πλοῦτος* 2Co8,2 Eph1,7 2,7 3,8.16 Phil4,19 Col1,27 2,2, duodecies *ὁ πλοῦτος* Mt13,22 Mc4,19 Lc8,14 Iac5,2 Ro2,4 9,23 11,33 Eph1,18 He11,26 1Ti6,17 Apoc5,12 18,16; *ὁ ζῆλος* passim, sed bis *τὸ ζῆλος*, 2Co9,2 cum ℵB 17, quam formam in editione septima B solo teste Tischendorfius noluit accipere, et Phil3,6 cum ℵABD*FG. Aliquot testes habent passim etiam *ὁ δεῖπνος* ut Lc14,16 Apoc19,9.17.

In editione septima Tischendorfius, vix libenter scripsit *λίαν* Act14,12 — *ἀσφαλῆν* He6,19 — et in apocalypsi *ποδήρην* 1,13 — *μῆναν* 9,15 22,2 — *ἄρσεναν* 12,5.13 — *εἰκόναν* 13,14 de quibus conferendus est apparatus criticus ad He6,19; nunc auctoritate in primis codicis ℵ fultus, qui codex tamen aliis locis formas similes praebet, expulit has formas neque olim neque hodie a lingua populari alienas,[3] quae etsi passim in codicibus optimis antiquissimis leguntur

[1] Phrynichus, *Eclogae nominum*, ed. Chr. Aug. Lobeck, Lipsiae a. 1820, p. 246.247: Steph. *Thesaur.* vol. 4, p. 170; Buttmann, *Ausführl. Sprachlehre*, vol. 1, p. 248; Al. Buttmann, *Studien und Kritiken*, a. 1862, p. 194 sq.

[2] C. F. A. Fritzsche, *Evangelium Marci*, excurs. 3, Lipsiae a. 1830, p. 796.797.

[3] Vide Mullach, *Grammatik der griechischen Vulgarsprache*, Berolini a. 1856, p. 22 et 162; — Joh. Gottfr. Wetzstein, „Ausgewählte griechische und lateinische Inschriften, gesammelt auf Reisen in den Trachonen und um das Haurângebirge," *Abhandlungen der königlichen Akademie der Wissenschaften zu Berlin. Aus dem Jahre 1863*, Berolini a. 1864, p. 255—368, ubi invenitur forma

tamen ex recentiore usu videntur fluxisse. Similiter *μείζων* pro *μείζω* Io5,36 non editum est, quamquam ABEGMΔ testes habet.

peregrina.

Vox *Μωϋσῆς Μωϋσεῖ Μωϋσῆν* habet Act7,44 *Μωϋσῆ* ex ℵBCEH, ut verisimile est, auctore Moultonio, ex LXX viralis versionis usu, et Lc16,29 *Μωϋσέα* ex codicibus omnibus. *Μωϋ-* in hac voce constanter editum est. Habet textus receptus ubique *Μωσῆς*, ita etiam Strabo (ed. Meineke) et Philo (ed. Müller; non ita ed. Richter). De usu LXX virali cf LXX ed. 4. Tischendorfii, proll. p. xlii. Teste Müllero (in Ioseph. *Contr. Ap.* i, 31, §4) fluctuat scriptura apud Iosephum, etsi forma *Μωσῆς* ei usitatior sit; Bekkerus tamen edidit ubique apud Iosephum *Μωυσῆς*. De codicum variatione quod ad hanc vocem attinet, cf Ottonem ad Iust. Mart. *Apol.* 1, cap. 32 sub init.

In evangeliis editae sunt formae *Σολομῶνος*, *Σολομῶνα*, in actibus *Σολομῶντος* 3,11 cum ℵABCP, 5,12 cum ℵA13; Δ Mt1,6 et C(semel) Δ Mt12,42 praebent *-μῶντα*. Act7,47 edidit Tischendorfius *Σαλωμών*.

Vox *Ἱερουσαλήμ* vel *Ἱεροσόλυμα* invenitur in Novo Testamento fere 140ies, id est *Ἱερουσαλήμ* 74ies et *Ἱεροσόλυμα* 66ies. Ut accuratius loquar, edita est forma *-όλυμα* in Matthaeo semper (11ies) excepto Mt23,37 ubi *-ήμ* bis legitur, — in Marco semper (11ies) — in Iohanne semper (12ies), — in apocalypsi semper, id est ter. In Luca edita est forma *-ήμ* 27ies, *-όλυμα* quater, — in actibus *-ήμ* 37ies, *-όλυμα* 22ies, — in Paulo *-ήμ* octies, *-όλυμα* ter.

aptota.

Ex verbis aptotis haec *Βηθφαγή*, *Γεννησαρέτ*, *Καφαρναούμ* ubique sine variatione edita sunt; — *Βηθσαϊδάν* potius placet Matthaeo et Marco, *Βηθσαϊδά*

χρηπιδαν p. 311, inscr. 160, l. 3; — Le Bas et Waddington, *Voyage archéologique*, inscriptions vol. 3, 1, textes, pars VI, sect. VI, Trachonite 2, Riméa, inscr. 2418, l. 2, ubi invenitur *θυριδαν*. Vide etiam I.G. Müllerum, *Erklärung des Barnabasbriefes*, Lipsiae a. 1869, p. 158, et E. A. Sophoclem, *Greek lexicon*, Bostoniae a. 1870, p. 36.

Lucae et Iohanni;[1] — *Ναζαρέθ* (exceptis Mt4,13 et Lc4,16 *Ναζαρά*) usurpatur a Matthaeo et Luca (etiam in actibus), *Ναζαρέτ* a Marco et Iohanne, iudice Tischendorfio.

3.

DE VERBORUM FORMATIONE.

(1.) DE AUGMENTO.

Augmentum passim vel omittitur vel fluctuat vel duplicatur vel non reduplicatur vel transponitur.

a. Omittitur passim augmentum praesertim in verbis quae praepositionibus composita sunt vel quae diphthongum *οι* vel *ευ* sub initium habent, et in plusquamperfecto ut: *ἀνορθώθη* Lc13,13 — *ἐπαισχύνθη* 2Ti1,16 — *διερμήνευσεν* Lc24,27 (— *ἀνέθη* Act16,26 — *ἀφέθησαν* Ro4,7) — *ἐποικοδόμησεν* 1Co3,14 — *οἰκοδομήθη* Io2,20 cum ℵB*T^{b}33 (*οἰκοδόμησεν* aliqua auctoritate valet, in primis Act7,47 B*D et Lc7,5 C*D; alibi vero ita unus B* vel C* vel L*, alibi nullus; confer ad Act7,47)[2] — *εὐδόκησα* etc Mt17,5 Mc1,11 Lc3,22 12,32 2Pe1,17 1Co1,21 10,5 Gal1,15 Col1,19 1Th2,8 (sed *ηὐδοκ.* praesertim cum ℵAB et 37^{paul} Mt3,17 12,18 Ro15,26.27 1Th3,1 He10,6.8; ad He10,6.8 habent ℵD^{c} *εὐδοκ.*) — *εὐκαίρουν* Mc6,31 (sed *ηὐκαίρουν* Act17,21) cum ℵABDE — *εὐλόγησα* (cf Lc24,30) — *εὐπορεῖτο* Act11,29 — *εὗρισκον*, *εὗρον* etc (He11,5 *ηὑρίσκετο* cum ℵADE) — *εὐφόρησεν* Lc12,16 ubi codices multi *ηὐφ.* praebent — *εὐφραίνοντο* Act7,41 (sed *ηὐφράνθη*

[1] Confer *βηδσαϊδά* ex titulo atramento scripto in testa fictili, quae ex Aegypto Parisios translata fuit; Boeckh, *Corp. inscr. Gr.* vol. 4 (a. 1877), p. 424, inscr. 9060, l. 2.

[2] Confer Wetzstein (ut supra p. 118) p. 267, inscr. 12, l. 2; p. 279, inscr. 52, l. 3.4; p. 282, inscr. 62. a, l. 10; p. 299, inscr. 118, l. 4; p. 304, inscr. 136, l. 2; p. 305, inscr. 140, l. 4; p. 307, inscr. 148, ll. 4.5; p. 309, inscr. 155, l. 4 ubi *οἰκ*; — p. 270, inscr. 22, ll. 4.5; p. 271, inscr. 28, l. 6; p. 295, inscr. 107, l. 2 ubi *ὠκ*.

Act2,26) — *εὐχαρίστησεν* Act27,35 (sed[1] *ηὐχαρίστησαν* Ro1,21 cum ℵACDE) — *εὔχοντο* Act27,29 cum B*CH (sed *ηὐχόμην* Ro9,3 cum ℵABCFG) — *εὐξάμην* Act26,29 — *γεγόνει* Act4,22 (vide ad loc.) — *δεδώκει* Mc14,44 Lc19,15 Io11,57 (cf Mc15,10) — *μεμενήκεισαν* 1Io2,19 — *πεπιστεύκεισαν* Act14,23 — *πεποιήκεισαν* Mc15,7 — *τεθεμελίωτο* Mt7,25.

b. Fluctuat augmentum inter *ε* et *η* in *ἐδυνάμην* Mt22,46 etc et *ἠδυνάμην* Io9,33 etc etiam *ἠδυνήθην* Mt17,16.19 etc, vel *ἠδυνάσθην* Mc7,24 (ℵB) — *ἔμελλον* Io6,6.71 etc et *ἤμελλον* Lc7,2 Io4,47 etc (*ἐβουλόμην*, *ἐβουλήθην* ubique edita sunt, non *ἠβουλ.* — cf 2Io12 in textu recepto); inter *ει* et *η*, ut *εἰργάσασθε* 2Io8 et *ἠργάσατο* Mt25,16 etc *ἠργάζοντο* Act18,3; *κατειργ.* Ro15,18 et *κατηργ.* Ro7,8 etc, *προσηργ.* Lc19,16 (*εἰλκωμένοσ* editum est Lc16,20, non *ἡλκ.*). Fluctuant etiam *ἐρ-* et *ἐρρ-*, ut *ἐραβδίσθην* 2Co 11,25 — *ἐράντισεν* He9,19.21 — *ἐράπισαν* Mt26,67 — *ἔριψαν* Mt15,30 etc — *ἐρύσθη* 2Ti4,17 — *ἐρύσατο* Col1,13 2Ti3,11 (sed *ἐρρύσατο* 2Co1,10 2Pe2,7) — *προσέρηξεν* Lc6,48.49 (sed *ἔρρηξεν* Lc9,42) — *διερήσσετο* Lc5,6 (sed *διέρρηξεν* Mt26,65) — *ἐρρέθη* passim. Reduplicatur interdum *ρ*, ut *ῥεραντισμένοι* He10,22 — *περιρεραμμένον* Apoc19,13 (ℵ); saepius non reduplicatur, ut *ἐριμμένοι* Mt9,36 (D *ρεριμμενοι*) — *ἔρριπται* Lc17,2 — *ἔρρωσθε* Act15,29 — *ἐρριζωμένοι* Eph3,18(17) Col2,7.

c. Duplicatur augmentum vel omissa est reduplicatio quam vocant, ut: *ἀπεκατεστάθη* Mt12,13 Mc3,5 (8,25) Lc6,10 — *ἀνέῳξεν* Io9,14 — *ἀνέῳγεν* 1Co16,9 — *ἀνεῴχθην* Mt3,16 9,30 27,52 Lc1,64 — *ἀνεῳχθῆναι* Lc3,21 — *ἀνεῳγμένοσ* Act10,11 Ro3,13 2Co2,12; *triplicatur* etiam ut *ἠνεῴχθησαν* Io9,10 — *ἠνεῳγμένη* Apoc4,1 10,2.8 19,11; reduplicatio omittitur in *ἐμνηστευμένῃ* Lc1,27 2,5.

[1] Confer Gruterum, *Corp. inscr.* Amstelaedami a. 1707, p. lxxi, inscr. 1, ll. 9.14.18 *ηυχαριστησεν*.

d. Transponitur augmentum, ut *ἠνοίγη* Act12,10 — *ἠνοίγησαν* Mc7,35 — *ἤνοιξεν* Io9,17 — *ἠνοίχθησαν* Act16,26 — *διηνοιγμένους* Act7,56 — *ἤφιεν* Mc1,34 11,16 — *ἡμφιεσμένον* Mt11,8 Lc7,25 (*ἐπροφήτευσαν*, non *προεφήτευσαν* textus recepti Mt11,13 et al.).

Forma *ἑόρακα* pro *ἑώρακα* edita est 1Co9,1 Col 2, 1.18, sed alibi *ἑώρ.*[1]

(2.) DE TEMPORIBUS INSOLENTIORIBUS.

a. Aliquando verba formas permutant, ut verba in *μι* cum verbis in *άω έω* (*ί*)ω; verba in *έω* cum verbis in *άω*, e. g.: *ἐμπιπλῶν* Act14,17, *ἐμπιπρᾶσθαι* Act28,6, *ἀφιεῖσ* Apoc2,20, *συνιῶν* Ro3,11 (al *συνίων*), *συνιοῦσιν* Mt13,13, *ἀφίουσιν* Apoc11,9 (al *συνίουσιν ἀφιοῦσιν*), — *ἐλεῶντοσ* Ro9,16, *ἐλεᾶτε* Iu23, *ἐλλόγα* Philem18, — *νικοῦντι* Apoc2,17, *ἠρώτουν* Mt15,23, *ἐνεβριμοῦντο* Mc14,5, *ἐμβριμούμενοσ* Io11,38.[2]

b. Quod ad modos attinet, haec notentur. Etsi non editum est tamen passim in codicibus nonnullis invenitur coniunctivus quidam futuri ut *καυθήσωμαι* 1Co13,3, *κερδηθήσωνται* 1Pe 3,1 (*δώσῃ* Io17,2 nunc legit Tisch.). Formae *δοῖ* Mc8,37, *παραδοῖ* Mc4,29 14,10.11 Io13,2, *παραδιδοῖ* 1Co15,24, *γνοῖ* Mc5,43 9,30 Lc19,15 videntur re vera non optativi sed coniunctivi modi esse.[3] Tischendorfius edidit optativum

[1] Vide de *ἑόρακα* Stephan. *Thes. Gr. ling.* Parisiis vol. 5 (a. 1842—1846), col. 2139. Praeterea cum his de augmento „conferri possunt multa ex LXX, alia in editis alia in mss. obvia: ut *απεκατεστη* Exod4,7, *ερυσθησαν ερυσω* 4Reg23,18 Exod5,23, *ερυψεν* Exod7,10, *εμνηστευμενη* (hoc omnino contra antiquum morem fuisse videtur) Deut22,23 (eadem forma Protev. Iac. xix, 1, cod. E), *επρονομευσαν* saepissime, *ηργαζοντο* Exod36,4 et alibi saepe, *επροφητευσαν* saepissime, *επιβεβηκει* Num22,22, *δεδωκειν* 2Reg18,11 etc. Cf etiam *Patr. apostol. opp.* ed. Gebhardt, Harnack, Zahn, Lipsiae a. 1876, fasc. 2, p. 158, martyr. Polyc. xvi, 2 *γεγόνει*; p. 152, martyr. Polyc. xii *πεπληρώκει*."

[2] Cf E. A. Sophoclem, *Greek lexicon of the Roman and Byzantine periods*, Bostoniae 1870, p. 41.

[3] Confer Moultonium (ut supra, p. 99), p. 360, not. 2.

δῴη Ro15,5 Eph1,17 2Ti1,16.18 2,25, non coniunctivum δῶῃ quem Lachmannus habet Eph1,17 2Ti2,25. Imperativi recipiuntur ἀνάβα Apoc4,1, ἀνάβατε Apoc11,12, ἀνάστα Act12,7 Eph5,14, ἐγείρου Lc8,54 (vide ad loc.), εἰπόν Mt18,17 22,17 (vide apparat.) Mc13,4 Lc10,40 22,66, — et infinitivi πεῖν (Ln bis πῖν) Mt27,34 bis Io4,7. 9.10 1Co9,4 10,7 (sed πιεῖν Mt20,22 Mc10,38 Act23, 12.21 Ro14,21), κατασκηνοῖν Mt13,32 cum B*D, (sed κατασκηνοῦν Mc4,32) ἀποδεκατοῖν He7,5 cum BD*.

c. Quod ad ea, quae temporum propria sunt, attinet, haec notentur. Futura ἀκούσω ut Mt12,19, γελάσω Lc6,21, κράξω Lc19,40 et similia usitatioribus passim praeferuntur. Futurum ἀναπαήσονται Apoc14,13 editum est cum ℵAC, et ἐπαναπαήσεται Lc10,6 cum ℵB; confer κατακαήσεται 1Co3,15 2Pe3,10.[1] Aoristus secundus saepe terminationem primi adsumit, ut εἶδα vel ἴδα Mt13,17 etc, εἵλατο 2Th2,13,[2] εἶπαν ut Mt27,6 Mc8,28,[3] ἐπέβαλαν Mc14,46, ἔπεσαν Apoc7,11, εὕραμεν Lc23,2 He9,12, ἦλθαν Mt25,36 etc, participium εἵπας Act7,37 etc.[4] Cf εἵχαμεν 2Io5, εἶχαν Mc8,7 Apoc9,8.

d. Flexiones hae personales notandae sunt: secundae personae singularis δύνῃ Mc9,22.23 Lc16,2 Apoc2,2, ἀφῆκες Apoc2,4 cum ℵ*et^{c}C, κεκοπίακες Apoc2,3, πέπτωκες Apoc2,5

[1] Codex Alexandrinus habet κατακαήσονται Esai47,14. Herm. Vis. i, 3, § 3, et iii, 9, § 1, παῆναι; cf Steph. *Thes.* et E. A. Sophoclem, *Greek lex.* s. v. παύω.

[2] Vide Boeckhium, *Corp. inscr. Gr.* vol. 2, p. 755, inscr. 3272, l. 11 εἵλατο, l. 15 εἱλάμενοσ; vol. 3, p. 901, inscr. 6247, l. 2 ἀφείλατο; vol. 4, p. 465, inscr. 9269, l. 2 εἵλατο.

[3] Teste v. cl. I. H. Thayero, pro εἶπον, quod textus receptus 127 ies habet, legit Tisch. 82 ies εἶπαν.

[4] Tischendorfius haec addidit: „Lc14,10 17,7 codices optimi inter αναπεσε et αναπεσαι fluctuant. Sed illud prius a paulo pluribus confirmatum eo magis praeferri debet quoniam ανεπεσεν 11,37 22,14 haud dubie a Luca scriptum est, cui si ανεπεσαμην (neque Iohanni, Marco, Matthaeo probatum) placuisset, non unum imperativum αναπεσαι placuisse probabile est."

(B habet *ἔδωκεσ* Io17,7.8), *κανχᾶσαι* Ro 2,17.23 1Co4,7 (cf Ro 11,18), *ὀδυνᾶσαι* Lc16,25, *πίεσαι*, *φάγεσαι* Lc17,8,[1] — tertiae personae singularis *διεδίδετο* Act4,35, *ἐξέδετο* Mt21,33 Mc12,1 Lc20,9, *παρεδίδετο* 1Co11,23,[2] — tertiae personae plur. imperfecti *ἐδολιοῦσαν* Ro3,13 (e LXX), *εἶχοσαν* Io15,22.24 cum ℵBL*N*Π[2] 1.33, aoristi secundi *παρελάβοσαν* 2Th3,6 cum ℵ*AD*, ita saepe in LXX,[3] perfecti *ἀπέσταλκαν* Act16,36 cum ℵAB, *γέγοναν* Ro16,7 cum ℵAB et Apoc21,6 cum ℵ[c]A, *ἔγνωκαν* Io17,7, *εἴρηκαν* Apoc19,3 cum ℵAP, *εἰσελήλυθαν* Iac5,4 cum BP, *ἑώρακαν* Lc9,36 Col2,1 (*εἶδ.*), *τετήρηκαν* Io17,6 cum BDL; Apoc18,3 habent *πέπτωκαν* AC; Tischendorfius legit *πέπωκαν*.[4]

4.

DE SYNTAXI.

Constat multa quae ad syntaxim spectant esse, quibus Graecitas Novi Testamenti, qualis in codicibus servatur, ut et scriptorum aliorum posterioris aevi et LXX interpretum, a puritate classica quam vocant discedat, nec prorsus arcenda sunt talia ex editionibus Novi Testamenti. Iunguntur *ἵνα*, *ἐάν*, *ὅταν* cum indicativo nunc futuri *ἵνα σταυρώσουσιν* Mc15,20, *ἐρεῖ* Lc14,10, *δώσουσιν* Lc20,10, *θεωρήσουσιν* Io7,3, *ξυρήσονται* etc Act21,24, *θήσω* 1Co9,18, *καυθήσομαι* 1Co13,3, *καταδουλώσουσιν* Gal2,4, *ἐξομολογήσεται* Phil2,11, *κερδηθήσονται* 1Pe3,1, *ἥξουσιν κ. προσκυνήσουσιν* Apoc3,9, *σφάξουσιν* Apoc6,4, *δώσει* Apoc8,3, *ἀδικήσουσιν* Apoc9,4, *προσκυνήσουσιν* Apoc9,20 13,12, *ἀναπαήσονται* Apoc14,13, — *ἐὰν συμφωνήσουσιν* Mt18,19, *σιωπήσουσιν*

[1] Ita apud LXX *πίεσαι* Ruth 2,9 Iud12,13 Sir9,10 Ezek4,11 12,18 23,32.34; *φάγεσαι* Ruth 2,14 Ps127,2 Ezek4,9.10.12 12,18 36,14 Mich6,14 2Mac7,7.

[2] Codex Alexandrinus habet *ἐδίδετο* Exod 5,13.

[3] Vide E. A. Sophoclem, *Greek Lexicon*, p. 39.

[4] Vide in primis E. A. Sophoclem, *Gr. Lex.* pp. 37.38.

Lc19,40, *ὁδηγήσει* Act8,31, — *ὅταν ὄψεσθε* Lc13,28, *δώσουσι* Apoc4,9, nunc praesentis *ἵνα σωφρονίζουσιν* Tit2,4, *γινώσκουσιν* Io17,3, *διώκονται* Gal6,12, *θαυμάζετε* Io5,20, *φυσιοῦσθε* 1Co4,6, *ζηλοῦτε* Gal4,17, *γινώσκομεν* 1Io5,20, *τρέφουσιν* Apoc12,6, — *ἐὰν στήκετε* 1Th3,8, — *ὅταν στήκετε* Mc11,25, nunc perfecti, *ἐὰν οἴδαμεν* 1Io5,15. Occurrit etiam *ὅταν* cum imperfecto, ut *ὅταν αὐτὸν ἐθεώρουν* Mc3,11, et aoristo, ut *ὅταν ὀψὲ ἐγένετο* Mc11,19, *ὅταν ἤνοιξεν* Apoc8,1.

Ita coniunguntur diversi modi continuo se excipientes, ut Mt7,6 *μήποτε καταπατήσουσιν καὶ ῥήξωσιν*, Apoc3,9 *ἵνα ἥξουσιν καὶ προσκυνήσουσιν καὶ γνῶσιν ὅτι*, vide etiam Apoc22,14.[1]

Constructiones ad sensum quas dicunt inveniuntur, ut Io6,9 *παιδάριον ὅς*, Mc3,28 *αἱ βλασφημίαι ὅσα ἂν βλασφημήσωσιν*, et similiter Lc23,53 *ἐνετύλιξεν αὐτό . . . καὶ ἔθηκεν αὐτόν*, Mc9,26 [*πνεῦμα*] . . . *κράξας . . . σπαράξας*, Mt14,12 *ἦραν τὸ πτῶμα καὶ ἔθαψαν αὐτόν*.[2]

Apocalypsis, cuius pauci exstant codices, scatet erroribus syntacticis, ut 5,12 *ἄξιός ἐστιν τὸ ἀρνίον*, 21,14 *τὸ τεῖχος ἔχων*, neque omnino desunt in reliquis Novi Testamenti libris similes soloecismi, ut Phil2,1 *εἴ τις σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί*.

In interrogatione ponitur *ὅτι* pro *τί ὅτι* Mc2,16 9,11.28, quod etiam apud LXX et alibi occurrit. Item praefigitur *εἰ* interrogationi directae, ut Act1,6 *λέγοντες· κύριε, εἰ . . . ἀποκαθιστάνεις*, Lc13,23 *εἰ ὀλίγοι*, Lc22,49, *εἰ πατάξομεν* vide etiam Mt19,3 Act19,2.[3]

[1] Confer Lev10,6 *ἵνα μὴ ἀποθάνητε καὶ ἔσται*, Deut29,13 *ἵνα στήσῃ . . . καὶ ἔσται*. Vide etiam Tischendorfium, *N. T. Gr.* Parisiis a. 1842, proll. p. xi.

[2] Ita saepe in LXX, ut Deut1,39 *παιδίον ὅστις*, Deut4,2 *τὰς ἐντολὰς ὅσα*, Deut5,28 *λόγων ὅσα ἐλάλησαν*, — 1Reg13,29 *ἦρεν τὸ σῶμα καὶ ἐπέθηκεν αὐτό . . . καὶ ἐπέστρεψεν αὐτὸν τοῦ θάψαι αὐτόν*, — Lev5,15 *ψυχὴ ἐὰν αὐτόν*, 2Reg18,36 *ἐντολὴ λέγων*.

[3] Cf Iudic13,11 *εἰ σὺ εἶ*, et vide Winerum, *Gr.* § 57,2.

Pronomen reflexivum ubique *αὐτοῦ* nunquam *αὑτοῦ* editum est, quod non modo in codicibus uncialibus octavi noni decimi saeculi sed etiam in aliis multis (non tantum Novi Testamenti codicibus) fere constanter ponitur, quod firmant praeterea praepositiones elisae, quae *επ*, *απ*, *μετ*, *κατ*, *αντ*, non *εφ*, *αφ*, *μεθ*, *καθ*, *ανθ* scriptae sunt, ut Mc 5,40 14,33 *μετ᾽ αὐτοῦ*, He 6,7 *ἐπ᾽ αὐτῆσ*, Apoc 9,11 *ἐπ᾽ αὐτῶν*.[1]

Τίσ ponitur significatione relativi, ut Mc 8,1.2 Mt 10,19, et fortasse Act 13,25 *τί ἐμὲ ὑπονοεῖτε εἶναι, οὐκ εἰμὶ ἐγώ·* ubi, Tischendorfio iudice, non interpungendum est *εἶναι; οὐκ*: sed vide Meyerum in loco.

5.

DE VERBIS COMPOSITIS.

Saepe accidit lingua quadam veterascente ut verba simplicia quasi senescentia verbis compositis cedant; neque desunt talia composita in Novo Testamento. Nihilominus usque hodie res non accurate indagata est, nec licet legem ponere nisi legem illam prudentiae, nihil temere mutari debere. Id, quod Tischendorfius iam statuit, — composita quaedam simplicibus usitatiora fuisse et e contrario librarios vel potius codicum correctores loco simplicium saepe composita posuisse quo explicatiorem orationem redderent, — dubium non tollit. Qui rem adire volet, inveniet in apparatu materiam, quae ad Novum Testamentum attinet. Fusius de hac re tractare vetamur cum temporis tum spatii angustiis. Videtur *ἐπερωτᾶν* usitatius fuisse quam *ἐρωτᾶν* (apud Bruderum invenitur *ἐπερ.* 61 ies et *ἐρ.* 61 ies), de quo vide Mc 8,5 Lc 23,3.6, et *ἀνατρέφεσθαι* quam *τρέφεσθαι*, de

[1] Ita apud LXX (ubi editio ipsa Romana plerumque *αὐτοῦ* habet), ut 1 Reg 11,18 *μετ᾽ αὐτῶν* in codice Alexandrino, 2 Sam 13,19 *ἐπ᾽ αὐτῆσ*, Iudic 3,23 *κατ᾽ αὐτοῦ*, 2 Reg 3,27 *ἀντ᾽ αὐτοῦ* et *ἀπ᾽ αὐτοῦ*. Confer Philonem 2,77, l. 37, Basilicorum tom. vii, ed. Car. Annibal Fabrotus, Parisiis a. 1847, p. 884 B *κατ᾽ αὐτούσ*, p. 251, C *ἐπ᾽ αὐτόν* ex codice Parisiensi.

quo vide Lc4,16 Act7,20.21 22,3 — *ἀποκρύπτειν* passim substitutum esse pro *κρύπτειν* ut Mt11,25 25,18, item *ἀπαρνησάσθαι* (quod Mt16,24 Mc8,34 non fluctuat) pro *ἀρνησάσθαι*, de quo vide Lc9,23 Io13,38, item *ἐπιστρέφειν* pro *στρέφειν* Io12,40.

6.

DE IIS QUAE SINGULORUM SCRIPTORUM PROPRIA SUNT.

Dubitari vix potest quin is adiumentum studiosis Novi Testamenti textus magnum ad lectiones definiendas allaturus sit qui accurate distinguere poterit, quid uniuscuiusque scriptoris proprium sit. Res autem difficultatis plena usque hodie fere neglecta est. Gersdorfius[1] initium fecit. Wilkius,[2] quem coniunctio inter quaestiones textus criticas et scriptorum consuetudines non fugit, quamquam multa plurimi aestimanda commemoravit tamen in usum grammaticae studiosorum scribens praebuit non nisi notas quae a criticis elaborarentur oportuit. Crednerus multa quae est eius accuratio notavit.[3] Valent etiam multum studia vv. cll. Bernhardi Weissii et Henrici Iulii Holtzmanni in quaestionibus de evangeliis; adeundi sunt libri Schulzii et Seyffarthii in quaestionibus de Iohanne, Schulzii in quaestionibus de Petro Iuda Iacobo, Böttcheri et Lasonderi in quaestionibus de Paulo.[4]

[1] Chph. Gotthelf Gersdorf, *Beiträge zur Sprach-Charakteristik der Schriftsteller des N. T.* Theil i, Lipsiae a. 1816.

[2] Christian Gottlob Wilke, *Die neutestamentliche Rhetorik*, Dresdae et Lipsiae a. 1843, p. 4 et p. 435—493.

[3] Credner, *Einleitung in das Neue Testament*, Halae a. 1836.

[4] Weiss, *Das Matthäusevangelium und seine Lucasparallelen*, Halae a. 1876, *Das Marcusevangelium und seine synoptischen Parallelen*, Berolini a. 1872, vide etiam editionem sextam commentariorum Meyeri in Mc-Lc Io Ro a Weissio curatam; Holtzmann, *Die synoptischen Evangelien*, Lipsiae a. 1863; — I. D. Schulze, *Der schriftstellerische Charakter und Werth des Iohannes*, Lipsiae a. 1803; T. A. Seyffarth,

Nonnulla addantur exempli causa. Matthaeus adamat phrases *ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*, *ἐρρέθη* et similia, *προσκυνεῖν τινι*. Marcus utitur praesentibus ubi alii praeteritis utuntur, ut capp. 1.2.3, item 4,1.15, item passim capite 5, item 6,1; — aoristo praecedente solet praesens ponere, ut 3,12 6,8.12.41 7,36 8,2.30; — ponit *ὁ πολύς* et *οἱ πολλοί* ubi *πολύς* et *πολλοί* satis videntur esse, ut 6,2 9,26 12,37; — amat locutiones pleonasticas, ut *μετ' αὐτοῦ συνακολουθεῖν* 5,37. Lucas adamat formam *ἱερουσαλήμ*; — praeter ceteros mavult *ἅπαντες* pro *πάντες* scribere; — adamat *δὲ καί* in talibus phrasibus quales sunt *ὁμοίως δὲ καί*, *ἔλεγεν δὲ καί*, *ἐγένετο δὲ καί*.

Difficultas lectionis definiendae, quod ad hanc rem spectat, eo maior est quod non solum facillime scriba, praesertim ad novum auctorem transitu facto, phrases prioris auctoris in librum alterius inferebat, sed etiam intra librum unum phrases forte varie scriptas inter se confundebat. Quo postero modo imitati sunt interpolatores ea quae auctoris interpolati propria sunt, „quem ad modum Lc2,41 *ἐπορεύοντο δὲ καί* solus D praebet; nec raro in Marco testes aliquot *ὄχλος* cum plurali composuere, quod ex ipsius Marci more est, confer 4,1 et 9,15."

Ein Beitrag zur Special-Charakteristik der Johanneischen Schriften, Lipsiae a. 1823; — I. D. Schulze, *Der schriftstellerische Werth und Charakter des Petrus, Judas und Jakobus*, Leucopetrae a. 1802; — I. F. Böttcher, *De paronomasia finitimisque ei figuris Paulo apostolo frequentatis*, Lipsiae a. 1823.24; Bernard Albert Lasonder, *Disquisitio de linguae Paulinae idiomate*, I.II, Traiecti ad Rhenum a. 1866.

V.

DE TEXTUS FORMA.

---

paginae

1. De librorum ordine . . . . . 131—140
2. De capitibus . . . . . 140—166
   (1.) De divisionibus antiquis . . 140—161
   De lectionibus ecclesiasticis . 161—163
   (2.) De divisione occidentali hodierna 164—166
3. De versibus . . . . . 167—182

V.

DE TEXTUS FORMA.

1.

DE LIBRORUM ORDINE.[1]

Novum Instrumentum sive Testamentum[2] pro lege et prophetis Veteris Testamenti praebet „novam legem evangelii et novum sermonem apostolorum" unde orta est divisio in evangelium sive evangelia sive evangelicum instrumentum et apostolum sive apostolos sive apostolicum instrumentum sive apostolica instrumenta.[3] Exceptis paucis

[1] Haec indagaverunt quam accuratissime atque historice elucidaverunt Humfredus Hody, *De bibliorum textibus originalibus*, Oxonii a. 1705, lib. 4, cap. 4, *de librorum biblicorum numero ac ordine*, p. 644—664, et in primis v. cl. Gustavus Volkmar, in editione sua libri Credneri, *Geschichte des Neutestamentlichen Kanon*, Berolini a. 1860, p. 337—416, praesertim 393—416. Vide etiam v. cl. B. F. Westcott, *A general survey of the history of the canon of the New Testament*, ed. 5, Londinii a. 1881, p. 521—579, ubi exhibentur catalogi librorum biblicorum praestantissimi ex saeculis octo prioribus.

[2] Tertull. *Adv. Marcion.* lib. 4, cap. 1 et 6; *Adv. Prax.* c. 15; *De resur. carnis*, c. 39.

[3] Clem. Alex. *Strom.* vii, 3, § 14, p. 836 ed. Potter; v, 5, § 31, p. 664; vi, 11, § 88, p. 784; Tertull. *Adv. Prax.* c. 15; *De pudicit.* c. 12; *De resur. carnis*, c. 39. Conf. Iren. *Cont. haereses*, lib. 1, cap. 3, § 6, ed. Stieren, Lipsiae a. 1853: *ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν*; Hippol. *Ref. haer.* lib. 7, c. 38: *τῶν δὲ εὐαγγελίων ἢ τοῦ ἀποστόλου.*

testibus tribuunt omnes locum priorem evangeliis. De librorum auctoritate deque libris apocryphis non est quod dicam, neque meum est causas historico-canonicas adire, propter quas librorum ordo mutatus sit. Notandus est ordo primum quinque Novi Testamenti partium, deinde evangeliorum quattuor, tum epistularum catholicarum, denique epistularum Pauli. Lectorem non latebit, ordines nonnullos infra laudatos ex incuria ortos esse.

(1.) EVV ACT CATH PAUL APOC.

Ordo in codicibus Graecis, ut ABC et minusculis, usitatus est Evv Act Cath Paul Apoc, quem ordinem praeterea exhibent, nisi quod hic illic omittitur pars nonnulla, Athanasius[1] (a. 330), Cyrillus Hierosolymitanus[2] (a. 350), canon spurius sive catalogus concilio Laodicensi anni 363 adscriptus,[3] Philastrius[4] (a. 380), Itala apud Cassiodorium[5] (a. 540), Leontius[6] (a. circ. 590), index „de LX libris" etc (*περὶ τῶν ξ' βιβλίων*) Anastasii Sinaitae *Quaestionibus* in codice Parisino subiunctus,[7] Iohannes

[1] Athanasius, *Opera*, ed. Benedict. Patavii a. 1777, vol. 1, pars 2, p. 767 B[de], ex epist. festali 39, anni 365 vel 367.

[2] Cyrill. Hieros. *Catecheses*, iv, 36 (al. 22); Migne, *Patrol. Gr.* vol. 33, col. 500.

[3] Conc. Laodic. *Canon LX* (in plerisque libb. MSS. canonis LIX pars); Mansi, *Sacror. concill. nova . . . collectio*, Florentiae a. 1759 seqq. vol. 2, col. 574. De canone hoc suppositicio videndus in primis v. cl. B. F. Westcott, *ut supra*, p. 431—439.

[4] Philastrius, *De haer.* c. 88; Oehler, *Corp. haeres.* Berolini a. 1856, vol. 1, p. 83. Ordinem dat Evv Act Paul Cath sed addit: „quae septem actibus apostolorum coniunctae sunt."

[5] Cassiodorius, *De institutione divinarum litterarum* cap. 14; Migne, *Patrol. Lat.* vol. 70, col. 1125[bc].

[6] Leontius, *De sectis*, act. 2, c. 4; Gallandi, *Bibliotheca vett. patr.* Venetiis a. 1765 seqq., vol. 12, p. 629.

[7] Apud Cotelerium, *Patr. Apostol.*, Clerici ed. alt. a. 1724, vol. 1, p. 197, et Hodium, *De bibl. text.* p. 649, col. 44, e cod. Barocc. 206.

Damascenus[1] (a. 730), Pseudo-Athanasius[2] (saeculi fere decimi), Petrus Mauricius Cluniacensis (a. 1156),[3] Ebediesu[4] (a. 1318), codices novem Latini apud Hodium, liber „Ermeneumatum vocum V. et N. T.“;[5] hoc ordine usi sunt Lachmannus, Tischendorfius, Tregellesius, Westcottius Hortiusque, unde fit ut hodie sit ordo receptus in editionibus Novi Testamenti Graece.

E P A C Ap.

Codex ℵ, codices Evv 61.69.90.522 (Act 20: Paul Act Cath), Epiphanius,[6] versio Syra Peshito, Hieronymus, Eucherius Lugdunensis[7] (a. 435), correctorium biblicum Lipsiense,[8] codices Latini nonnulli (ut Fuldensis a. 546, codices quinque apud Hodium, codex in schola cathedrali Halberstadiensi num. 30 fol., codex v. cl. Samuelis Ivesii Curtissii professoris Chicagoae in America), Alexander Necham[9] (a. 1215), Guilelmus Brito[10] (a. 1325), Mammotrectus[11] praebent ordinem Evv Paul Act Cath Apoc.

[1] Ioh. Damascenus, *De fide orthodoxa*, iv, 17; Migne, *Patrol. Gr.* vol. 94, col. 1180.

[2] Pseudo-Athanasius, *Synopsis sacrae scripturae*, c. 47—73; Athanasii *Opera*, ed. Bened. Parisiis a. 1698, vol. 2, p. 177—201, ed. Patav. vol. 2, p. 136—155; confer Crednerum, *Zur Geschichte des Kanons*, Halle a. 1847, p. 127—147.

[3] Vide infra p. 136, adnot. 1.

[4] Ebediesu, *Carmen*, cap. 2; Asseman. *Biblioth. oriental.* Romae a. 1725, vol. 3, pars 1, p. 8—12.

[5] *Ermeneum.*, in codice Bodleiano NE. C. 4.5, teste Hodio, *ut supra*, p. 658, col. 103.

[6] Epiphanius, *Haer.* 76, cap. 11 (Aëtii *Confut.* v), p. 941 ed. Petav.

[7] Eucherius, *Instructiones ad Salonium*, lib. 1, cap. 2; Migne *Patrol. Lat.* vol. 50, col. 796—812.

[8] In bibliotheca Paulina universitatis, MS. 105 (olim R. I. T. S. II. 6), fol. 32^{b}—36^{a}.

[9] Necham, *Libri bibliothecae* seu *expositiones bibliothecae*, in codice Bodleiano (super D. I. art. 75), teste Hodio, *ut supra*, p. 656, col. 87.

[10] Guilelmus Brito, *Correctiones nominum Hebr.*, in codice Lambethano, teste Hodio, *ut supra*, p. 657, col. 95.

[11] Mammotrectus, Venetiis a. 1506, fol. 175^{b}—203^{a}. Mammotrectus

E P C A Ap.

Canones apostolici,[1] versiones Memphitica et Sahidica,[2] Augustinus,[3] Innocentius I[4] (a. 410), Iunilius[5] (a. 550), concilium Toletanum III[6] (a. 589), Isidorus Hispalensis[7] (a. 600), Eugenius III Toletanus[8] (a. 637), Ildefonsus[9] (a. 657), Iohannes Sarisberiensis[10] (a. 1165), Gregorius Bar Hebraeus[11] (a. 1286), codices

vel potius Mammothreptus est thesaurus omnium rerum, quas scire clericos oportuit, ab Iohanne Marchesino anno circiter 1300, ut videtur, compositus. Vide Graesse, *Lehrbuch einer allgemeinen Literärgeschichte*, vol. 2, pars 2, p. 202.203; eundem, *Trésor de livres rares* etc. Dresdae vol. 4 (a. 1863), p. 357ª, sub voce Mammetractus; Sam. Berger, *De glossariis*, Paris. a. 1879, p. 31—56.

[1] *Canones apostolici*, can. 84 (al. 85, al. 76), apud Mansi, *Concill.* vol. 1, col. 48.

[2] Memphitica, vide Zacagnium, *Collectanea monn. vett. ecclesiae Graecae ac Latinae*, Romae a. 1698, p. lxxiv seq.; et in primis Lightfootium apud Scrivenerum, *A plain introduction* etc. ed. 2, Cantabrigiae a. 1874, p. 343.351.

[3] Augustinus, *De doctrina Christiana*, lib. 2, cap. 8 (al. 13); *Opp.* ed. (Benedict.) Paris. alt. vol. 3, col. 49.

[4] Innocentius I, „Ad Exsuperium episcopum Tolosanum", *epist.* 6, § 13; Gallandi, *Bibl. vett. patr.* vol. 8, p. 564ª.

[5] Iunilius, *De partibus divinae legis*, cap. 6 et 10; Gallandi, *ut supra*, vol. 12, p. 81.

[6] Concil. Tolet. III, cap. 1; Mansi, *Concill.* vol. 9, col. 992.

[7] Isidorus, *In libros V. et N. Test. prooemia* cc. 86—109; Migne, *Patrol. Lat.* vol. 83, col. 175—180 [p. 213—219]. Ita *Etymol.* vi, 1, 2; Migne, *ibid.* vol. 82, col. 230 seqq.; *De eccl. officiis* i, 11, § 6; 12, §§ 11. 12; Migne, *ibid.* vol. 83, col. 746 seqq.

[8] Eugenius III, *Opuscc.* pars 2, carm. 59, *Versus in bibliotheca;* Migne, *Patrol. Lat.* vol. 87, col. 394.

[9] Ildefonsus, *De cognitione baptismi*, cap. 79; Migne, *Patrol. Lat.* vol. 96, col. 140.

[10] Ioh. Sarisb. Carnotensis episcopus, *Epistula* 143 (al. 172, al. 26); Migne, *Patrol. Lat.* vol. 199, col. 126.

[11] Gregorius Abulpharagius sive Bar Hebraeus, *Eccles. Antioch. Syr. Nomocanon*, cap. 7, § 9; ap. Ang. Maium, *Script. vett. nova collectio*, vol. 10 (Romae a. 1838), pars 2, p. 53 seq.; ordinem habet Evv Paul Cath [Const. apost.] Act.

duo Latini apud Hodium, codex Latinus Halberstadiensis (a. 1461) num. 45, ordinem exhibent Evv Paul Cath Act Apoc.

E A P C Ap.

Ordinem Evv Act Paul Cath Apoc hodie in versionibus occidentalibus[1] usitatum testantur fragmentum Muratorianum,[2] Eusebius,[3] Gregorius Nazianzenus,[4] Amphilochius,[5] concilium Carthaginense a. 397,[6] Rufinus[7] (a. 410), concilium Carthaginense a. 419,[8] codex Amiatinus Vulgatae versionis a. circ. 541, Alcuinus[9] (a. 780), Nicephorus[10] (a. 806), Hugo de s. Victore[11] (a. 1120), Petrus de Riga[12] (a. 1170), codices Act 4. 68. 119. 120. 134. 214. 215. 220. 223. Adhibitus est ordo hic in

[1] Versio Moscovitica, teste Hodio, habet ordinem Evv Act Cath Paul Apoc. Versio Armenica typis expressa sequitur Vulgatae ordinem.

[2] *Fragmentum Muratorianum*; Routh, *Reliq. sacr.* ed. 2, Oxonii a. 1846, vol. 1, p. 394. 395.

[3] Euseb. *Hist. eccl.* iii, 25, §§ 1. 2.

[4] Gregor. Naz. *Carmina*, lib. 1, sect. 1, carm. xii, 31; Migne, *Patrol. Gr.* vol. 37, col. 474.

[5] Amphilochius, *Epistula* [sive *Iambi*] *ad Seleucum* ver. 290 sqq.; in Amphilochii *Opp.* ed. Combefis, Paris. a. 1644, p. 132 seq., et Gallandi, *Bibl. vett. patr.* vol. 6, p. 495. A multis Gregorio Nazianzeno adscripta, in operibus eius reperitur; *Carmina*, lib. 2, sect. 2, carm. viii, ed. Benedict.

[6] Concil. Carth. a. 397, cap. 47 [24]; Mansi, *Concill.* vol. 3, col. 891; melius apud Westcottium.

[7] Rufinus, *Commentarius in symbolum apostolorum* c. 37; Migne, *Patrol. Lat.* vol. 21, col. 374[ab] [p. 100].

[8] Concil. Carth. a. 419, *Can.* 29; Mansi, *ut supra*, vol. 4, col. 430.

[9] Alcuinus, *Carm.* vi; Migne, *Patrol. Lat.* vol. 101, col. 734 [p. 206 Froben.].

[10] Nicephorus, *Stichometria* sub finem *Chronographiae*; apud Crednerum, *Zur Geschichte des Kanons*, Halae a. 1847, p. 119, et Migne, *Patrol. Gr.* vol. 100, col. 1057.

[11] Hugo de s. Vict. *De scripturis et scriptoribus sacris*, cap. 6; Migne, *Patrol. Lat.* vol. 175, col. 15.

[12] Petrus de Riga, *Aurora* (paraphrasis V. et N. T. metrice conscripta), in codice Bodleiano super D. 1. art. 103; Hody, *ut supra*, p. 655, col. 83.

editionibus Novi Testamenti Graece Erasmi, Gerbelii, Cephalaei, Stephani, Bezae, Elzeviriorum et in editionibus Vulgatae versionis certe plerisque, secundum decretum concilii Tridentini a. 1546 (sess. iv) unde in versiones occidentales transiit. Ratio huius ordinis invenitur apud Petrum Mauricium (Venerabilem dictum) Cluniacensem,[1] qui eum adhibuit in disputatione sua adversus Petrobrusianos haereticos: „quia Pauli epistulae non solum maioris voluminis, sed et sublimioris doctrinae sunt, licet non sic ordinentur in canone."

His addantur ordines aliqui hic illic inventi: — Evv Act Cath Apoc Paul in codicibus Latinis tribus apud Hodium; — Evv Act Paul Apoc Cath apud Gelasium[2] et apud Ivonem (a. 1092);[3] — Evv Act Apoc Cath Paul in Evv 175; — Evv Paul Cath Apoc Act in stichometria[4] codicis D^{paul} et in codice Latino Bodleiano Hatton. 64, teste Hodio; — Evv Paul Apoc Cath Act apud Iohannem Belethum[5] (a. 1162); — Evv Apoc Paul Cath in codice Evv 368; — Act Cath Paul Evv Apoc in codicibus Evv 1.209.393^{vdtr} (Evv 592: Cath Paul Evv); — Act Cath Apoc Paul Evv in codice Latino apud Hodium; — Act Cath Apoc Evv Paul in codice Latino apud Hodium; — Act Paul Cath Evv in codice Evv 234 (et ex errore bibliopegi in codice Evv 51); — Paul Evv Act Cath apud Chrysostomum.[6]

[1] Petrus Cluniacensis, *Tract.* sive *Epist. cont. Petrobrusianos;* Migne, *Patrol. Lat.* vol. 189, col. 736[a].

[2] Gelasius apud Crednerum, *Zur Geschichte des Kanons*, Halae a. 1847, p. 195.196; de Gelasii decreto et conciliis Romanis a. 494 et 496 vide in primis Mansi, *Concill.* vol. 8, col. 145—176, et Crednerum, *Gesch. des Neutest. Kanon*, a. 1860, pp. 287—291.

[3] Ivo Carnotensis episcopus, *Decretum*, pars 4, cap. 62; Migne, *Patrol. Lat.* vol. 161, col. 276 sq. [4] Vide infra caput VII, 3, cod D.

[5] Iohannes Beleth, *Rationale divinorum officiorum*, cap. 60; Migne, *Patrol. Lat.* vol. 202, col. 66, et apud Guilel. Durandum, *Rationale divinorum officiorum* in editionibus multis.

[6] Chrysostomus, *Synopsis V. et N. Test.; Opera*, ed. (Bened.) Paris. alt. tom. 6, p. 373 [318[ab]].

(2.) MT MC LC IO.

Evangeliorum ordo omnium testatissimus Mt Mc Lc Io invenitur in codicibus fere omnibus Graecis, exhibetur etiam in fragmento Muratoriano (a. circiter 170), et apud Irenaeum,[1] Origenem,[2] Gregorium Nazianzenum, Athanasium, in concilii Laodicensis a. 363 pseudo-canone vel catalogo, apud concilium Carthaginense a. 397, in canonibus apostolorum, apud Amphilochium, Leontium, Iohannem Damascenum, Nicephorum, Pseudo-Athanasium, — et apud Augustinum, Hieronymum, Rufinum, Eucherium Lugdunensem, Cassiodorium, Isidorum Hispalensem, Iunilium, et in decreto Gelasii, — et apud Ebediesum.

Mt Io Lc Mc

Ordo Mt Io Lc Mc, id est apostolis praeeuntibus, invenitur in codice $D^{evv\ act}$ Graeco-Latino, in codice Evv 594, et in Latinis a b e f ff^2 q, et in Gothica versione, et in constitutionibus apostolicis;[3] — testatur ordinem hunc titulus versuum Gregorii Nazianzeni in codice evangeliorum 536: *χῦ θαύμαστα· παρὰ ματθαίω ἰωάννη τὲ καὶ λουκᾶ καὶ μάρκω·* Druthmarus (a. 870) narrat se vidisse „librum evangelii Graece scriptum, qui dicebatur sancti Hilarii fuisse, in quo primi erant Matthaeus et Ioannes, et prius [post] alii duo.“[4] Habetur etiam hic ordo in codicibus scholiorum no. 12 et 13 apud Matthaeium.[5]

[1] Iren. *Cont. haer.* iii, 1, § 1; Euseb. *Hist. eccl.* v, 8, §§ 2—4.

[2] Origenes apud Euseb. *Hist. eccl.* vi, 25, §§ 3—7.

[3] *Constitut. apost.* lib. 2, c. 57; Mansi, *ut supra*, vol. 1, col. 361.

[4] Druthmarus, *Expos. in Matth.* c. 1; Migne, *Patrol. Lat.* vol. 106, col. 1266[a]. Ratio ordinum apud Druthmarum sic explicatur: „Potest ipse ordo evangeliorum ideo sic haberi, ut unus apostolus sit in capite alter in fine, et illi duo qui inter ipsos habentur auctoritatem ab ipsis duobus habeant. Vidi tamen librum ... alii duo [verba supra dantur]. Interrogavi enim Euphemium Graecum cur hoc ita esset. Dixit mihi: In similitudinem boni agricolae, qui quos fortiores habet boves primo iungit.“

[5] Matthaeius, *Epp. ad Thess. et ad Tim.* Rigae a. 1785, p. 223, adnot. 8, ubi ordinem ex Mt et Io primum explicatis ducit.

Mt Io Mc Lc Paulum ab hoc ordine distat ordo Mt Io Mc Lc in stichometria codicis D^{paul}, quae summae antiquitatis videtur esse, propter libros apocryphos, Barnabae epistulam, pastorem Hermae, actus Pauli, revelationem Petri, libris canonicis adsociatos. Eiusdem ra-

Io Mt Lc Mc tionis etiam est ordo Io Mt Lc Mc, apud Chrysostomum et in codice Latino anni 1461 scholae cathedralis Halberstadiensis num. 45, qui convenit cum Tertulliani dicto:[1] „Fidem ex apostolis Iohannes et Matthaeus insinuant, ex apostolicis Lucas et Marcus instaurant." Conferendus est ordo Io Mt Mc Lc in vocabulariis Memphiticis et Sahidicis.[2]

Praeterea occurrunt ordines hi: — Io Lc Mt Mc in codice Evv 90 (Io Lc Mt in codice Evv 399);[3] — Io Lc Mc Mt in codice x (etsi nunc folia duo Matthaei ante Iohannem stant), quem ordinem fragmenta Marci et Matthaei Bobbienso-Taurinensia probare videntur; — Mt Mc Io Lc in codice Syriaco Nitriensi a Guilelmo Curetonio edito.

(3.) IAC PE IO IUD.

Ordo epistularum catholicarum paulatim in canonem inductarum iam saeculo quarto factus est Iac Pe Io Iud, et testes habet non solum codices omnes Graecos sed etiam Athanasium, concilii Laodicensis a. 363 pseudo-canonem, Gregorium Nazianzenum, Cyrillum Hierosolymitanum, Epiphanium, Euthalium, Hieronymum, Amphilochium, Leontium, Isidorum,[4] Iohannem Damascenum, Nicephorum, Pseudo-Athanasium, Ebediesum (Iac Pe Io).

[1] Tertull. *Adv. Marc.* iv, 2.

[2] Vide Lightfootium apud Scrivenerum, *A plain introduction* etc. ed. 2, p. 343.351.

[3] Confer Iren. *Cont. haer.* iii, 11, § 8, ed. Stieren, Lipsiae a. 1853, vol. 1, p. 468—470.

[4] Teste Westcottio.

Reperiuntur ordines etiam hi, Petro plerumque praeeunte: — Pe Iac Io Iud in Itala versione apud Cassiodorium (Pe Iac Io *sine* Iud),[1] in decreto Gelasii dicto, in stichometria codicis D^{paul}, apud Ivonem episcopum Carnotensem; — Pe Iac Iud Io apud Rufinum (confer Iud Io in fragmento Muratoriano); — Pe Io Iud Iac apud Philastrium,[2] Augustinum, Ildefonsum; — Pe Io Iac Iud in canonibus apostolorum, apud concilium Carthaginense anni 397 (sic apud Westcottium: Mansi habet Pe Io Iud Iac), et concilium Carthaginense a. 419, apud Hieronymum a Cassiodorio laudatum, apud Bar Hebraeum, Eugenium IV (a. 1444), concilium Tridentinum; — [Pe Iud Iac Io in Itala versione apud Cassiodorium teste Arevalo;] — Io Pe Iud Iac apud Innocentium.[3]

(4). EPISTULAE PAULI: THESS HEB TIM.

Fluctuat sane apud nonnullos testes ordo epistularum Pauli, plerumque tamen in codicibus nihil variatur nisi locus epistulae ad Hebraeos (vide Tischendorfium ad initium epistulae huius, vol. 2, p. 779.780). In hac editione octava sequitur Tischendorfius ordinem Thess Heb Tim, quem ordinem exhibent codices ℵABCHP 17.23.47.57.71.73.77.80. 166.189.196.292, codices versionis Memphiticae, Athanasius, concilii Laodicensis a. 363 pseudo-canon, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Euthalius, Cosmas Indicopleustes, Iohannes Damascenus, Pseudo-Athanasius.

Antea usus est Tischendorfius ordine Tim Tit Philem Heb, secutus codices DEKL, concilium Carthaginense a. 397,

[1] Testibus quattuor codicibus apud Westcottium.

[2] Philastr. *Haer.* cap. 88.

[3] Isidorus sane, quem iam laudavi, videtur in editione Arevali ordines hos exhibere: Pe Io Iac Iud *Etym.* vi, 1; — Pe Iac Io Iud *Etym.* vi, 2; — Iac Pe Io Iud *De offic.* i, 11; — Pe Iac Io Iud *ibid.* c. 12; — Io Pe Iud Iac *In libb. V. ac N. T. prooemia* (sic Arevalus, sed Iac Pe Io Iud ap. Westcott.). Vide Credner, *Gesch. d. N. T. Kan.* p. 291—293.

Augustinum, Hieronymum ad Origenis homilias et in codd. Am. Fuld. aliis, Amphilochium, Eucherium Lugdunensem, ecclesiam Nisibensem, Arabum usum,[1] Ebediesum, Iunilium, Ivonem, Ildefonsum, et fere constantem Latinorum consuetudinem. Praeterea ratio capitulorum in codice B dat ordinem Gal Heb Eph, et versio Sahidica ordinem 2 Co Heb Gal, et Itala apud Cassiodorium ordinem Col Heb Thess.

Fragmentum Muratorianum praebet ordinem Cor Eph Phil Col Gal Thess Ro Philem Tit Tim Laudic Alexand [Heb?]; — Epiphanius de Marcione scribens altero loco[2] dat ordinem Gal Cor Ro Thess Eph Col Philem Philip Laodic, altero loco[3] Ro Eph Col Laodic Gal Cor Thess Philem Philip Tim Tit Heb; — codex Fuldensis, Augustinus, Ildefonsus exhibent ordinem Ro Cor Gal Eph Phil Thess Col Tim Tit Philem Heb; — Cassiodorius ordinem habet Ro Cor Gal Phil Eph Col Heb Thess Tim Tit Philem; — decretum Gelasii dictum ordinem Ro Cor Eph Thess Gal Phil Col Tim Tit Philem Heb; — codex D^{paul} ordinem Ro Cor Gal Eph Col Phil Thess Tim Tit Philem Heb; — stichometria in codice D^{paul} ordinem Ro Cor Gal Eph Tim Tit Col Philem; — codex Paul 100 ordinem Ro Heb Col Thess Philip Tim Tit Philem Eph Gal Cor.

2.

DE CAPITIBUS.

(1.) DE DIVISIONIBUS ANTIQUIS.

Quo tempore quo modo a quo primum divisi sint libri Novi Testamenti in capita nescimus.[4] Clemens

[1] Teste Zacagnio (vide infra, p. 154, adnot. 1).

[2] Epiph. *Haer.* 42, cap. 9, ed. Oehler, vol. 1, pars 1, p. 566 [310].

[3] Ibidem, cap. 10, p. 586 [321].

[4] Vide de capitibus Ioh. Croium, *Sacrarum et hist. in Nov. Foedus observationum pars prior*, Genevae 1645, p. 22—60.

Cf etiam subscriptiones omnium librorum (sed in primis evangeliorum) in voluminibus primo et altero.

Alexandrinus[1] iam ante annum fortasse 195, scribens de 1Co 6,1 seqq., haec verba *μεγίστην περικοπὴν* nominat videturque divisionem certam in mente habere. Tertullianus ante annum 199 dicit „de illo capitulo . . . primae ad Corinthios," ubi ad 1Co 7,12—14 spectat;[2] ante annum 207 vituperat errorem haereticorum: „est hoc sollemne . . . haereticis . . . alicuius capituli ancipitis occasione adversus exercitum sententiarum instrumenti totius armari."[3] Dionysius Alexandrinus[4] († a. 265) de apocalypsi scribit: *τινὲς μὲν οὖν τῶν πρὸ ἡμῶν ἠθέτησαν καὶ ἀνεσκεύασαν πάντη τὸ βιβλίον, καθ' ἕκαστον κεφάλαιον διευθύνοντες ἄγνωστόν τε καὶ ἀσυλλόγιστον ἀποφαίνοντες, ψεύδεσθαί τε τὴν ἐπιγραφήν.* De divisionibus his nihil negari aut affirmari potest.

A. DE EVANGELIIS.

Codices BΞ exhibent in evangeliis divisionem antiquam, quae ad Matthaeum 170, ad Marcum 62, ad Lucam 152, ad Iohannem 80 capita facit, variae magnitudinis, ut Mt cap. 136=24,1.2; cap. 137=24,3—35; cap. 138=24,36—44; cap. 139=24,45—51. Haec divisio, quod sciam antiquissima, cessit divisioni, ut videtur, vix minus antiquae, quae plurimis codicibus Graecis evangeliorum, ut ACNRZ, inest, et quae Matthaeo 68, Marco 48, Lucae 83, Iohanni 18 capita dat. Saepe convenit divisio haec cum illa antiquissima. Unicuique capiti

[1] Clem. Alex. *Strom.* vii, 14, § 84, ed. Dindorf. Oxonii a. 1869, vol. 3, p. 325, l. 15.16 [p. 883 al. p. 318]: *μεγίστης δ' οὔσης τῆς περικοπῆς.* Cf *Strom.* iv, 9, § 73 [p. 596 al. 215].

[2] Tertull. *Ad uxorem*, ii, 2, ed. Oehler, Lipsiae a. 1853, vol. 1, p. 685.

[3] Tertull. *De pudicitia*, cap. 16 sub finem; *ibid.* vol. 1, p. 829; annos librorum Tertulliani scribendorum ex Bonwetschio hausi. Non laudavi verba Tertulliani *de carne Christi*, cap. 19, quod non certum est, utrum verbum „capitulum" aliud quam sententiam sive phrasim indicet necne.

[4] Dionys. Alex. apud Euseb. *Hist. eccles.* vii, 25, § 1.

fuit titulus quae insint monstrans, ut Mc cap. 18=7,1—23 *περὶ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ*, cap. 19=7,24—30 *περὶ τῆς φοινικίσσης*,[1] cap. 20=7,31—37 *περὶ τοῦ μογιλάλου*, scribebatur etiam titulus ad imam vel ad summam paginam, ut in ANZ, et tabulae titulorum ponebantur in initio uniuscuiusque evangelii ut in ACR. Ex his titulis dicuntur *κεφάλαια* haec maiora *τίτλοι*, *tituli* (vel *breves*) ut et apud Suidam qui haec capita *τίτλους*, et sectiones mox infra dicendas *κεφάλαια* nominat. Sunt tituli hi, pariter atque capita codicum BΞ, variae magnitudinis, ut Mt cap. 55=22,41—46; cap. 56=23,1—24,2.

Disputaverunt nonnulli de ratione titulorum non ad librorum initium incipiendorum, ut Matthaei titulus primus ad cap. 2,1 hodiernum, Marci ad cap. 1,23, Lucae ad 2,1, Iohannis ad 2,1. Millius[2] voluit scribam titulos sectionum primarum primum praeterisse ut posthac eos elegantioribus litteris repraesentaret, postea autem neglexisse. Griesbachio[3] iudice, carebat pericopa prima lemmate, quod libri titulus, ut *εὐαγγέλιον κατὰ Μαθθαῖον*, vel *πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολή*, primis verbis loco lemmatis fuit. Videtur res esse simplicissima et indicari in titulo capitis primi epistulae ad Romanos, qui ad Ro 1,18 legit: *πρῶτον μετὰ τὸ προοίμιον, περὶ κρίσεως τῆς κατὰ ἐθνῶν τῶν οὐ φυλασσόντων τὰ φυσικά*. Verba prima uniuscuiusque fere libri (nam aliter numerantur tituli ad Act Iac 1Pe 2Pe 1Io 2Co Eph 1Th Heb Apoc) faciunt prooemium sive introductionem libri, quod saepe accidit in libris hodiernis, ubi introductio aliqua sine numero caput primum praecedit.

[1] Ita codd. A et Δ; sed in editionibus Novi Testamenti Graece Rob. Stephani (1546, 1549, 1550), Io. Millii (1707, 1710), C. F. Matthaeii (1788, 1803), Tregellesii (1857—79) Mc cap. 18=7,1—24; cap. 19=7,25—30 — inepta divisio.

[2] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster, Amstelod. a. 1710, proll. paragr. 355.

[3] Griesbach, *Comm. crit.* partic. 2, Ienae a. 1811, p. 50.

Hic illic orta est diversitas divisionis. Macarius Chrysocephalus[1] habuit 60 λόγους in Matthaeo. Codex Evv 131 habet in Mt74, in Mc46, in Lc57, in Io18 capita. In codice Evv 444 dividuntur capita iterum, ut Mt cap. 19=10,1—11,1 in partes tredecim. Codex Vulgatae versionis vetustissimus Amiatinus capitula lectionum habet in Mt88, in Mc46, in Lc94, in Io45; codex Vulgatae versionis Gissensis DCLX (catal. Adriani) habet in Mt28, in Mc13, in Lc21, in Io14 capitula. Druthmarus[2] numerat titulos in Mt81, Mc47, Lc79, Io14.

Eusebius, exemplo Ammonii motus, cum divisit evangelium unumquodque in capitula sive sectiones, Mt355, Mc233, Lc342, Io232,[3] tum haec ita in decem canones (Eus apud nos signatos) disposuit ut facile videre posset lector, utrum narratio quaevis in evangeliis aliis esset necne, et quo loco inveniri posset, de quibus omnibus scripsit in epistula ad Carpianum infra data. Sectionum et canonum numeri in margine positi sunt et canonum tabulae codicis initium fecerunt cum epistula Eusebii; notantur priores apud Tischendorfium in textu evangeliorum et hoc loco adduntur canonum tabulae. Sectiones hae parvae olim adscriptae sunt Ammonio (unde et hodie Amm signantur) sed Lloydius anno 1827[4] eas Eusebio

[1] Macarius, ap. Fabric. *Biblioth. Gr.* ed. Harles, Hamburgi a. 1802, vol. 8, p. 678.679.

[2] Druthmarus, *Exp. in Mt*; Migne, *Patrol. Lat.* vol. 106, col. 1266[a]. De bibliorum Latinorum veteribus titulis sectionibus et similibus vide in primis Ios. Mar. Thomasium [*alias* Cari, *vernac.* Tommasi], *Opp. omnia*, tom. 1, Romae, a. 1747, fol.; cf Tischendorfium, *Cod. Amiatinus*, Lipsiae a. 1854, p. xx, adn. 1. Cf etiam Wetstein, *N. T. Gr.* vol. 1, proll. p. 82; proll. ed. Semler, p. 224.

[3] Ad haec capita 1162 spectant ea quae dicunt Epiphanius, *Ancorat.* cap. 50 (*τέσσαρα εἰσὶν εὐαγγέλια, κεφαλαίων χιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο*), et Pseudo-Caesarius, *Dial.* 1, respons. 39. Vide etiam Druthmarum supra laudatum.

[4] Lloyd, *N. T. Gr.* Oxonii a. 1827, monitum, p. viii—xi.

vindicavit et v. cl. Burgonius[1] hanc opinionem firmavit. Haec imperfecta addantur de codicibus: codex ℵ habet sectiones Ammonianas et canones Eusebianos a secunda manu sed antiquissima; — codices AENW^{a}Θ habent Amm et Eus, item plurimi codices minusculi; — Amm sed non Eus inveniuntur in codicibus CDFΠHKOPQRW^{b}YZ 38.54.59. 60.68.117.440.477.485.496.501.503.533.539.541.544.587. 588, nihilominus habent K et 440 Eus.-tab. et 485 habet Carp. In palimpsestis verisimile est Eus minio sive cinnabari scriptos ablutos esse (vide Euseb. ad Carp. *διὰ κιννα-βάρεως*). Praeterea exhibent codices EMT^{b}W^{d}, 199.262.264. 655, Italus Rehdigeranus, Gothicus Upsaliensis, codices Syriaci multi versionis Peshito dictae[2] ad imam paginam harmoniam, ut ita dicam, pro pagina unaquaque hoc modo:[3]

Mt	Mc	Lc	Io
		σμ	ρκη
σιε	ρκ		ρν
σις	ρκδ		ρλγ
σιζ	ρκε		ρλζ
	ριζ		

Ex codicibus iam laudatis habet codex E etiam canones Eusebii, et codex 655 non solum canones sed etiam canonum tabulas. Codices alii, ut codex Vulgatae versionis Gissensis DCLX, habent et canones, et canonum tabulas, et ad marginem uniuscuiusque sectionis sectiones parallelas adscriptas.

[1] Vide infra caput X, 2, sub voce Amm (1.)

[2] De his codicibus vide Burgonium, *The last twelve verses of the gospel acc. to S. Mark*, Oxon. et Lond. a. 1871, p. 306 sqq.

[3] Ex cod. Evv 655, fol. 82, ad Mt cap. 21; ita in schedis meis, sed re vera scribendum erat in codice:

Mt	Mc	Lc	Io
σιδ	ρκ		
σιε	ρκδ		
σις	ρκε		ρκη ρλγ ρλζ ρν
σιζ	ρκζ	σμ	

Εὐσέβιος Καρπιανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἐν κυρίῳ χαίρειν.[1]

Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθείς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι ὅσον ἐπὶ τῷ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως· ἵνα δὲ σωζομένου καὶ τοῦ τῶν λοιπῶν δι' ὅλου σώματός τε καὶ εἱρμοῦ εἰδέναι ἔχοις τοὺς οἰκείους ἑκάστου εὐαγγελιστοῦ τόπους, ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν φιλαλήθως εἰπεῖν, ἐκ τοῦ πονήματος τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς εἰληφὼς ἀφορμὰς καθ' ἑτέραν μέθοδον κανόνας δέκα τὸν ἀριθμὸν διεχάραξά σοι τοὺς ὑποτεταγμένους. ὧν ὁ μὲν πρῶτος περιέχει ἀριθμοὺς ἐν οἷς τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν οἱ τέσσαρες, Ματθαῖος Μάρκος Λουκᾶς Ἰωάννης· ὁ δεύτερος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος Μάρκος Λουκᾶς· ὁ τρίτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος Λουκᾶς Ἰωάννης· ὁ τέταρτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος Μάρκος Ἰωάννης· ὁ πέμπτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος Λουκᾶς· ὁ ἕκτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος Μάρκος· ὁ ἕβδομος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος Ἰωάννης· ὁ ὄγδοος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς Μάρκος· ὁ ἔνατος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς Ἰωάννης· ὁ δέκατος, ἐν ᾧ ἕκαστος αὐτῶν περί τινων[2] ἰδίως ἀνέγραψεν. αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν ὑποτεταγμένων κανόνων ὑπόθεσις. ἡ δὲ σαφὴς αὐτῶν διήγησίς ἐστιν[3] ἥδε. ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ἀριθμός τις πρόκειται, κατὰ μέρος ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου, εἶτα δευτέρου καὶ τρίτου, καὶ καθεξῆς προϊὼν δι' ὅλου μέχρι τοῦ τέλους τῶν βιβλίων·[4] καθ' ἕκαστον δὲ ἀριθμὸν ὑποσημείωσις πρόκειται διὰ κινναβάρεως, δηλοῦσα ἐν ποίῳ τῶν δέκα κανόνων κείμενος ὁ ἀριθμὸς τυγχάνει. οἷον εἰ μὲν α', δῆλον ὡς ἐν τῷ πρώτῳ· εἰ δὲ β', ἐν τῷ δευτέρῳ· καὶ οὕτως[5] μέχρι τῶν δέκα. εἰ οὖν ἀναπτύξας ἕν

[1] Textum saepe ab aliis editum recensuit Tischendorfius ad plures codd. mss., in primis codicem evangeliorum M (saec. 9) et codicem Tischend. IV. in bibl. univ. Lips. (saec. 10).

[2] Alii *περὶ τίνων ἕκαστος αὐτῶν*. [3] Cod. Tisch. *ἐστιν* omittit.

[4] Alii *τοῦ βιβλίου*. [5] Alii *οὕτω καθεξῆς*.

τι τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ὁποιουνδήποτε βουληθείησ ἐπιστῆσαί[1] *τινι ᾧ βούλει κεφαλαίῳ, καὶ γνῶναι τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν, καὶ τοὺσ οἰκείουσ ἐν ἑκάστῳ*[2] *τόπουσ εὑρεῖν, ἐν οἷσ κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν, ἧσ ἐπέχεισ περικοπῆσ ἀναλαβὼν τὸν προκείμενον ἀριθμόν, ἐπιζητήσασ τε αὐτὸν ἔνδον ἐν τῷ κανόνι ὃν ἡ διὰ τοῦ κινναβάρεωσ ὑποσημείωσισ ὑποβέβληκεν, εἶσῃ μὲν εὐθὺσ ἐκ τῶν ἐπὶ μετώπου τοῦ κανόνοσ προγραφῶν ὁπόσοι τε*[3] *καὶ τίνεσ περὶ οὗ ζητεῖσ*[4] *εἰρήκασιν· ἐπιστήσασ δὲ καὶ τοῖσ τῶν λοιπῶν εὐαγγελίων ἀριθμοῖσ τοῖσ ἐν τῷ κανόνι ᾧ ἐπέχεισ ἀριθμῷ παρακειμένοισ, ἐπιζητήσασ τε αὐτοὺσ ἔνδον ἐν τοῖσ οἰκείοισ ἑκάστου εὐαγγελίου τόποισ, τὰ παραπλήσια λέγοντασ αὐτοὺσ*[5] *εὑρήσεισ.*[6]

I.

CANON IN QUO QUATTUOR.

Mt	Mc	Lc	Ioh	Mt	Mc	Lc	Ioh
8	2	7	10	98	96	116	129
11	4	10	6	98	96	116	131
11	4	10	12	98	96	116	144
11	4	10	14	133	37	77	109
11	4	10	28	141	50	19	59
14	5	13	15	142	51	21	35
23	27	17	46	147	64	93	49
23	27	34	46	166	82	94	17
23	27	45	46	166	82	94	74
70	20	37	38	209	119	234	100
87	139	250	141	211	121	238	21
87	139	250	146	220	122	239	77
98	96	116	40	220	129	242	85
98	96	116	111	220	129	261	88
98	96	116	120	244	139	250	141

[1] Alii *ἐπιστῆναι.* [2] Cod. Tisch. *οἰκείουσ ἑκάστου.*
[3] Alii *τε* omittunt. [4] Alii *τίνεσ τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν.*
[5] Alii omittunt *αὐτοὺσ.* [6] Codd. addunt *ἔρρωσο ἐν κυρίῳ.*

Mt	Mc	Lc	Ioh	Mt	Mc	Lc	Ioh
244	139	250	146	313	194	294	172
274	156	260	20	314	195	291	166
274	156	260	48	314	195	291	168
274	156	260	96	315	196	292	175
276	158	74	98	318	199	300	176
280	162	269	122	320	200	302	178
284	165	266	55	320	200	302	180
284	165	266	63	325	204	310	184
284	165	266	65	326	205	311	188
284	165	266	67	326	205	313	194
289	170	275	126	328	206	314	196
291	172	279	156	331	209	315	197
294	175	281	161	332	210	318	197
295	176	282	42	334	212	321	201
295	176	282	57	335	214	324	199
300	181	285	79	336	215	317	198
300	181	285	158	336	215	319	198
302	183	287	160	343	223	329	204
304	184	289	170	348	227	332	206
306	187	290	162	349	228	333	208
306	187	290	174	352	231	336	209
310	191	297	69	352	231	336	211

II.

CANON IN QUO MATTHAEUS MARCUS LUCAS.

Mt	Mc	Lc	Mt	Mc	Lc	Mt	Mc	Lc
15	6	15	62	13	24	73	23	40
21	10	32	63	18	33	74	49	85
31	102	185	67	15	26	76	52	169
32	39	79	69	47	83	79	29	86
32	39	133	71	21	38	80	30	44
50	41	56	72	22	39	82	53	87
62	13	4	72	22	186	82	53	110

Mt	Mc	Lc	Mt	Mc	Lc	Mt	Mc	Lc
83	54	87	172	87	98	248	143	209
83	54	112	174	91	99	248	143	253
85	55	88	176	93	101	249	144	254
85	55	114	178	95	102	251	146	255
88	141	148	178	95	217	253	148	204
88	141	251	179	99	197	258	150	257
92	40	80	190	105	195	259	151	258
94	86	97	192	106	216	264	155	156
94	86	146	193	107	121	269	154	228
103	1	70	193	107	218	271	42	230
114	24	41	194	108	152	278	160	263
116	25	42	194	108	219	281	163	268
116	25	165	195	109	220	285	166	265
116	25	177	198	110	221	285	166	267
121	32	127	199	111	173	296	177	280
122	33	129	201	112	222	296	177	284
123	34	147	203	114	270	301	182	286
130	35	82	205	116	224	308	189	305
131	36	76	206	117	232	312	193	299
135	38	78	208	118	233	316	197	293
137	44	167	217	127	240	317	198	295
143	57	90	219	128	241	322	202	309
144	59	12	223	130	243	338	218	322
149	66	35	225	134	245	339	219	325
149	66	43	226	133	244	340	220	327
153	69	36	229	135	137	342	222	323
164	79	144	229	135	246	344	224	328
168	83	95	242	137	237	346	225	330
168	83	206	242	137	248	353	232	337
170	85	96	243	138	249	354	233	338

III.

CANON IN QUO MATTHAEUS LUCAS IOHANNES.

Mt	Lc	Ioh	Mt	Lc	Ioh	Mt	Lc	Ioh
1	14	1	90	58	139	112	119	76
1	14	3	97	211	105	112	119	87
1	14	5	111	119	30	112	119	90
7	6	2	111	119	114	112	119	142
7	6	25	111	119	148	112	119	154
59	63	116	112	119	8	146	92	47
64	65	37	112	119	44			
90	58	118	112	119	61			

IV.

CANON IN QUO MATTHAEUS MARCUS IOHANNES.

Mt	Mc	Ioh	Mt	Mc	Ioh	Mt	Mc	Ioh
18	8	26	216	125	133	299	180	103
117	26	93	216	125	137	307	188	164
117	26	95	216	125	150	321	201	192
150	67	51	277	159	98	323	203	183
161	77	23	279	161	72	329	207	185
161	77	53	279	161	121	329	207	187
204	115	91	287	168	152	333	211	203
204	115	135	293	174	107			
216	125	128	297	178	70			

V.

CANON IN QUO MATTHAEUS LUCAS.

Mt	Lc	Mt	Lc	Mt	Lc	Mt	Lc
3	2	16	16	28	47	36	162
10	8	25	46	30	49	38	53
12	11	27	48	34	194	40	52

Mt	Lc	Mt	Lc	Mt	Lc	Mt	Lc
41	55	84	111	134	120	236	135
43	123	86	109	138	168	237	138
46	153	93	145	156	57	238	140
47	134	95	160	158	226	240	141
48	191	96	182	162	161	241	175
49	150	96	184	175	200	255	202
51	59	102	69	182	187	256	205
53	125	104	71	182	189	257	213
54	54	105	193	183	198	261	207
55	170	107	73	187	199	262	212
57	61	108	115	197	272	265	157
58	60	110	118	213	235	266	155
60	171	119	126	221	181	266	157
61	64	125	62	228	139	267	158
65	172	127	128	231	176	270	229
66	66	128	132	231	215	272	231
68	105	129	130	232	142		
78	108	132	81	234	136		

VI.

CANON IN QUO MATTHAEUS MARCUS.

Mt	Mc	Mt	Mc	Mt	Mc	Mt	Mc
9	3	157	72	224	131	290	171
17	7	159	73	246	140	292	173
20	9	160	76	247	142	298	179
22	11	163	78	250	145	305	185
44	126	165	80	252	147	309	190
77	63	169	84	254	149	311	192
100	98	173	89	260	152	330	208
139	45	180	100	263	153	337	217
145	60	189	103	275	157	341	221
148	65	202	113	282	164	347	226
152	68	214	120	286	167	350	229
154	71	215	124	288	169		

VII.

CANON IN QUO MATTHAEUS IOHANNES.

Mt	Ioh	Mt	Ioh	Mt	Ioh	Mt	Ioh
5	83	19	32	129	82	207	101
19	19	19	34	185	215		

VIII.

CANON IN QUO LUCAS MARCUS.

Lc	Mc	Lc	Mc	Lc	Mc	Lc	Mc
23	12	28	17	100	75	335	230
25	14	84	48	103	97		
27	16	89	56	247	136		
27	28	91	61	277	216		

IX.

CANON IN QUO LUCAS IOHANNES.

Lc	Ioh	Lc	Ioh	Lc	Ioh	Lc	Ioh
30	219	274	231	307	190	341	221
30	222	303	182	312	182	341	223
262	113	303	186	312	186	341	225
262	124	303	190	312	190		
274	227	307	182	340	213		
274	229	307	186	340	217		

X.

IN QUO MATTHAEUS PROPRIE.

2	35	81	115	167	196	233	319
4	37	89	118	171	200	236	324
6	39	91	124	177	210	239	327
13	42	99	126	181	212	245	345
24	45	101	136	184	218	268	351
26	52	106	140	186	222	273	355
29	56	109	151	188	227	283	
33	75	113	155	191	230	303	

IN QUO MARCUS PROPRIE.

19	46	70	88	92	101	123	186
31	58	74	90	94	104	132	213
43	62	81					

IN QUO LUCAS PROPRIE.

1	50	113	159	188	223	273	306
3	51	117	163	190	225	276	308
5	67	122	164	192	227	278	316
9	68	124	166	196	236	283	320
18	72	131	174	201	252	288	326
20	75	143	176	203	256	296	331
22	104	149	178	208	259	298	334
29	106	151	180	210	264	301	339
31	107	154	183	214	271	304	342

IN QUO IOHANNES PROPRIE.

4	33	62	89	117	145	171	207
7	36	64	92	119	147	173	210
9	39	66	94	123	149	177	212
11	41	68	97	125	151	179	214
13	43	71	99	127	153	181	216
16	45	73	102	130	155	189	218
18	50	75	104	132	157	191	220
22	52	78	106	134	159	193	224
24	54	80	108	136	163	195	226
27	56	81	110	138	165	200	228
29	58	84	112	140	167	202	230
31	60	86	115	143	169	205	232

Numerus sectionum in evangelio Marci variat inter 232 et 242, ut sequitur (cito, paucis mutatis, Burgonium, qui codices 151 examinavit):

16,6	⸗232	codd 3	AU 286
8	233	35	ℵLS 11 etc *am*
9(?)	234	41	ΓΔΠ 5.6 etc
10(?)	235	4	67.282.331.406
12(?)	236	7	184.192 etc
14(?)	237	12	Λ 10.20 etc
15	238	2	502.666
17	239	1	G
19	240	10	HM 8.26 etc
20	241	36	CEKV 7.27 etc
20	242	1	31

Satis memorabile est numerum 236 ad ver. 12, quem numerum Suidas (s. v. *τίτλοσ* [F cum Γ confuso]) habet et Scrivener aliique pro vero accipiunt, non nisi in codicibus septem iisque minusculis a Burgonio repertum esse.[1] Vix dubitari potest Eusebium ipsum sectionem ultimam 233 ad 16,8 apposuisse; cf vol. 1, p. 406, etiam 404.405 ad locum.

Discrepant praeterea numeri sectionum, quae in Mt, Lc, Io exhibentur in codicibus: Mt habet numeros inde a 352 usque ad 360; Lc a 342 ad 349; est ubi Io non habet nisi 231. Versio Syriaca Peshito, multis in codicibus, praebet sectiones ad Mt426, Mc290, Lc402, Io271.[2]

Sectiones Eusebio-Ammonianae nonnullae brevissimae sunt. Vicies quater exstant binae sectiones in versibus singulis hodiernis: Mt11,27 14,23 19,28 26,39 Mc13,14 15,1.20 Lc6,21 12,33 21,23 Io6,63 11,55 15,20.21 17,25 18,15.16.28.37 19,15.16 21,12.16.17. Uno versu, qui est Io19,6, tres continentur sectiones.

B. DE ACTIBUS ET EPISTULIS CATHOLICIS.[3]

Paulo post annum 458 Euthalius, diaconus ut videtur Alexandrinus, postulante Athanasio quodam, quem „fratris" appellatione salutat, editionem fecit actuum et epistularum

[1] Cf Burgon, *The last twelve verses of the gospel of S. Mark*, p. 311.

[2] Cf Burgon, *ut supra*, p. 309, et Adler, *N. T. versiones Syriacae*, Hafniae a. 1789, p. 4. 53 sq. 63.

[3] Inde ab hoc loco usque ad finem capitis huius de textus forma, utetur lector plerumque verbis viri clarissimi Ezrae Abbot.

catholicarum. Liber (sive epistula) unusquisque in capita (*κεφάλαια*, saepe cum partibus minoribus, quae *μερικαὶ ὑποδιαιρέσεις* dicuntur) et lectiones (*ἀναγνώσεις*) dispertitus est (omnia brevibus lineis sive *στίχοις* scripta sunt ut facilius legerentur),[1] et praefixam habuit *ἔκθεσιν κεφαλαίων* (Zacagn. p. 428.487.493 etc) sive tabulam eorum, quae in capitibus ut etiam divisionibus minoribus inerant. Libro actuum et libro epistularum catholicarum toto praefixit

[1] Euthalii opus edidit primus integrum Laurent. Alex. Zacagnius, *Collectanea monumentorum veterum ecclesiae Graecae ac Latinae*, Romae a. 1698. 4°. Textum hausit ex codice Alexandrino-Vaticano 179 (Act 40) conlato cum Vat. 367 (Act 73) et 1650 (Act 156). Ad praefationes contulit etiam codicem Urbin. 3 (Act 79) et Vat. 363 (Evv 133 Act 71) et 1761 (Act 158); ad praefationes in epistulas Pauli adhibuit etiam codicem Vat. 761 (Paul 81) et Alex.-Vat. 32 (olim I. H. Boecleri), qui idem videtur esse atque codex Paul 248. Supra in textu laudantur passim Zacagnii paginae. Iterum impressa est Zacagnii editio, sed sine praefatione eius, apud Gallandium, *Biblioth. vett. patr.* vol. 10, p. 197—320, et, aliis omissis, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 85, col. 627—790.

Arbitrati sunt Zacagnius aliique Euthalii opus in Act anno 490 sive postea praeparatum esse, quo anno Athanasius iunior, Celetes dictus, episcopus Alexandrinus factus est. Sed in prologo ad Act dicit scriptor opus suum ad epp Pauli, quod anno 458 exactum scimus (vide infra p. 158 et 159 adn.), missum „*brevi ante* (*πρώην*) ad unum patrum in Christo nostrorum", et „*nuper*" (*ἐναγχος*) factum, opus etiam ad Act *brevi post* sive *continuo* (*αὐτίκα δῆτα*) comparatum esse (Zacagn. p. 404.405), se ipsum iuvenem esse (*ἡμεῖσ οἱ νέοι χρόνων τε καὶ μαθημάτων*, Zac. p. 428), quae omnia vetant intervallum triginta annorum inter haec opera interiacere. Cum Gallandio igitur potius crediderim Athanasium quem Euthalius compellat fuisse presbyterum illum Alexandrinum Cyrilli fratris filium, qui Dioscorum accusavit in concilio Chalcedonensi anni 451, cui concilio interfuit Euthalius sive archidiaconus sive diaconus (Mansi, *Concill.* vol. 6, col. 1096).

Titulum episcopi Sulcensis, *ἐπισκόπου Σουλκησ*, fert Euthalius uno (sed non nisi uno) in codice Zacagniano, Alex.-Vat. 179. Codex Vat. 367 in Act et 1761 in praefatione ad epp Paul *διάκονον* eum nuncupant. Codices ceteri omittunt auctoris nomen.

enumerationem (*ἀνακεφαλαίωσιν*) lectionum ecclesiasticarum, quae capitum numerum, verba scripturae sacrae laudata, stichos in unaquaque lectione exhibuit (Zac. p. 411.478); etiam catalogum duplicem verborum ex scriptura sacra adlatorum (*θείων μαρτυριῶν*) et ex aliis scriptis, quae in actibus (Zac. p. 414) et quae in epistulis catholicis (Zac. p. 480) insunt.[1]

Apud Euthalium divisi sunt actus in capita 40, Iacobi epistula in 6, 1Pe8, 2Pe4, 1Io7, 2Io1, 3Io1, Iu4 (epp cath = 31); horum capitum iterum divisa sunt in actibus 24, in Iac3, 1Pe2, 2Pe1, 1Io5, 2Io1, 3Io1, Iu1; exempli gratia, habet caput actuum secundum partem minorem unam, caput tertium partes minores quinque (Zac. p. 429); sunt in actibus totis partes minores (*ὑποδιαιρέσεις*) 48, in Iac9, 1Pe5, 2Pe1, 1Io8, 2Io1, 3Io1, Iu1. Notandum est capita multa non iterum divisa esse, et primam quamque capitis cuiuslibet iterum divisi partem non inter *ὑποδιαιρέσεις* numeratam esse.[2]

Capita Euthalii in actibus et epistulis respondent *κεφαλαίοις* maioribus sive *τίτλοις* in evangeliis, inveniunturque eodem modo multis in codicibus Graecis. Sed praeter divisionem actuum in capita 40 iam dicta, notavit Euthalius ad codicis sui marginem divisionem aliam in capita 36, deditque initium capitis uniuscuiusque sub finem *ἐκθέσεως κεφαλαίων* (Zac. p. 438). Nemo, quod sciam, videtur animadvertisse, divisionem hanc capitum 36 eandem fere esse atque divisionem vetustiorem ex divisionibus actuum duabus in codice celeberrimo Vaticano B, nam 30 ex 36

[1] Fusius de Euthalii opera tractat Zacagnius, *Collectanea*, praef. §§ 58.59, p. lxxi sqq.

[2] Exempli gratia, actuum *κεφ.* β', = Act 1,15—26, titulum habet: *Πέτρου διάλογος πρὸς τοὺς μαθητευθέντας περὶ θανάτου καὶ ἀποστολῆς Ἰούδα τοῦ προδότου.* *Ὑποδιαίρεσις α'* incipit ver. 23 et habet titulum: *Ἐν ᾧ περὶ ἀντεισαγωγῆς Ματθίου κληρωθέντος χάριτι θεοῦ διὰ προσευχῆς.* Ita *κεφ.* γ' = Act cap. 2, habet *ὑποδιαιρέσεις* quinque, quae ver. 14.17.22.37.42 (al. 44) incipiunt.

capitibus incipiunt eodem loco in utraque divisione;[1] excipienda sunt capita Euthalii 6, 8, 16, 27, 29, 31. Divisio actuum posterior quae in codice Vaticano inest, in capita 69, consentit plerumque cum divisione illa actuum quam manus secunda in codice Sinaitico ℵ per partes (usque ad Act 15,40) adscripsit.[2] Etiam in epistulis catholicis praebet codex Vaticanus B divisionem duplicem: secundum divisionem vetustiorem habet Iac 9, 1 Pe 8, 1 Io 11, 2 Io 1, 3 Io 1, Iu 2 capita (divisio vetustior non reperta est in 2 Pe); secundum divisionem recentiorem, nisi uno loco, maiora sunt capita, in Iac 5, 1 Pe 3, 2 Pe 2, 1 Io 3, 2 Io 2 (divisio recentior deest in 3 Io et Iu).

In codicibus Latinis maxime dissentiunt divisiones actuum et epistularum catholicarum antiquae inter se. Codices Vulgatae versionis vetustissimae Amiatinus et Fuldensis capita haec exhibent: Act 70 (Fuld 74), Ia 20, 1 Pe 21, 2 Pe 11, 1 Io 20, 2 Io 5, 3 Io 5, Iu 7. Divisiones aliae invenies in catalogo quem Wetstenius ex Martianaeo hausit.[3]

In codice Ridleiano versionis Syriacae Philoxenianae vel potius Heracleensis, habent actus capita 33.[4]

Actuum divisionem in capita 40 plerique arbitrati sunt Euthalii ipsius opus fuisse, quod dubium, neque veri simile, esse videbitur, si quae sequuntur consideraverimus:

[1] Adnotantur divisiones codicis Vaticani duae in *N. T. ex vetustiss. cod. Vat. secundis curis editum* [a Car. Vercellone], Romae, a. 1859.

[2] De divisionum harum consensione et dissensione cf Tischendorfium *N. T. Gr. ex Sinaitico codice*, Lipsiae a. 1865, p. xxxvi, adn. 1, et *N. T. Vat.* p. xxx, et Westcottium Hortiumque, *The N. T. in the original Greek. Introduction*, Cantabr. et Lond. a. 1881, [vol. 2], p. 266, paragr. 349; WH monent divisionem Vat.-Sin. eandem esse atque divisionem in codice Amiatino.

[3] Wetstein, *N. T. Gr.* vol. 1, Amstelaedami a. 1751, proll. p. 82, vel *Prolegomena*, ed. Semler, Halae Magd. a. 1764, p. 224. Cf etiam Ios. Mar. Thomasii *Opera*, tom. 1.

[4] Cf Glocestrium Ridley, *De Syriacis Novi Foederis versionibus dissertatio*, sect. xiii, apud I. I. Wetstenium, *Libelli ad crisin atque interp. N. T.* ed. Semler, Halae Magd. a. 1766, p. 304.

1. Quamquam Euthalius sibi vindicat textus accentus (*τὸ ἀναγνῶναι κατὰ προσῳδίαν*), capitum *ἔκθεσιν* quae in iis insint exhibentem, lectionum *ἀνακεφαλαίωσιν*, catalogum citationum scripturae sacrae duplicem, praesertim autem textus Act Cath (ut et Paul) in breves lineas sive *στίχους* partitionem quo facilius legeretur (cf Zac. p. 404.405), — tamen nusquam se ipse auctorem divisionis in capita fuisse dicit: *ἔναγχος ἐμοί γε τήν τε τῶν πράξεων βίβλον ἅμα καὶ καθολικῶν ἐπιστολῶν ἀναγνῶναί τε κατὰ προσῳδίαν, καὶ πῶς ἀνακεφαλαιώσασθαι, καὶ διελεῖν τούτων ἑκάστης τὸν νοῦν λεπτομερῶς, προσέταξας, ἄδελφε Ἀθανάσιε προσφιλέστατε, καὶ τοῦτο ἀόκνως ἐγὼ καὶ προθύμως πεποιηκώς, στοιχηδόν τε συνθεὶς τούτων τὸ ὕφος κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ συμμετρίαν πρὸς εὔσημον ἀνάγνωσιν, διεπεμψάμην ἐν βραχεῖ τὰ ἑκαστά σοι, καὶ* [in codd tribus deest *καὶ*] *κατ' ἀκολουθίαν ἐκθέμενος ὀλιγοστὴν ἀνακεφαλαίωσιν* (Zac. p. 409 sq.), — *ἐγὼ δέ τοι στιχηδὸν τὰς καθολικὰς καθ' ἑξῆς ἐπιστολὰς ἀναγνώσομαι, τὴν τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν ἅμα καὶ θείων μαρτυριῶν μετρίως ἐνθένδε ποιούμενος* (Zac. p. 477). Praeterea ex eo quod ad codicis marginem capita 36 divisionis, quae iam ante exstitit, adscripserit, nullo modo divisionem in capita 40 sibi vindicans, veri simile est haec quoque iam exstitisse.

2. In praefatione ad epistulas Pauli dicit Euthalius se epistulae unicuique praefixurum esse id capitum breviarium (*προτάξομεν τὴν τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν*) quod factum erat a patre quodam priore, qui ut videtur anno 396 scripsit (Zac. p. 528, et 536 adn. 2), quibus ex verbis concludendum est Euthalium verbo *ἔκθεσις* non capitum divisionem indicare sed breviarium eorum quae capitibus insunt. Veri simile est ad patrem hunc veterem, fortasse etiam ad auctores *τίτλων*, qui evangeliis praefixi sunt, spectavisse Euthalium dum scribebat in praefatione breviarii capitum ad actus: *ἐκ πατέρων ἡμεῖς καὶ διδασκάλων τὸν τρόπον καὶ τὸν τύπον ὠφελημένοι, ἐγχειροῦμεν μετρίως τῇδε τῶν κεφαλαίων ἐκθέσει κ. τ. λ.* (Zac. p. 428).

In codice Act15 (Coislin.25) breviarium capitum in actibus Euthalianum (Zac. p. 428) habet hunc titulum: *ἔκθεσις κεφαλαίων τῶν πράξεων τοῦ Παμφίλου.*[1] Ex titulo hoc, qui Montefalconio genuinus videbatur esse, vult Tregellesius, non solum *ἔκθεσιν κεφαλαίων* et ipsam capitum divisionem in actibus sed etiam dispositionem actuum et epistularum cum catholicarum tum Paulinarum stichometricam Pamphilo attribuere.[2] Minime autem constare potest haec opinio cum verbis praefationum in actus et epistulas catholicas *inscriptarum Athanasio* quodam, qui annis 150 post Pamphilum mortuum claruit (cf Zac. p. 404.409.477). Verba *τοῦ Παμφίλου* in codice Coislin. 25 male addita (neque ut videtur in ullo alio codice) inde fortasse orta sunt, quod Euthalius sub finem editionis suae actuum et epistularum catholicarum scripsit se librum contulisse cum exemplaribus accuratis ex bibliotheca Eusebii Pamphili Caesareensi: *ἀντεβλήθη δὲ τῶν πράξεων καὶ καθολικῶν ἐπιστολῶν τὸ βιβλίον πρὸς τὰ ἀκριβῆ ἀντίγραφα τῆς ἐν Καισαρείᾳ βιβλιοθήκης Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου* (Zac. p. 513). Ex his verbis deduci non potest, quod Tregellesius vult, Euthalium „*κεφάλαια* ex codice Pamphili exscripsisse."[3]

C. DE EPISTULIS PAULI.

Anno 458 (non 462) comparavit Euthalius, postulante vel iubente quodam, quem verbis his: *πάτερ τιμιώτατε* salutat (Zac. p. 515, cf p. 404.405), editionem epistularum Pauli stichometrice divisarum, praefixitque unicuique epistulae capitum breviarium non suum, sed „magno labore confectum ab uno sapientissimorum nostrorum et Christi amante patrum." Tomo praeposuit lectionum catalogum, et catalogum duplicem citationum ex scriptura sacra et ex aliis

[1] Montfaucon, *Bibliotheca Coisliniana*, Parisiis a. 1715, p. 78.

[2] S. P. Tregelles, *Introduction to the textual criticism of the N. T.* Londinii a. 1856, p. 27 sqq. 32.

[3] Tregelles, *ut supra*, p. 27.

scriptis,[1] eorum similes qui iam supra descripti sunt, p. 154 155. Pater ille anonymus, qui anno 396 (Zac. p. 536, adn. 2) scripsit, non male putatur a Millio Theodorus Mopsuestenus fuisse, cuius scripta Euthalii tempore multis in suspicione haeresis erant.[2]

Capitum divisio in textu Euthaliano — quae divisio fortasse ante annum 396 facta est, cum Euthalius nihil nisi breviarium (*ἔκθεσιν*) patri anonymo adscripserit — haec est: Ro 19, 1 Co 9, 2 Co 11 (vel 10), Gal 12, Eph 10, Phil 7, Col 10, 1 Th 7, 2 Th 6, Heb 22, 1 Ti 18, 2 Ti 9, Tit 6, Philem 2 = 148 (vel 147). (In capitum catalogo habet 2 Co 11, in lectionum catalogo non nisi decem capita.) In epistula ad Romanos iterum divisum est unum solum caput, in 1 Co 6, 2 Co 3, Col 1, 2 Th 2, Heb 5, 1 Pe 2. Divisiones minores haec sunt in Ro 6, 1 Co 16, 2 Co 4, Col 1, 2 Th 3, Heb 8, 1 Ti 2 = 40.

Codex Vaticanus B in epistulis Pauli habet seriem capitum duplicem, quarum vetustior epistulas ut librum integrum tractat, et capita in ordine numerat inde ab epistulae ad Romanos initio, nisi quod capitum numeri

[1] Euthalius *Prolog. in epp. Pauli*, c. 2 (Zacagn. p. 528): *καθ' ἑκάστην δὲ συντόμως ἐπιστολὴν ἐν τοῖσ ἑξῆσ προτάξομεν τὴν τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν ἑνὶ τῶν σοφωτάτων τινὶ καὶ φιλοχρίστῳ* [codd. duo legunt *-των*] *πατέρων ἡμῶν πεπονημένην, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀναγνώσεων ἀκριβεστάτην τομήν, τήν τε* [codd. tres *τὴν δὲ*] *τῶν θείων μαρτυριῶν εὐαπόδεκτον εὕρεσιν ἡμεῖσ τεχνολογήσαντεσ ἀνεκεφαλαιωσάμεθα* [cod. unus *ἀνακεφαλαιωσόμεθα*]. — *Elenchus lectionum*, sub finem (Zac. p. 541): *διεῖλον τὰσ ἀναγνώσεισ καὶ ἐστίχισα πᾶσαν τὴν ἀποστολικὴν βίβλον ἀκριβῶσ κατὰ πεντήκοντα στίχουσ, καὶ τὰ κεφάλαια ἑκάστησ ἀναγνώσεωσ παρέθηκα, καὶ τὰσ ἐν αὐτῇ φερομένασ μαρτυρίασ, ἔτι δὲ καὶ ὅσων στίχων ἡ ἀνάγνωσισ τυγχάνει.* Cf p. 404.405. De anno 458 cf Zac. p. 536, adn. 5 et praef. § 51, p. lx sqq.

[2] Cf Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster, Amstelaedami a. 1710, proll. §§ 905—907; firmatur res etiam in libro viri cl. H. B. Swete, *Theodori ep. Mopsuest. in epp. b. Pauli commentarii*, Cantabrigiae a. 1880, vol. 1, p. lxi.

in epistula ad Hebraeos numeris eorum in epistula ad Galatas continuo succedant, etsi Heb ipsa post 2 Th stat, quae omnia videntur demonstrare, epistulam ad Hebraeos in codice codicis B archetypo continuo post epistulam ad Galatas stetisse, ut in versione Sahidica sive Thebaica ante epistulam ad Galatas stat. Haec divisio vetusta in codice Vaticano dat epistulae ad Romanos capita 21, 1Co21, 2Co11, Gal5, Heb11, Eph6, Phil4, Col6, 1Th4, 2Th4; — divisio recentior in codice eodem habet in epistula ad Rom capita 8, 1Co11, 2Co8, Gal4, Eph3, Phil2, Col3, 1Th2, 2Th2; numerus in epistula ad Hebraeos secundum divisionem recentiorem latet, cum epistula desinat ad caput 9,14.

Codices Latini diversitatem magnam exhibent, quod ad capitum divisionem attinet. In codicibus Amiatino et Fuldensi habet epistula ad Romanos capita 51 (ita Fuld in *textu*), 1Co72, 2Co28, Gal37, Eph31, Phil19, Col29 (Fuld31), 1Th25, 2Th9, 1Ti30, 2Ti25, Tit10, Phil4, Heb in Am29, in Fuld125 cum divisione vetustiore in capita 12. Capitum divisio, in codicibus multis antiquis Latinis, in epistula ad Romanos nihil spectat nisi Ro capp. 1—14 cum doxologia 16,24—27 (quae multis in codicibus Graecis post caput 14 continuo sequitur), capitibus 15 et 16 ex enumeratione exclusis; ita se habet res in codice Amiatino in capitum indice epistulae praefixo; in codice Fuldensi includunt capita 1—23 in indice capita 1—14 hodierna, et capp. 24—51 includunt capp. 9,1—14,23 et 16,24—27 ut in codice Amiatino.[1] Divisio, quae sequitur, a Blanchino e codice Regio-Vat. 9 hausta, videtur perantiqua esse: Ro9, 1Co11, 2Co6, Gal5, Eph6, Phil5, 1Th6, 2Th2, Col3, 1Ti6, 2Ti3, Tit2, Philem1, Heb12. In codicibus appellantur divisiones hae sine

[1] Plura de codicibus Latinis vide apud Lightfootium, *Journal of Philology*, Londinii et Cantabrigiae a. 1871, vol. 3, p. 196—202, et apud Westcottium Hortiumque, *N. T. in the original Greek*, Cantabr. et Lond. a. 1881, [vol. 2], p. 111.112 in appendice.

distinctione tituli sive capitula sive breves.[1] Divisiones aliae, quae epistulae ad Romanos, exempli gratia, capita 30 vel 36 vel 50 tribuunt, 1 Co 25, 28, 73, inveniuntur apud Wetstenium.[2] In epistulis Pauli habet codex Ridleianus versionis Syriacae Philoxenianae sive Heracleensis prologum Euthalii et capitum divisionem Euthalianam.[3]

D. DE APOCALYPSI.

Apocalypsis divisa est saeculo quinto exeunte ab Andrea, archiepiscopo Caesareensi in Cappadocia, in *λόγους* (דְּבָרִים) 24 (secundum presbyterorum numerum Apoc 4,4) et in *κεφάλαια* 72=24×3, propter tripartitam naturae humanae divisionem. Ita rationem divisionis explicat Andreas ipse: [*ἡμεῖς*] *διελόντες τὴν παροῦσαν πραγματείαν εἰς λόγους κδ΄, καὶ οβ΄ κεφάλαια, διὰ τὴν τριμερῆ τῶν κδ΄* [*πρεσβυτέρων*] *ὑπόστασιν, σώματος καὶ ψυχῆς καὶ πνεύματος.*[4] Praeterea confer verba Dionysii Alexandrini, supra, p. 141.

Codices Amiatinus et Fuldensis dividunt apocalypsim in capita 25; codices alii Latini praebent capita 22, 23, 24, 41, 43.[5]

DE LECTIONIBUS ECCLESIASTICIS.

Supra vidimus Euthalium editioni eius actuum et epistularum catholicarum et epistularum Pauli non solum *ἔκθεσιν κεφαλαίων* sed etiam *ἀνακεφαλαίωσιν τῶν ἀναγνώσεων* sive *elenchum lectionum* praefixisse, quo in elencho retulit capita, verba scripturae sacrae laudata, stichos in unaquaque lectione inventa. Veri simile est Euthalium *ἀνακεφαλαίωσιν* hanc spectare cum dicit: *διεῖλον τὰς ἀναγνώσεις* (Zac. p. 413.479.541; cf p. 529); quibus verbis non

[1] Cf Ios. Blanchinum, *Vindiciae canon. scripturarum*, Romae a. 1740, p. cclxxxi.

[2] Vide supra, p. 156, adn. 3.

[3] Cf Ridley (*ut supra*, p. 156, adn. 4), p. 306 ed. Semler.

[4] Andreas, *Comm. in Apoc.* prol. ap. Migne, *Patrol. Gr.* vol. 106, col. 220^{b}.

[5] Cf Wetstein, *ut supra*, p. 156, adn. 3.

necessario sibi vindicat divisionem in lectiones ecclesiasticas, quas videtur notare vox *ἀναγνώσεισ*, cum divisiones huiusmodi iam multo ante exstiterint.[1] Numerat Euthalius in actibus lectiones 16; in epistulis catholicis 10, i. e. Iac2, 1Pe2, 2Pe1, 1Io2, 2Io1, 3Io1, Iud1; in epistulis Pauli 31, i. e. Ro5, 1Co5, 2Co4, Gal2, Eph2, Phil2, Col2, 1Th1, 2Th1, 1Ti1, 2Ti1, Tit1, Philem1, Heb3; — in summa 57, qui lectionum numerus multis viris iisque doctis videtur id spectavisse, ut hae lectiones, lectionibus similibus ex evangeliis coniunctae, diebus 52 vel 53 anni dominicalibus et diebus festis quattuor Nati Christi, Paschalium, Ascensionis, Pentecostes legerentur.[2] Codex Evv 510 (collegii ecclesiae Christi Oxonii Wak. 25) et Evv 586 (codex Mutinensis [v] ii. A. 5) praebent in evangeliis *ἀναγνώσματα* haec: Mt116, Mc71, Lc114, Io67.[3] Etsi historia divisionis Novi Testamenti in lectiones ecclesiasticas obscura est, tamen videntur lectiones in dies dominicales et festos anni magnos primum distinctae esse, tum lectiones in dies Saturni sive Sabbata, denique lectiones in unumquemque hebdomadis diem, praeter lectiones singulares in sanctos martyresque commemorandos.[4] Rationes sane lectionum cum variis in regionibus tum saeculis variis multum distabant. Lectiones quae demum in ecclesia Graeca praevaluerunt notantur multis in

[1] Cf Suicerum, *Thesaurus ecclesiasticus*, ed. 2 (Amstel. a. 1728), sub vocibus *ἀνάγνωσισ, ἀνάγνωσμα, περικοπή*.

[2] Ita e. g. Bertholdt, *Hist.-krit. Einleitung* u. s. w. Erlangae a. 1812, vol. 1, p. 231. Zacagnius (*Collectanea* etc. praef. p. lxxxiii) pro Pentecoste ponit Epiphania, sed haec principio eadem fuerunt atque dies Nati Christi; cf Bingham, *Origg. eccles.* lib. 20, cap. 4. Constantinopoli teste Chrysostomo legebantur actus integri inter Paschalia et Pentecosten.

[3] Cf Scrivener, *Introd. to the criticism of the N. T.* ed. 2, Cantabrigiae a. 1874, p. 63.

[4] Cf E. Ranke, *Herzog's Real-Encykl.* vol. 11 (a. 1859), p. 379, sub voce *Perikopen*.

codicibus Graecis vel a prima vel ab altera manu, quae ad lectionis uniuscuiusque initium in textu vel in margine ἀρχή sive ἀρ (χ′) sive ἀρ et ad finem τέλοσ sive τέ (λ) sive τέ posuit. Codices multi praefixam habent tabulam lectionum totius anni (συναξάριον), saepe etiam tabulam dierum festorum immobilium et dierum sanctorum cum lectionibus eorum propriis (μηνολόγιον).[1] Codices qui lectiones ex evangeliis in ordinem legendi dispositas continent dicuntur *Evangeliaria* vel *Evangelistaria*; ii qui lectiones ex actibus et epistulis continent *Praxapostoli* vel *Lectionaria*; de quibus vide infra, Prolegomenorum caput VIII, 5.

[1] Matthaeius in *N. T. Gr. et Lat.* (Rigae a. 1782—1788), unicuique volumini (excepta apocalypsi) tabulam lectionum ecclesiae Graecae ecclesiasticarum praefixam habet, cum variationibus ex codicibus variis. In editione altera (*N. T. Gr.* Curiae Var. etc. a. 1803—1807) notantur lectiones ecclesiasticae in textu, ut in codicibus antiquis, et in tomo primo, p. 723—768, et tomo tertio, p. 1—24 editum est, ex Evrm 47 et 50, „Synaxarium evangeliarii et praxapostoli", cum Menologio. Scholzius in libro, *N. T. Gr.* vol. 1 (1830), p. 453—493 dat „Synaxarium et Menologium codicum KM 262.274", non sine erratis multis, et in vol. 2 (1836), p. 456—469 „Synaxarium et Menologium codicum Parisiensium" Act et Epp edidit. Scrivenerus in libro suo, *Introd. to the crit. of the N. T.* ed. 2, Cantabrigiae a. 1874, p. 75—82, exhibet „Synaxarium et Eclogadion evangeliorum et scriptorum apostolicorum quotidie per annum" haustum plerumque ex codicibus Evrm 150.181.183.184.185.187 (alias Evrm H^{scr}, P^{scr}, x^{scr}, y^{scr}, z^{scr}, coll. Trin. Cantab. O. iv. 22) conlatis cum adnotationibus liturgicis in Evv 506 (Wake 12) et in codice Bezae (D) a manibus posterioribus. His addit in tractatu *Lectionary* apud *Smith and Cheetham, Dictionary of Christian antiquities*, vol. 2 (Londinii a. 1880), p. 955 seqq. codicem Praxapostoli 68 (Burdett-Coutts. iii. 24). Eodem in tractatu invenies tabulas lectionum ecclesiasticarum secundum Lectionarium Copticum et lectionaria principia occidentalia, i. e. *Comitem* Hieronymo adscriptum, Gallicanum, Mozarabicum. Fusius de diversitate lectionariorum in terris variis variisque in ecclesiis disserit E. Ranke, *Herzog's Real-Encyklopädie*, vol. 11, p. 373 seqq; cf Westcottium Hortiumque, *N. T. in the original Greek*, Cantabr. et Lond. a. 1881, [vol. 2], p. 41—44.84.85.

(2.) DE DIVISIONE OCCIDENTALI HODIERNA.

Gilbertus Genebrardus, professor Parisiensis anno 1579, attribuit capitum divisionem viris scholasticis[1] qui anno circiter 1243 cum Hugone cardinali de S. Caro auctores concordantiarum fuerunt, quia theologi superiores capita haec nesciverint, theologi vero inferiores Alexander Alesius, Albertus Magnus, Bonaventura, alii eadem adhibuerint. Et alio loco[2] Hugonem ipsum auctorem facit: „Hugo Cardinalis S. Sabinae, antea Barchinonensis monachus, scripsit in universam scripturam commentaria iuxta quadruplicem sensum, utens numerali citatione et enumeratione capitum, quam nunc habemus." „Primus ex ordine Praedicatorum ad cardinalatum assumptus, primus in capitula libros sacros distinxit."[3]

Ita plerique hodie Hugonem divisionis auctorem dicunt, sed nisi fallor iniuria. Testes pro Hugone pauci exstant. Iacobus Quétif et Iacobus Échard,[4] qui accuratissime de Hugone tractaverunt, nihil ei adscribunt nisi divisionem capitis uniuscuiusque in partes minores septem litteris ABCDEFG signatas. Et Daunovius, etsi ubi de Langtonio[5] scribit capitum divisionem Hugonis esse vult, tamen ubi posthac de Hugone[6] scribit nihil de hac re praebet.

Rectior esse videtur opinio quae capitum divisionem Stephano Langtonio cardinali et archiepiscopo Cantuariensi

[1] Genebrardus, *Chronographiae libri quattuor*, Coloniae Agripp. a. 1581, lib. 4, p. 970. [2] *Ibid.* p. 972.

[3] Cf Sixtum Senensem, *Biblioth. sancta*, ed. I. Hayus, Lugduni a. 1593, p. 249[b].

[4] Quétif et Échard, *Scriptores ordinis Praedicatorum*, Lutetiae Paris. a. 1719, fol., vol. 1, p. 194—209. Conradus Halberstadiensis postea adhibuit quattuor solas litteras ABCD pro capitulis brevioribus et septem illas pro longioribus, eumque secuti sunt editores.

[5] Daunou, in lib. *Hist. litt. de la France*, vol. 18, p. 63: „l'opinion la mieux établie est que ces moyens de trouver et de rapprocher des textes semblables ou parallèles sont dus à Hugues de Saint-Cher, ainsi que nous l'exposerons dans l'article concernant ce dominicain."

[6] Daunou, *ibid.* vol. 19, p. 38 seqq.

(mortuo a. 1228) adscribit. Oudinus,[1] Wrightius,[2] Hookius,[3] Hardius[4] laudant codicem eundem Bodleianum Oxoniensem, *cod. Bodl.* 487 (antea NE. c. 2. 6, etiam 2067), fol. 110, quem amicissime in meum usum consuluit v. cl. F. Madan eiusdem bibliothecae: „1228. Magister stephanus de langueton archiepiscopus cantuariensis obiit qui bibliam apud parisium quotavit.[5] libros regum exposuit. vitam regis Ricardi dictavit. multaque alia industriae suae volumina post se reliquit." Videtur codex anno 1448 scriptus esse. Verba eadem fere praebet Henricus de Knyghton,[6] qui anno 1395 claruit; veri simile est verba haec in codice illo anonymo Knyghtonii esse.

Franciscus Godwinus (* a. 1561 † a. 1633),[7] testatur de Stephano his verbis: „Sacram Bibliam primus omnium dicitur in capitula distinxisse, ordinem ab eo constitutum sequentibus omnibus, quae usquam inde ab eo tempore fuerunt ecclesiis." Fortasse tamen usus est Godwinus, ut sane Thomas Pope Blountius (a. 1694), Iohannes Pitseus (a. 1619), Iohannes Baleus (a. 1557), Iohannes Lelandius († a. 1552), auctoritate Nicolai Triveti (al. Tripodis, Trivethi, Trivetti,

[1] Casim. Oudin, *Comm. de scriptoribus eccl. antiquis*, Lipsiae a. 1722, vol. 2, col. 1702; Oudinus legit sed non recte: „apud Parisios locavit."

[2] Thom. Wright, *Biographia Britannica literaria, Anglo-Norman period*, Londinii a. 1846, p. 444.445 et adn.

[3] W. F. Hook, *Lives of the archbishops of Canterbury*, Londinii a. 1862, vol. 2, p. 677.678.

[4] Thom. Duffus Hardy, *Descriptive catalogue of materials relating to the history of Great Britain and Ireland*, Londinii a. 1871, vol. 3, p. 73, adn.*

[5] Ducange (Du Fresne), ed. Henschel, Parisiis a. 1845, vol. 5, p. 570[b], locum nullum citat ad verbum *quotare* („in capitula et versiculos [?] distinguere") nisi hunc (Knyghtonii ut videtur).

[6] Henr. de Knyghton (al. Knighton), *De eventibus Angliae*, lib. 2, cap. 34, apud Rog. Twysden, *Hist. Anglicanae scriptores X*, Londinii a. 1652, col. 2430 sq.

[7] Godwin, *De praesulibus Angliae comm.* Londinii a. 1616, p. 126.

Treveti) qui videtur anno 1258 natus, anno 1328 mortuus esse. Trivetus scripsit[1] de Stephano: „Hic super totam Bibliam postillas fecit et eam per capitula, quibus nunc utuntur moderni, distinxit." Testatior igitur est opinio, divisionem ex Stephano Langtonio processisse, sed adeundi sunt codices Parisienses Cantabrigienses Oxonienses Londinienses tempore Stephani et Hugonis scripti. Percipiet lector Hugonem facile mutuari potuisse capitum divisionem a Stephano natu maiore, cum uterque Parisiis bibliis operam dederit, ubi Hugoni Stephani codices ad manum fuerunt. Dixerunt nonnulli capita a Lanfranco archiepiscopo Cantuariensi (mortuo a. 1089) facta esse, sed huius rei testem neminem inveni; mirum non esset, si quis nomen Langtonii nomine Lanfranci, utriusque Cantuariensis, mutasset.[2]

Ex bibliis Latinis transiit divisio paulatim cum in codices Graecos, tum etiam in editiones Novi Testamenti Graece. De editionibus et versionibus in capitum divisione inter se discrepantibus, vide infra V, 3, De versibus.

Male disiuncta sunt haec: Mt 9,38—10,1 sed haec et in sectionibus et in titulis disiuncta sunt; Mt 15,39—16,1 et in sectt.; Mt 19,30—20,1 et in sectt. et in titt.; Mc 2,23–28—3,1–5: coniuncta sunt 2,27.28 et 3,1–5 in sect., non in titt.; Mc 8,38—9,1 disiuncta in sectt., non in titt.; Lc 20,45–47—21,1–4 (cf Mc 12,41—44) et in titt.: sectt. iungunt 20,47 et 21,1–4; Act 4,32–37—5,1–11; Act 7,60—8,1[a]; 1 Co 3,16–23—4,1–5; 1 Co 10,33—11,1; 2 Co 4,16 18—5,1 ss.; 2 Co 6,18—7,1; Col 3,25—4,1.

[1] Trivetus, *Annales sex regum Angliae* (ed. Ant. Hall, Oxonii a. 1719, p. 182), ed. Thom. Hog, Londinii a. 1845, p. 216. De nominis eius forma optima *Trevet* vide *ibid.* p. i. xvii. xviii.

[2] Quae Rabanus Maurus, abbas Fuldensis et archiepiscopus Moguntiacensis, in commentariorum in Matthaeum praefatione, (Migne, *Patrol. Lat.* vol. 107, coll. 729[d]—730[b]) refert de capitibus antiquis et de iis quae ipse fecerat, vix divisionem hodiernam spectant.

3.

DE VERSIBUS.

Supra dixi de *στίχοις* et de interpunctione.[1] De versibus hodie usitatis amicissime mecum communicavit excursum hunc eruditione repletum vir clarissimus

EZRA ABBOT

De editionibus Novi Testamenti Graece in versuum quos dicunt distinctione inter se discrepantibus.

In historia divisionis litterarum sacrarum textus in versus hodie usitatos recensenda haud pauci in errore versati sunt. Ita post Iahnium Bertholdtium alios dicunt Tischendorfius[2] et Reussius[3] divisionem illam primum factam esse a Roberto Stephano in editione sua versionis Latinae quam Vulgatam vocant anno 1548 publici iuris facta; De Wettius[4] et Keilius[5] annum 1558 substituunt. Sed neutro anno in lucem data est ulla versionis Vulgatae editio ex Stephani officina. Alii falso affirmant anno 1545, alii denique anno 1557 biblia Latina primum in versus divisa esse. Rem diligentissime agit vir doctissimus Guilielmus Wright sub voce „Verse" in libro: *Cyclopaedia of Biblical literature edited by John Kitto,* Londinii anno 1845; tertia vero huiusce operis editione anni 1870 hoc caput minus accurate in angustum coactum est.

Summa haec est. Ferunt numerationem versuum Masoreticorum in Vetere Testamento primum a rabbino

[1] Vide supra, p. 111—116.

[2] Tischendorf, *Herzog's Real-Encykl.* ed. 1, vol. 2, p. 174.

[3] Reuss, *Gesch. d. heiligen Schriften N. T.,* ed. 5, Brunsvigae a. 1874, § 387.

[4] De Wette, *Einleit. in das A. T.* ed. 7, Berolini a. 1852, vol. 1, p. 112.

[5] Keil, *Einleit. in das A. T.,* ed. 2, Francofurti ad Moenum a. 1859, p. 518.

Isaaco Nathan, ad concordantias quas dicunt Hebraicas concinne instituendas factam esse. Hoc opus anno 1448 ad finem perductum, typis primum anno 1524 Venetiis descriptum est.[1] „Quincuplex Psalterium", Parisiis anno 1509 ab Iacobo Fabro Stapulensi (Le Fèvre d'Étaples) editum ex officina Henrici Stephani natu maioris, prima est alicuius partis Veteris Testamenti editio, in qua versus Masoretici signis Arabicis notati sunt. Prima universorum bibliorum sacrorum editio in versus dispertitorum Latina est versio Sanctis Pagnini, Lugduni anno 1528 typis exscripta. Sed in libris apocryphis Novoque Testamento divisio eius multum a divisione hodie usitata differt, versibus duplo et triplo longioribus; videtur nulla alia editio divisionem hanc secuta esse.

Primam Novi Testamenti in versus hodie usitatos dispertiti editionem excudit Robertus Stephanus Genevae anno 1551 duobus formae minimae (16°) tomis, textui Graeco in media pagina versione Latina Erasmi ab altera parte, ab altera Vulgata Hieronymi appositis. Henricus Stephanus filius narrat divisionem hanc versuum maximam partem „inter equitandum" factam esse, Stephano iter Parisiis Lugdunum faciente. Antecessit divisio haec confectioni indicis Novi Testamenti, quem indicem Henricus filius ad finem perduxit annoque 1594 in lucem edidit; vide Henrici Stephani verba in huius indicis quem concordantias dicunt prolegomenis. Aliud quoque Robertum Stephanum ad divisionem hanc in versus distinctos faciendam commovit: „quod hac ratione utraque translatio posset omnino eregione Graeco contextui respondere"; vide Novi Testamenti anni 1551 praefationem. Bibliorum universorum in versus hodie usitatos dispertitorum editio prima fuit Roberti Stephani versionis Vulgatae editio, Genevae anno 1555 („VIII. Idvs Aprilis") excusa, formae parvae (8°); divisione illa ad indicem biblicum conficiendum facta, qui eodem anno

[1] Vide in primis H. E. Bindseil, *Concord. Homer. specimen*, Halis a. 1867, p. xvi et xviii adnot.

editus est. Divisio haec invenitur quoque in editione et charta et litterarum formis ornatissima Vulgatae versionis, quae in Vetere Testamento versione Pagnini una cum notis Vatablo adscriptis, in Novo Testamento versione Bezae cum eius adnotationibus comitata est, quam editionem Robertus Stephanus Genevae anno 1557 in tribus formae maximae tomis typis descripsit; octava eaque ultima bibliorum Latinorum a Roberto Stephano excusorum editio fuit haec.[1] Editionem versionis *Gallicae* Novi Testamenti in versus dispertiti primam typis descripsit Robertus Stephanus anno 1552, duobus formae parvae (8°) tomis; est versio Gallica ab Olivetano facta a Calvino recognita, cum versione Latina Erasmi parallelis columnis; biblia Gallica primum ita divisa esse videntur in editione versionis Genevensis, a Roberto Stephano typis descripta Genevae a. 1553 formae maximae.[2] In lingua *Italica* versio prima, quod sciam, quae versiculos Stephanicos habet a martyre infelici Ioh. Ludovico Paschale facta est, et sine loco sed fortasse Genevae in lucem data est anno 1555.[3] N. T. quod versus hos primum *Batave* habet, editum est Emdae ap. Gell. Ctematium a. 1556 (8°); biblia Batava ita distincta sunt Emdae a. 1560 (4°).[4] N. T. *Anglice* primum in versus dispertitum est in versione a Guilielmo Whittingham facta, typis descripta Genevae a. 1557; biblia Anglica primum ita divisa sunt in versione Genevensi anno 1560

[1] Cf Iac. Le Long, *Bibl. sacra*, ed. Masch, vol. 3, p. 191 ss.; et Knoch, *Hist.-crit. Nachr. v. d. Braunschw. Bibelsamml.* Guelferbyti a. 1754, vol. 1, p. 876—891.

[2] Cf Baumgarten, *Nachr. von merkwürd. Büchern*, Halis a. 1752, vol. 2, p. 377 sq. 379 sqq.

[3] „Est mihi N. T. Gallico-Italicum, editum a. 1555 ap. Giovan Luigi Paschale, quod est distinctum hodierna distinctione versuum." Leusden, *Philol. Hebr.-Gr.*, Ultraiecti a. 1670, diss. iii, § 12, p. 21. Paschale Romae a. 1560 igni necatus est propter evangelicam fidem.

[4] Cf Isaac Le Long, *Boek-Zaal der Nederduyt. Bybels*, Amst. a. 1732, p. 716; cf p. 708 sq. 711 sq. 667 sq.

absoluta, in qua editione Novi Testamenti translatio longe fuit diversa a translatione editionis anni 1557. In prima sua *versionis* Novi Testamenti *Latinae* editione Genevae a. 1557 (annus hic in ultima pagina invenitur; in titulo legitur 1556) in lucem edita, id est, in tomo tertio bibliorum Latinorum a Roberto Stephano illo anno typis descriptorum, adhibuit Beza, cum nonnulla varietate, versuum divisionem Stephanicam. In prima sua Novi Testamenti *Graece* editione cum versione Latina et adnotationibus, quae prodiit Genevae anno 1565, formae maximae, in multisque suis editionibus posterioribus, discessit Beza frequentius a versuum divisione Stephanica et editiones hae Bezanae plurimum valebant ad versuum divisionem in vulgus edendam, quae paulo post omnium consensu recepta est. Bezam ita a Stephano discedentem plurimis locis secuti sunt editores posteriores, in primisque Elzevirii, qui et varietates sibi proprias introduxerunt. Praebent quoque translationes Novi Testamenti in linguas hodiernas ante editionem Stephanicam anni 1551 vel paulo post factae varietates alias.

Quod sciam, diversitates quibus differunt editiones Novi Testamenti Graece posteriores ab editione Stephanica quod ad versuum divisionem spectat, a nullo editorum criticorum notatae sunt, fortasse propter summam raritatem editionis huius, quae iure suo normae loco habenda est, a qua in versuum initiis constituendis editori non discedere liceat nisi causis gravissimis commoto. Est autem eiusmodi varietas divisionis ubique notanda.

Haec editionum et translationum dissensio in versuum Novi Testamenti distinctione, a plerisque omnino neglecta vel iis ignota, multis in locis invenitur. Fieri non potest quin in verbis horum locorum citandis in indicibus vel concordantiis lexicis aliis libris multae discrepantiae de versuum numero exoriantur, quae dubitationes haud facile solvendas creare possint. Quis enim dixerit, quae editio divisionem iustam exhibeat?

Visum est igitur mihi ex usu esse conlationem facere editionis Stephanicae anni 1551 cum editione Elzeviriana anni 1633 (prima quae versus *in textu* distinctos praebet) et cum Tischendorfii editione octava critica maiore annorum 1869—1872. Ad hanc conlationem notavi varietatem editionum fere quinquaginta insigniorum Novi Testamenti Graece et nonnullarum translationum.

EDITIONES ET TRANSLATIONES EXAMINATAE.

CLAVIS IN LITTERAS DIGESTA.

A = 4.	D = 37.	L = 21.	T = 28.
Al = 25.	Elz = 7.	Lu = 35.	Th = 23.
B^{57} = 2.	F = 9.	M = 10.	Tn = 19.
B^{65} et B = 3.	G = 16.	Mas = 11.	Tr = 27.
Be = 12.	Ge et Gen = 32,33.	Mt = 14.	V = 36.
Bi = 15.	H = 22.	Sch = 18.	W = 13.
Bl = 24.	HS = 5.	Scr = 29.	Wd = 26.
Bp = 34.	Iac = 38.	St = 1.	We = 6.
Cur = 8.	K = 17.	Sz = 20.	WH = 30.

CATALOGUS IN ORDINEM TEMPORIS REDACTUS.

EDITIONES.

1. St: Rob. Stephanus (Estienne), N. T. Gr. et Lat. 1551; Biblia (Vulg.) 1555, 8°. Ubi differunt, St^{51}, St^{55}.
2. B^{57}: Theo. Beza (de Bèze), N. T. Lat. 1557 (in titulo 1556), fol.
3. B^{65}: Theo. Beza, N. T. Gr. et Lat. fol., 1565, 1582, 1588 (multis in exemplaribus 1589), 1598; 8°, 1565, 1567, 1580, 1590. (B) Ubi editiones hae dissentiunt, discrepantiam adscripsi; ubi editiones omnes Bezanae inter se consonant, editione Latina anni 1557 non excepta, non nisi „B“ invenietur.
4. A: N. T. Graece in editione bibliorum polyglotta Antverpiensi, tom. v (1571) et tom. vi (1572), fol.
5. HS: Henr. Stephanus (Estienne), N. T. Gr. 1576.
6. We: Divinæ Script. omnia. Gr. Francofurti, ap. Andr. Wecheli heredes. 1597, fol.
7. Elz: editiones Elzevirianae N. T. Gr. ann. 1624, 1633, 1641, 1656, 1662, 1670, 1678. Ubi differunt, annus datur.
8. Cur: Steph. Curcellaeus (Étienne de Courcelles), N. T. Gr. 1658. Prodiit quoque 1675, 1685, 1699.
9. F: Io. Fell, N. T. Gr. Oxon. 1675.

10. M: Io. Mill, N. T. Gr. Oxon. 1707, fol.; etiam ed. Lud. Kuster, Amst. et Lips. (etiam Roterod.) 1710, fol.
11. Mas: G. van Mastricht („G. D. T. M. D.") N. T. Gr. ed. alt. 1735. (Ed. 1, 1711.)
12. Be: Io. A. Bengel, N. T. Gr. 1734, 4°.
13. W: Io. Iac. Wetstein, N. T. Gr. 1751—52, fol.
14. Mt: C. F. Matthaei, N. T. Gr. et Lat. 1782—88; N. T. Gr. 1803—07. Ubi differunt, Mt^1, Mt^2.
15. Bi: A. Birch, Quatuor Evangelia. 1788, 4°.
16. G: Io. Iac. Griesbach, N. T. Gr. ed. 2, 1796—1806 (ed. maior); Lips. 1805 [1806] (ed. minor); vol. 1, ed. tert. cur. D. Schulz, 1827. Ubi differunt, G^{mai}, G^{min}, G^{27}.
17. K: G. C. Knapp, N. T. Gr. ed. 2, 1813; ed. 4 (Thilo et Roediger), 1829. (Edd. aliae, 1797, 1824, 1840.)
18. Sch: H. A. Schott, N. T. Gr. et Lat. ed. 3, 1825; ed. quartam curavit Baumgarten-Crusius, 1839 (Sch^{39}). (Edd. priores, 1805, 1811.)
19. Tn: Io. A. H. Tittmann, N. T. Gr. ed. ster. 1828. (Edd. aliae, 1820, 24, 31.)
20. Sz: Io. M. A. Scholz, N. T. Gr. 1830—1836, 4°.
21. L: C. Lachmann, N. T. Gr. ed. ster. 1831 (ed. minor, etiam annis 1837, 1846); ed. maior, Gr. et Lat. 1842—1850.
22. H: A. Hahn, N. T. Gr. 1840, 12°; 1841, versibus distinctis, 16°. — Post Lachm. et Tisch. denuo diligenter recognovit, 1861. Ubi differunt, H^{41}, H^{61}.
23. Th: C. G. W. Theile, N. T. Gr. 1844; ed. ster. 11, cur. O. de Gebhardt, 1875. Ubi differunt, Th^{44}, Th^{75}.
24. Bl: S. T. Bloomfield, Gr. Test. with English notes, ed. 9, 1855. (Ed. 1, 1832.)
25. Al: Henr. Alford, Gr. Test. with English notes, voll. 1,2, ed. 6, 1868—1871; vol. 3, ed. 5, vol. 4, ed. 4, 1871. (Ed. 1, 1849—1861.)
26. Wd: Christoph. Wordsworth, Gr. Test. with Engl. notes; evangelia, ed. 5, 1866; actus, ed. 4, 1864; epp. Pauli, ed. 4, 1866; epp. cath. et apoc., ed. 3, 1864. (Ed. 1, 1856—60.)
27. Tr: S. P. Tregelles, N. T. Gr. et Lat. partes i—vi, 1857—72, 4°. (Pars vii, prolegomena et addenda, 1879.)
28. T: (L. F.) Const. (von) Tischendorf, N. T. Gr. 1869—1872; etiam editiones priores criticae, 1841 [1840], 1849, 1859; editiones quoque usui quotidiano destinatae, anno 1873 editae apud Tauchnitzium, Brockhausium, Mendelssohnium. Ubi differunt, T^{41} etc.

29. Scr: F. H. (A.) Scrivener, N. T. textus Stephanici A. D. 1550. Ed. auct. et emend. Cantabr. 1877.

30. WH: B. F. Westcott et F. Io. A. Hort, The N. T. in Greek the text revised . . . [vol. 1]. Text. Cantabr. et Lond. 1881: Stephanam constanter nunc sequitur haec editio; qui vero numeri in exemplaribus prius divenditis ad sedes alienas migraverant in serioribus ad Stephani normam revocati sunt.

VERSIONES.

31. St^{55} et B^{57}: vide supra num. 1 et 2.

32: Ge: N. T. Anglice (a Guilielmo Whittingham), Genevae 1557.

33. Gen: Versio bibliorum Anglica Genevensis, Genevae 1560. „Ge" indicat „Ge" et „Gen" ubi inter se consonant.

34. Bp: Versio Anglica quam „The Bishops' Bible" vocant, 1568. Usus sum editione secunda Londinensi anni 1572, fol.

35. Lu: Versio Germanica a Luthero facta. Inter editiones versibus distinctas Goezius antiquiorem reperire non potuit quam eam quae in lucem data est apud Feyerabend, Francofurti ad Moenum, 1582, 8°. Secutus sum divisionem in editione a Bindseilio et Niemeyero curata, 1854—55.

36. V: Biblia sacra Vulgatae editionis etc. Romae, 1592, fol.

37. D: La Bibbia, cioè, i libri del Vecchio e del Nvovo Test. traslatati da Gio. Diodati. 1607, fol.

38. Iac: Biblia Anglica Iacobi regis, quam „authorized version" vocant. 1611, fol. Usus sum libro „Exact reprint", Oxon. 1833, 4°.

Examinavi editiones 51 Novi Test. Gr. et versiones novem.

( ) indicat initium versus in editione citata incertum esse, quod versus nonnisi numeris in margine adpositis distinguuntur. Quam ob rem saepe dubitatur in editionibus Schotti, Scriveneri, Westcottii Hortiique; plerumque in locis prorsus incertis editiones has non laudavi.

n . . . Interdum aufert adnotatio dubitationem quam habet textus.

DISCREPANTIAE IN VERSUUM DISTINCTIONE.

Nota bene: in locum quemque adscripsi, ex editione Stephanica a. 1551, verba quae ab editoribus variis variis versibus adsociantur, lectionum varietate aliquando adnotata. Locum primum plerumque tenet versus in quo ipse Stephanus haec verba posuit.

Matt 2,1.2 *Λέγοντες,*

ver. 2, St B A HS We Elz^{24} M Bi L Al Tr T (exc. T^{41}) Scr; Ge Bp V D Iac.

ver. 1, $Elz^{33.41.56.62.70.78}$ Cur F Mas Be W Mt G (G^{min}) K Sch Tn Sz T^{41} H Th Bl Wd; Lu.

Matt 5,4.5 *Μακάριοι οἱ πενθοῦντες . . .*[5] *Μακάριοι οἱ πραεῖς κ. τ. λ.* Versus hi transponuntur ab L^{txt} (contra L^{marg}) Tr et T (exc. T^{41}); sic St^{55} et V. WH^{marg} adponunt verbis transpositis signum ⊣ ⊢ „ut quae sibi vindicent, textui vero ad tempus saltem adsociari.“ L servat priores versuum *numeros*.

— 9,23.24 *Λέγει αὐτοῖς* [l. v. *ἔλεγεν*],
ver. 24, St B A HS We Elz Cur F Mas Be W Mt G^{min} K Tn T^{41} H Th Al Tr; Ge Bp Lu D Iac.
ver. 23, M Bi G^{mai} Sch L Bl Wd T (exc. T^{41}); V.

— 15,5.6 *Καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ·* (Lectt. varr.)
ver. 6, St A We Al Tr; Ge Bp Lu V Iac.
ver. 5, B HS Elz Cur F M Mas Be W Mt Bi G K Sch Tn Sz L H Th Bl Wd T Scr; D.

— 21,1.2 *Λέγων αὐτοῖς*,
ver. 1, Elz$^{33.41}$.
ver. 2, editiones ceterae.

— — 25.26 *Ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ οὐρανοῦ· ἐρεῖ ἡμῖν, διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;*
ver. 26, T; V.
ver. 25, ceterae.

— 23,13.14 *Οὐαὶ δὲ ὑμῖν . . . ὅτι κλείετε . . .* [14]*Οὐαὶ ὑμῖν . . . ὅτι κατεσθίετε . . .*
Ita St B HS Elz Cur F Mas Be W^{txt} Th (sed ver. 14 uncis incluso); Ge Bp Lu V D Iac.
ver. 13,14 *transponuntur* ab A We M W^{marg} Mt Bi G (sed G^{00} ver. 14) K Sch Tn Sz H Bl Wd Scr. Ex his, G K Sz H numeros priores servant.
ver. 14 *omittitur* a G^{00} L Al Tr T WH. Ex his numerant L Al Tr (non T) ver. 13 numero 14.

— 28,8.9 *Ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ*,
ver. 8, St^{51} B^{57} A Tr n.; Lu.
ver. 9, B^{65} HS We Elz Cur F M Mas Be W Mt Bi G K Sch Tn Sz H Th Bl Al n. Wd T n. Scr; G Bp Iac. Omittuntur verba haec a St^{55} G^{00} L Al Tr T WH; V D; uncis includuntur a Bl.

Marc 3,19.20 *Καὶ ἔρχονται* [l. v. *ἔρχεται*] *εἰς οἶκον·*
ver. 20, St A Elz$^{56.62.70.78}$ Cur F Mas Mt Bi G K Sch Tn Sz H Th Bl Wd Tr T^{tauchn73}; Lu V D.
ver. 19, B HS We Elz$^{24.33.41}$ M W Be L Al T (exc. T^{tauchn73}); Ge Bp Iac.

Marc **6**,27.28 *Ὁ δὲ* [l.v.*Καὶ*] *ἀπελθὼν ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ.*

ver. 27, St B^{57} A Tr WH; Ge Bp Lu V Iac.

ver. 28, B^{65} HS We Elz Cur F M Mas Be W Mt Bi G K Sch Tn Sz L H Th Bl Al Wd T Scr; D.

— **13**,8.9 *ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα.*

ver. 8, St B^{57} A Tr WH; Ge Bp Lu V Iac.

ver. 9, B^{65} HS We Elz Cur F M Mas Be W Mt Bi G K Sch Tn Sz L H Th Bl Al Wd T; D.

Luc **4**,18.19 *κηρύξαι* [*κηρῦξαι*] *αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει,*

ver. 18, St^{51} B HS Elz Cur F Mas Be W Mt^{2} G K Bl Wd Tr Scr WH; Ge Bp Lu Iac.

ver. 19, St^{55} A We M Mt^{1} Bi Sch Tn Sz L H Th Al T; V D.

— **6**,17.18 *Οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ, καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν·*

ver. 18, St A Tr WH; Lu V.

ver. 17, B HS We Elz Cur F M Mas Be W Mt Bi G K Sch Tn Sz L H Th Bl Al Wd T Scr; Ge Bp D Iac.

— **7**,18.19 *Καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης,*

ver. 18, St^{51} B HS Elz Cur Be Tr WH; Lu.

ver. 19, St^{55} A We F M Mas W Mt Bi G K Sch Tn Sz L H Th Bl Al Wd T Scr; Ge Bp V D Iac.

— **10**,21.22 *Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶπε,*

ver. 21, St^{51} We Cur F Mas W Bi Mt^{2} K n. Bl Wd Tr n.

ver. 22, M Mt^{1} G^{min} n. Sch n. Sz L H Th [Al] T Scr; Gen Iac^{marg}. Omittuntur a St^{55} B A HS Elz Be G Sch Tn Tr WH; Ge Bp Lu V D Iac.

— **14**,3.4 *Οἱ δὲ ἡσύχασαν.*

ver. 4, St B A HS We $Elz^{33.41}$ Be K Tn H Th Al Tr; Ge Bp Lu V D Iac.

ver. 3, $Elz^{56.62.70.78}$ Cur F M Mas Mt Bi G^{mai} Sch Sz Bl Wd T.

— —34.35 *Καλὸν τὸ ἅλας . . .*[35] *Οὔτε εἰς γῆν . . .*

Elz (edd. omnes) ex duobus his versibus unum solum faciunt, ideoque caput nonnisi in triginta quattuor versus dividunt.

— **19**,41.42 *Λέγων,*

vers. 42, St^{51} B A HS We Elz Cur F Mas Be W Mt^{2} K Tn H Th Bl Al Wd Tr; Ge Bp Lu D Iac.

ver. 41, St^{55} M Mt^{1} Bi G^{mai} Sch L Sz T; V.

— **22**,66.67 *Λέγοντες, Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός; εἰπὲ* [l. v. *εἰπὸν*] *ἡμῖν.*

ver. 67, St B A HS We Elz Cur F Mas Be W G^{min} G^{27} Mt^{2} K Tn Sz H^{41} Th Bl Wd Tr Scr WH; Ge Lu D; sed Bp Iac legunt „saying, ^{67}Art thou" etc.

ver. 66, M Mt^{1} Bi G^{mai} Sch L H^{61} Al T; V.

Luc **24**,45.46 *καὶ εἶπεν αὐτοῖς,*

ver. 45, St^{51} in textu Graeco, Tr WH.

ver. 46, St^{51} Latine, ceterae.

Ioh **1**,38.39 *Τί ζητεῖτε; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, Ραββὶ, (ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον, διδάσκαλε) ποῦ μένεις;*

ver. 38, St B^{57} A We Tr WH; Ge Bp Lu V D Iac.

ver. 39, B^{65} Elz et ceterae; fit *Τί ζητεῖτε . . . μένεις* versus per se, et verss. 39—51 St = verss. 40—52 Elz etc.

— **4**,35.36 *ἤδη.* T WH adiungunt *ἤδη* ad ver. 36, legentes *ἤδη ὁ θερίζων κ. τ. λ.* Ita Tr^{marg}.

— **9**,11.12 *Ἀπελθὼν δὲ* [l. v. *οὖν*] *καὶ νιψάμενος ἀνέβλεψα.*

ver. 12, Elz^{33} Be.

ver. 11, ceterae.

Act **2**,10.11 *Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι,*

ver. 11, St A We Tr; Lu V D.

ver. 10, ceterae, sed (Tn) (WH).

— **2**,47.**3**,1 *Ἐπιτοαυτὸ δὲ Πέτρος κ. τ. λ.*

L Al Tr $T^{41.72}$ (non $T^{49.59}$) WH (ita etiam St^{55} V) adiungunt *ἐπιτοαυτὸ* ad 2,47, omittunt *τῇ ἐκκλησίᾳ*, legunt in 3,1 *Πέτρος δὲ καὶ Ἰωάννης κ. τ. λ.* L T^{41} WH tamen numeros priores adservant.

— **3**,19.20 *Ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου,*

ver. 20, St A We G^{min} K Sch Th Tr WH; Lu V.

ver. 19, ceterae.

— **5**,8.9 *Ἡ δὲ εἶπε, Ναὶ, τοσούτου.*

ver. 9, Elz ($^{24.}$) $^{33.41}$.

ver. 8, ceterae.

— —39.40 *Ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ·*

ver. 39, St A G^{mai} Sch Sz Tr WH; V.

ver. 40, ceterae.

— **11**,25.26 *Καὶ εὑρὼν αὐτὸν ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἀντιοχειαν.*

ver. 26, St B^{57} A We Tr Scr WH; Ge Bp Lu Iac.

ver. 25, B^{65} HS Elz Cur F M Mas Be W Mt G K Sch Tn Sz L H Th Bl Al Wd T; V D.

— **13**,32.33 *Ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, ἀναστήσας Ἰησοῦν,* [Iac.

ver. 33, St B^{57} A We G^{min} K Sch Tn H^{41} Th Tr WH; Ge Bp Lu V D

ver. 32, B^{65} HS Elz Cur F M Mas Be W Mt G^{mai} Sz H^{61} L Bl Al Wd T Scr.

Ioh **13**,38.39 *καὶ ἀπὸ πάντων ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι,*

ver. 38, St B^{57} A We G^{min} K Tr WH; Ge Lu V.

ver. 39, B^{65} HS Elz Cur F M Mas Be W Mt G^{mai} Sch Tn Sz L H Th Bl Al Wd T Scr; Gen Bp D Iac.

— **18**,12.13 *Λέγοντες,*

ver. 12, $Elz^{33.41}$.

ver. 13, ceterae.

— **24**,2.3 *Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ καὶ κατορθωμάτων* [l. v. *διορθωμάτων*] *γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας,*

ver. 2, St B^{57} Tr WH; Ge Bp V Iac.

ver. 3, ceterae.

— —18.19 *Τινὲς δὲ* [Elz om *δὲ*] *ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι,*

ver. 19, St B^{57} A We G^{min} Sch WH; Bp Lu V D.

ver. 18, ceterae.

In $St^{51.55}$ et B^{57} numeratur ver. 19 signo 19.20 sive „19 et 20;“ unde verss. 21—28 St = 20—27 Elz etc. Numeratio duplex haec versus 19 videtur ex interpolatione in hoc loco multis in exemplaribus versionis Vulgatae Latinae orta esse. In St^{55} verba sequentia (quae Graece deesse dicuntur) inferuntur ad versus 19 initium: — „Et apprehenderunt me, clamantes, & dicentes, Tolle inimicum nostrū.“ Interpolatio eadem in editione versionis Vulgatae Sixtina (1590) invenitur, nec vero in editione Clementina (1592).

In Ge Gen dividitur ver. 18 in duos versus; ver. 19 incipit „Neither with multitude,“ unde verss. 20—28 Ge etc. = 19—27 Iac.

Rom **1**,29.30 *ψιθυριστάς,*

ver. 29, St B^{57} A Al Tr WH; Ge Bp Lu V Iac.

ver. 30, ceterae.

— **8**,20.21 *ἐπ᾽ ἐλπίδι·*

ver. 20, St B^{57} A We M Mt G Sch Sz L H Th^{44} Al Tr T WH; Ge Bp Lu V Iac. Sed G Sch Sz H Th^{75} Al Tr ponunt comma quod vocant post *ἐλπίδι*, et L Th^{44} T WH punctum nullum habent.

ver. 21, B^{65} HS Elz Cur F Mas Be W K Tn Bl Wd Scr; D.

— **9**,11.12 *οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ καλοῦντος,*

ver. 12, St A Tr WH; Lu V.

ver. 11, ceterae. (Apud Sch incipit ver. 12: *Ὅτι ὁ μείζων.*)

1 Co 7,33.34 *μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος* [lectt. varr.].
ver. 33, St[51] WH; Lu. — St[55] A Sz Tr, etiam V D, includunt nihil nisi *μεμέρισται* versui 33.
ver. 34, ceterae.

2 Co 1,6.7 *Καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν·*
ver. 7, St A We G[mai] Sch Sz WH; Ge Lu V Iac.
ver. 6, ceterae.

— 2,10.11 *Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ·*
ver. 11, St B[57] A M Mt[1] G K Sch Tn Sz L H Th Bl Al Wd Tr T Scr WH; Ge Bp Lu V Iac.
ver. 10, B[65] HS We Elz Cur F Mas Be W Mt[2]; D. In Ge (non in Gen) incipit cap. 2 ab 1,23, numeris 2,1.2 versibus 1,23.24 et 2,3—19 versibus 2,1—17 adpositis.

— 12.13 *Οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου·*
ver. 13, St B[57] A M L Tr T Scr WH; Ge Bp Lu V Iac.
ver. 12, B[65] HS We Elz Cur F Mas Be W Mt G K Sch Tn Sz H Th Bl Al Wd; D.

— 5,14.15 *κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον.* [Iac.
ver. 14, St B[57] A We G[min] K Sch Tn H Th Tr WH; Ge Bp Lu V
ver. 15, B[65] HS Elz Cur F M Mas Be W Mt G[mai] Sz L Bl Al Wd T Scr; D.

— 8,13.14 *Ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα, εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα,*
ver. 14, St A Tr WH; Lu V. — B[57] G[mai] Sch Sz, et Ge Bp Iac, includunt etiam versui 14 verba praecedentia *ἀλλ' ἐξ ἰσότητος.*
ver. 13, B[65] HS We Elz T ceterae.

— 10,4.5 *λογισμοὺς καθαιροῦντες,*
ver. 4, St A Sch Tr WH; V.
ver. 5, ceterae.

— 11,8.9 *Καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑστερηθείς, οὐ κατενάρκησα οὐδενός·*
ver. 9, St B[57] A We Wd Tr WH; Ge Bp Lu V D Iac.
ver. 8, B[65] HS Elz T ceterae.

Gal 2,19.20 *Χριστῷ συνεσταύρωμαι.*
ver. 19, St B[57] A G[min] K Tn Th Tr WH; Ge Bp Lu V. — Mt[2] includit versui 19 etiam verba sequentia: *ζῶ δὲ, οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ χριστός.*
ver. 20, B[65] HS We Elz T ceterae; Iac.

— 5,22.23 *πραότης, ἐγκράτεια·*

ver. 23, St B^{57} A M G^{mai} Sch Sz L H Th Al Tr T Scr WH; Ge Bp V Iac.

ver. 22, B^{65} HS We Elz Cur F Mas Be W Mt G^{min} K Tn Bl Wd; Lu D.

Eph 1,10.11 *ἐν αὐτῷ.*

ver. 10, St B^{57} A We M G^{mai} Sch Sz L H Bl Al Wd Tr T Scr; Ge Bp Lu V Iac.

ver. 11, B^{65} HS Elz Cur F Mas Be W Mt K Tn Th; D.

— 2,14.15 *τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ·*

ver. 14, St A B^{1598} Tr WH; Lu V.

ver. 15, ceterae.

— 3,17.18 *ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι.*

ver. 17, St B^{57} A Sch Th Tr WH; Ge Bp Lu V Iac.

ver. 18, B^{65} HS We Elz T ceterae.

Phil 1,16.17 *Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας . . . τοῖς δεσμοῖς μου.* ^{17}*Οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης . . . κεῖμαι.*

G K Sch Tn Sz L H Th Al Wd Tr T WH (ita etiam St^{55} et V) *transponunt* verss. 16 et 17, verbis *οἱ μὲν* et *οἱ δὲ* exceptis, et legunt *οἱ μὲν ἐξ ἀγάπησ κ. τ. λ.* ^{17}*οἱ δὲ ἐξ ἐριθείασ κ. τ. λ.* Ex his, G K L^{min} H Th^{44} WH servant numeros priores.

— 2,7.8 *καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος.*

ver. 7, St B^{57} A G^{mai} Sch Sz Tr T (exc. T^{41}) WH; Ge Bp Lu V D.

ver. 8, B^{65} HS We Elz Cur F M Mas Be W Mt G^{min} K Tn L H T^{41} Th Bl Al Wd Scr; Iac.

— 3,13.14 *ἐν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος,*

ver. 13, St B^{57} A Bl Wd Tr Scr WH; Ge Bp Lu V Iac.

ver. 14, B^{65} HS We Elz T ceterae.

Col 1,21.22 *Νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν* [l. v. *ἀποκατηλλάγητε*]

ver. 22, St A We Tr WH; Lu V D.

ver. 21, ceterae.

1 Thess 1,2.3 *ἀδιαλείπτως*

ver. 2, St A Bl Al Wd Tr WH; Lu V. Sed St^{51} A Tr WH verbum verbo *μνημονεύοντες* adsociant.

ver. 3, B HS We Elz T ceterae. Sed Ge verbum cum praecedentibus coniungit.

— 2,6.7 *Δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι·*

ver. 7, St B^{57} A G^{mai} Sch Sz Tr WH; Ge Bp Lu V.

ver. 6, ceterae.

— —11,12 *Παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι,*

ver. 12, St B^{57} A Tr WH; V.

ver. 11, ceterae. Bl Wd, cum Ge Bp Iac, includunt etiam *καὶ μαρτυρόμενοι* versui 11.

Philem 11.12 *Ον ἀνέπεμψα·*

ver. 12, St $B^{57.65.82.88.98}$ A G^{mai} Sch Sz Tr WH; Ge Bp V D Iac.

ver. 11, $B^{min\ 65.67.80.90}$ HS We Elz Cur F M Mas Be W Mt K Tn L H Th Bl Al Wd T; Lu.

— —23.24 *Μάρκος,*

ver. 24, St B A HS We (vide infra) M Be Mt^{1} G^{mai} K Sch Sz L H Th Al Tr T WH; Ge Bp Lu V D Iac.

ver. 23, Elz Cur F Mas Bl Wd. — Elz^{24} W G^{min} Mt^{2} Tn Scr incertae sunt.

We facit ex verss. 18.19 unum solum, unde We verss. 19—22 = St verss. 20—23. We coniungit etiam versus 24.25 sub numero 23.

Heb **1**,1.2 *Επ' ἐσχάτων* [l. v. *ἐσχάτου*] *τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ,*

ver. 2, St B^{57} A G^{mai} Sch Sz Tr Scr WH; Ge Bp Lu V D Iac.

ver. 1, B^{65} HS We Elz Cur F M Mas Be Mt G^{min} K Sch Tn L H Th Bl Al Wd T.

— **3**,9.10 *Τεσσαράκοντα ἔτη*

ver. 10, St A Tr WH; V.

ver. 9, ceterae.

— **7**,20.21 *οἱ μὲν γὰρ χωρὶς ὁρκωμοσίας εἰσὶν ἱερεῖς γεγονότες·*

ver. 20, St B^{57} A We M Mt^{1} G^{mai} Sch Sz L H^{61} Al Tr T WH; Ge Bp Lu V D.

ver. 21, B^{65} HS Elz Cur F Mas Be W Mt^{2} G^{min} K Tn H^{41} Th Bl Wd Scr; Iac.

— **10**,22.23 *καὶ λελουμένοι* [l. v. *λελουσμένοι*] *τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ,*

ver. 22, St B^{57} A We G^{mai} Sch Tn Sz H Al Tr Scr; Ge Bp Lu V D Iac.

ver. 23, B^{65} HS Elz Cur F M Mas Be W Mt G^{min} K L Th Bl Wd T.

— **12**,22.25 *παρηγύρει*

ver. 22, St B^{57} A We Tr WH; Ge Bp Lu V.

ver. 23, B^{65} HS Elz T ceterae. Sed Be G K L H^{41} Th Bl Al T comma post verbum *ἀγγέλων* omittunt, verbo *ἀγγέλων* cum *πανηγύρει* iuncto.

Al includit *καὶ μυριάσιν, ἀγγέλων πανηγύρει* versui 23.

1 Pet **2**,7.8 *Καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου·*

ver. 8, St B^{57} A G^{mai} Sch Tn Sz H Tr Scr WH; Ge Bp Lu V Iac.

ver. 7, B^{65} HS We Elz Cur F M Mas Be W Mt K L Th Bl Al Wd T; D.

1 Pet **3**,15.16 *Μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου,*

ver. 16, St B^{57} A Tr WH; Ge Bp Lu V.

ver. 15, ceterae. B^{1598} includit etiam versui 15 *συνείδησιν ἔχοντες ἀγαθήν.*

1 Io **2**,13.14 *Γράφω* (l. v. *ἔγραψα*) *ὑμῖν, παιδία, ὅτι ἐγνώκατε τὸν πατέρα.*

ver. 14, St $B^{57.65.82.88.98}$ A We Tr WH; Ge Bp V D.

ver. 13, $B^{min\ 65.67.80.90}$ HS Elz T ceterae.

Apoc **2**,27.28 *Ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ πατρός μου·*

ver. 28, St B^{57} A G^{mai} Sch Sz Tr WH; Ge Bp Lu V.

ver. 27, B^{65} HS We Elz G^{min} T ceterae.

— **17**,9.10 *καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσιν.*

ver. 9, St B^{57} A Sch Tr WH; Ge Bp Lu V D.

ver. 10, ceterae.

— **18**,16.17 *Ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος·*

ver. 17, St B^{57} A We G^{mai} Sch Sz Tr WH; Ge Bp Lu V Iac.

ver. 16, B^{65} HS Elz G^{min} T ceterae.

Sunt hi, nisi fallor, loci omnes quibus Elz 1633 et T ed. 8 inter se differunt in versuum distinctione a St 1551. Loci alii sunt quibus sive editiones nonnullae N. T. Graece (ut verbi causa editio Millii), sive nonnullae ex translationibus saeculi fere decimi sexti (Ge Bp Lu Iac), sive Vulgatae editio Clementina ab his tribus discrepant.

In exemplis hoc loco subiunctis, significant numeri crassi versum ad quem transferunt editiones vel translationes verba vel phrases de versu in quo apud St Elz T sunt.

Matt 10,2.**3** *Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ* M V; — 20,**4**.5 *Οἱ δὲ ἀπῆλθον.* Scr, Ge Bp Iac; — 22,**41**.42 *λέγων,* M G^{mai}. Marc 9,1—50 = 8,39.9,1—49 Lu V; — 12,14.**15** *δῶμεν ἢ μὴ δῶμεν;* Ge Bp Iac. Luc 1,73.**74** *τοῦ δοῦναι ἡμῖν* Ge Iac; — 9,42 = 42.**43** (Et increpavit) V, et 43.44 = 44 V; — 16,**22**.23 *ἐν τῷ ᾅδῃ* (om. *καὶ*) V (et sepultus est in inferno); — 17,35.36 = 35 V, 37 = 36.37 V. Ioh 4,**13**.14 *ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ* [l. v. *-σει*] *εἰς τὸν αἰῶνα·* V; — 6,51 = 51.**52** (si quis etc.) V et 52—71 = 53—72 V; — 11,34.**35** *Λέγουσιν αὐτῷ· Κύριε, ἔρχου καὶ ἴδε.* M Mt^1; — 56.57 = 56 V; — 13,**30**.31 *ἦν δὲ νὺξ ὅτε ἐξῆλθε.* We M Be Mt Th Scr.

Act 7,55.56 = 55 V edd. Van Ess, T, sed non ita edd. Rom. 1592, 1861 (Vercellone); 57—60 = 56—59 V edd. Van Ess, T, sed non edd. Rom. 1592, 1861; — 7,**60**.8,1 *Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ.* V; — 8,7 = 7.8 (multi autem) V edd. Van Ess, T, et 8.9 = 9 edd. Van Ess, T, sed non ita edd. Rom. 1592, 1861; — 8,**19**.20 *Πέτρος δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν,* V; — 9,28.**29** *Καὶ* [l. v. om. *καὶ*] *παῤῥησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ* [l. v. om. *Ἰησοῦ*] B HS Be Scr, Ge Bp Iac; — 13,**30**.31 V (qui visus est per dies multos his); — 14,6.7 = 6 V, et 8—28 = 7—27 V; — 16,37.**38** V (et ipsi nos eiiciant); — 24,12.**13** *οὔτε κατὰ τὴν πόλιν* V.

Rom 1,**9**.10 *πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου* Iac; — 3,**25**.26 *ἐν τοῦ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ,* Lu Iac. 2 Co 13,12 = 12.**13** (*ἀσπάζονται κ. τ. λ.*) Bp Iac, et 13 = 14 Bp Iac. Phil 4,21.**22** *Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί.* St[55] V. 1 Thess 4,11.12 = 11 V edd. Van Ess, T, et 13—18 = 12—17 V edd. Van Ess, T, sed non ita edd. Rom. 1592, 1861. 2 Thess 2,10.11 = 10 V edd. Van Ess, T, et 12—17 = 11—16 V edd. Van Ess, T, sed non edd. Rom. 1592, 1861. 1 Tim 6,21 = 21.**22** (*Ἡ χάρις κ. τ. λ.*) G[mai] Sch Sz H Al Tr T[49.59] et N. T. triglott. 1854. B[57.65.82.88.98] numerat subscriptionem ad 1 Ti signo 6,22. 3 Ioh 14.15 = 14 Ge Bp V Iac. Apoc 12,18.13,1 = 13,1 Lu Iac.

Apud Lutherum incipit *Mc* 9 ab 9,2; *1 Co* 11 ab 11,2; *2 Co* 2 ab 1,23 (ita Ge[1557]); *2 Co* 11 ab 10,17; *Gal* 6 ab 5,25; *Col* 4 ab 4,2; *Heb* 5 ab 4,14; *Apoc* 11 ab 11,3; 12 ab 11,15; 13 ab 12,18 (ita Iac).

Catalogum hunc imperfectum esse scio, sed huius loci non est de hac re uberius exponere.

Explicit v. cl. Abboti excursus de versibus.

VI.

DE TEXTUS HISTORIA.

paginae

1. De recensionibus antiquis . . . . . 185—202
2. De editionibus . . . . . 202—334
   (1.) 1514—1675: Complut. Erasm. Steph. Bez. Elz. textus receptus, Biblia polyglotta, Fell . . . 205—224
   (2.) 1707—1830: Mill. Bentl. Beng. Wetst. Alter. Griesb. Matth. Birch. Scholz . . . . . 224—257
   (3.) 1831—1881: Lachmann. Tregelles. Westcott.-Hort. . . . 258—279
   (4.) 1841—1872: Tischendorf . . 279—287
   (5.) Conlatio Tisch. Treg. Westc.-Hort. 287—334

VI.

DE TEXTUS HISTORIA.[1]

1.

DE RECENSIONIBUS ANTIQUIS.

Litteras apostolorum autographas originales in charta papyracea exaratas (2Io12) veri simile est iam saeculo secundo perisse neque dolebat ecclesia memoriarum vivarum plena, quod has amiserat.[2] Libris saepe exscriptis inrepserunt saeculo ut videtur secundo errores multi, causis

[1] Hug, *Einleitung in die Schriften des N. T.*, ed. 3, Stuttgardiae et Tubingae a. 1826, vol. 1, p. 140—244 [ed. 4, a. 1847, p. 120—210]; Westcott, *Wm. Smith's dictionary of the Bible*, Londinii vol. 2 (a. 1863), p. 505—534, ed. American. Novi Eboraci, vol. 3 (a. 1876), p. 2112—2143 sub voce *New Testament*; Tregelles, *T. H. Horne's Introduction to . . . the Holy Scriptures*, ed. 11, vol. 4, Londinii a. 1863, p. 24—147; Reuss, *Gesch. der heil. Schr. N. T.* ed. 5, Brunsvigae a. 1874, pars 2, p. 87—165; Scrivener, *A plain introduction* etc. ed. 2, Cantabrigiae a. 1874, p. 445—484; et in primis Westcott et Hort, *The N. T. in the original Greek* [vol. 2], *Introduction: appendix*, Cantabr. et Londinii a. 1881.

[2] Fabulae de autographis litteris inventis, saeculo quarto vel quinto ortae sunt, saeculo decimo octavo non defuerunt. De Matthaei autographo in sepulcro Barnabae invento, cf Crednerum, *Einl. in d. N. T.* § 39, Halae a. 1836, p. 73.74; Asseman. *Bibl. orient.* vol. 2, p. 81; — de Marci autographo, re vera Vulgatae versionis Latinae codice saeculi sexti, vide Dobrowskium, *Fragm. Pragense evang. S. Marci*, Pragae a. 1778; — de Iohannis autographo cf Petr. Alexandrin. Migne, *Patrol. Gr.* vol. 18, coll. 517[d]

supra p. 47—68 adlatis, et patres non semel vituperaverunt haereticos, ut qui scripturas sacras falsarent, etsi nonnullis locis ipsi patres lectiones certe falsas defendebant. Currentibus saeculis crevit numerus locorum discrepantium, et, arte critica incipiente, adseveravit Millius (a. 1707) esse lectiones varias triginta milia, quo dicto multi, in primis in Anglia, territi, metuentes de verbi divini honore, viros rei criticae studiosos reprehenderunt, ut qui veritatis fundamentum evellere vellent.

Quaeritur, an lectiones hae variae tam innumerabiles in familias certas facile cognoscendas dispertiri possint, ut primo aspectu sciamus, an variatio huius vel illius temporis vel loci sit, et eam probemus vel reiciamus. Codices Graeci, quod nemo nescit, ea ratione inter se discrepant, ut textus propria in codicibus ℵB differant ab iis quae eius propria sunt in codice D, iterumque ab iis quae eius propria sunt in codicibus EFGHSU. In quantum significant variationes hae familias sive recensiones? Quousque sequi possumus nonnullorum codicum inter se coniunctiones?

Bengel.

Bengelius[1] primus quaestionem hanc tractavit a. 1734, ita scribens (p. 387): „Posset variarum lectionum ortus, per singulos codices, per paria codicum, per syzygias minores maioresque, per familias, tribus, nationesque illorum, investigari et repraesentari: et inde propinquitates discessionesque codicum ad schematismos quosdam reduci, et schematismorum aliquae concordantiae fieri; atque ita res tota per tabulam quandam quasi genealogicam oculis subiici, ad quam tabulam quaelibet varietas

et 520[b]. Constantinus Simonides, homo satis cognitus, edidit librum, *Fac-similes of certain portions of the gospel of St. Matthew and of the epistles of St. James und Jude written on papyrus in the first century and preserved in the Egyptian museum of Joseph Mayer, Liverpool*, Londinii a. 1861, fol. p. 79 cum 14 tabulis. Non est quod dicam, fragmenta haec esse ficta.

[1] Bengel, *N. T. Gr.* Tubingae a. 1734, p. 385—433.

insignior cum agmine suorum codicum, ad convincendos etiam tardissimos dubitatores, exigeretur. Magnam coniectanea nostra silvam habent: sed manum de tabula, ne risuum periculo exponatur veritas.“ Distinxit primum et in primis inter codicem Alexandrinum cum similibus et codices Latinae versionis vel codices Graeco-Latinos et codices ad Latinos refictos, tum his antiquis opposuit codices Graecos „communiores“, minus antiquos, frequentiores. Tamen hi inferiores vix ei familiam sensu latiore facere videbantur, nam iam illo tempore dividit Bengelius lectiones omnes. in duas partes (p. 429) „Semper aut duplex est varietas lectionis, aut, ubi multiplex, ad duplicitatem mox reducitur“; quod reiteravit anno 1737: „Totum genus documentorum, ex quibus variae lectiones colliguntur et deciduntur, in duas quasi nationes distrahitur, *Asiaticam* et *Africanam*“;[1] illa significavit codices et alios testes minoris aestimandos, haec codicem Alexandrinum, versiones Aethiopicam, Copticam [Memphiticam], Latinas, et versioni Latinae subordinatos codices Graeco-Latinos et Latinizantes.

Semler.

Semlerus[2] Bengelium valde reprehendit quod „perpetuum comitem“ haberet „huius discussionis, codicem Alexandrinum atque Vulgatae Latinae,“ quod sit A impurus et contaminatus, itemque Vulgata, et defendit acriter codices Graeco-Latinos aliosque ut ex Latinis non falsos. Tractavit codices omnes quam accuratissime et anno 1765, primus ut videtur verbum *recensionis* adhibens, posuit[3] ut Bengelius recensiones duas: *a.* Orientalem sive Luciani, et *b.* Occidentalem, Aegypto-Palaestinensem, Origenianam,

[1] Bengel, *App. crit.* ed. 2, a. 1763, p. 669, ex *Defensione N. T. Gr.* Lugduni Batav. a. 1737.

[2] Semler, *Wetstenii libelli ad crisin atque interpr. N. T.* Halae a. 1766, p. 181; vide de codd. Gr.-Lat. p. 178.

[3] Semler, *Hermeneutische Vorbereitung*, iii, 1, Halae a. 1765, in praefatione fol. 5 verso.

quae cum Itala exacte convenit, et cum Coptica [Memphitica] et Armenica versionibus. Vulgata versio videbatur Semlero ex textu minus antiquo manasse. Anno 1767 tres fecit[1] divisiones sive recensiones: *a.* Alexandrinam, quam adhibuerunt scriptores Aegyptiaci, Origenis discipuli, versiones Syriaca, Coptica [Memphitica], Aethiopica; *b.* Orientalem, quae Antiochiae et Constantinopoli adhibita est; *c.* Occidentalem. In codicibus posterioribus recensiones omnes mixtas esse putavit. Semlerus id unum agebat, ut viris Novi Testamenti studiosis monstraret, codices, sicut sententias, non numerandos sed ponderandos esse.[2] Bene scripsit Griesbachius de Semlero: „Longe quam alii luculentius recensionum discrimina demonstravit, vanas plerorumque de codicibus Graecolatinis et aliis rebus ad crisin sacram pertinentibus persuasiones impugnavit, versionis Latinae vetustioris indolem curiose pervestigavit, aliaque innumera fere incredibili diligentia coacervavit, quae ad illustrandam textus Graeci historiam apprime faciunt."[3]

Griesbach. Griesbachius Semleri discipulus quaestionem primum adiit anno 1771 in „Dissertatione critica de codicibus quattuor evangeliorum Origenianis" recensionesque sacri textus agnovit „non nisi

[1] Semler, *Apparatus ad liberalem N. T. interpretationem*, Halae a. 1767, p. 45.46.

[2] Digna sunt Semleri verba commemoratione, *Herm. Vorber.* iii, 1, Halae a. 1765, p. 395.396: „Es sind folglich auch die bisherigen Regeln, wonach Whitby, von Mastricht, Bengel, und Wetstein selbst, Lesearten haben entscheiden wollen, noch lange nicht von einer allgemeinen Richtigkeit und Zuverlässigkeit; vielmehr glaube ich, dass nach und nach ganz andere Regeln gelten werden, wenn man erst den Unterschied der griechischen codicum besser wird eingesehen haben, als zeither, da man meist nach dem äusserlichen Alter und nach der Vielheit der codicum Graecorum zu handeln pflegte; welches beyde ich, hoffentlich in dieser Abhandlung, hinlänglich widerlegt habe."

[3] Griesbach, *Curae in hist. text. Gr. epp. Paul.* I, § 9, Ienae, a. 1777, p. 16.

paucas (sunt forte tres aut quattuor), quae omnes N. T. codices in totidem classes seiungunt."[1] In volumine secundo, quod sane primum prodiit, Novi Testamenti Graece, anno 1775, nominavit familias sive recensiones in epistulis Pauli duas: *a.* Alexandrinam = AC copt [memph] arm aeth Or ClemAl CyrAl IoDam, et *b.* Occidentalem = DEFG lat.[2] In volumine primo, quod anno 1777 publici iuris factum est, attributae sunt codicibus evangeliorum[3] recensiones tres hae:

a. Alexandrina = CLK 1 13 33 69 106 118, Evrm 18 19 copt [memph] aeth arm syr^{poster} ClemAl Or Eus CyrAl Isid Pel,

b. Occidentalis = D (1 13 69 partim) latt praesertim Itala saepe syr et arr,

c. Constantinopolitana, recentior, ex aliis compilata = A (non tanti faciendus quanti Bengelius et alii eum fecerunt).

In primis tamen Griesbachio curae fuerunt Alexandrina et Occidentalis, de quibus scripsit: (p. xiv) „Inter omnes recensiones evangeliorum . . . numero forte satis multas duae omnium vetustissimae sedulo sunt attendendae atque a se invicem discernendae." Haec reiteravit et firmavit[4] anno 1796, et recensioni Constantinopolitano praeter codicem A coniunxit codices EFGHS. Anno 1811 contendit[5] Griesbachius Origenem ad Matthaeum codice Marci Occidentali, ad Iohannem codice Marci Alexandrino usum esse. Aeque cum magistro suo Semlero defendit Griesbachius

[1] Griesbach, *Opuscc. acadd.* ed. Gabler, Ienae a. 1824, vol. 1, p. 239.

[2] Vide etiam de epp. Paul. Griesbach, *Symb. crit.* vol. 1 (a. 1785), p. cxxxvii, vol. 2 (a. 1793), p. 87—148. 621—640.

[3] Vide etiam Griesb. *Curae in hist. text. Gr. epp. Paul.* III, § 10, Ienae a. 1777, p. 97.98: „saeculo tertio ineunte diversae iam exstabant recensiones, non evangeliorum tantum sed epistularum etiam;" sequuntur Alex Occid Const (est Const „propinquior quidem Alexandrinae quam Occidentali").

[4] Griesbach, *N. T. Gr.* vol. 1, a. 1796, p. lxxiv—lxxxi.

[5] Griesbach, *Comment. crit. in text. Gr. N. T.* partic. 2, Ienae a. 1811, p. vii—lxviii, „Meletemata de vetustis textus N. T. recensionibus."

codices iniuria Latinizantes dictos et contendit testes ponderandos non numerandos esse.

Matthaeius, rerum philologicarum peritissimus, codicum quos adire potuit conlator diligentissimus, sed in historia textus Novi Testamenti minus versatus, derisit[1] non solum coniecturas trium eorum qui de recensionibus tum tractaverant, sed etiam viros ipsos doctissimos, et praesertim Griesbachium scriptorem humanissimum. Viri rudis et causae dubiae est personas cum rebus confundere, sed non iniuria commonefacti sumus Matthaeium apud exteros degentem diu caruisse et scientia et humanitate Saxonica. Compluria iure perstrinxit, haec tamen bene monita perdidit petulantia atque acerbitas illa. Plus quam iustum fuit, voluit Matthaeius textum ex codicibus minus antiquis haurire.

Anno 1814 impugnavit Ricardus Laurentius,[2] posthac archiepiscopus Cassellanus, recensiones Griesbachianas, et nonnulla recte reprehendit, exempli gratia ubi monstravit familias Griesbachii non bene dignosci posse in codicibus quos habemus; attamen non satis accurate distinxit inter variationes leves et lectiones valde singulares et rem totam tam strictim et tam inepte tractavit, ut laude qua in Anglia affectus est nequaquam dignus esset.

Andrews Nortonus,[3] Americanus doctissimus, annis 1824.

[1] Matthaei, *Ueber die sogenannten Recensionen welche Herr Abt Bengel, der Herr Doctor Semler und der Herr Geheime Kirchenrath Griesbach in dem griechischen Texte des N. T. wollen entdeckt haben*, Ronneburgi et Lips. a. 1804; de Matthaeio cf infra, p. 249—251.

[2] Laurence, *Remarks on the systematical classification of manuscripts adopted by Griesbach in his edition of the Greek Testament*, Oxonii a. 1814. Cf Tregelles, *ut supra*, p. 88—92. De Nolano vide ibidem, p. 92—94.

[3] Norton, *Evidences of the genuineness of the gospels*, vol. 1 (Bostoniae a. 1837; ed. 2, Cantabrigiae [Mass.], a. 1846), Append. p. iv—xxxiv; cf recensionem libri Scholzii, *Biblisch-kritische Reise*, in actis *Christian Examiner*, Bostoniae mense maio a. 1824, vol. 1, p. 201—221.

1837 tractavit sollertius recensiones Griesbachii et Hugii (vide infra), et[1] interpretationem novam dedit verborum in Hieronymi epistula ad Damasum, quae de codicibus Luciani et Hesychii referunt.

Hugius (natus a. 1765 mortuus a. 1846), vir Catholicus doctissimus, quod ad rem attinet non multum dissensit a Griesbachio, qui eum quasi socium salutavit.[2] Bene appellavit Hugius[3] *κοινὴν ἔκδοσιν* familiam sive textus habitum Occidentalem a Griesbachio dictum, cui addidit recensiones tres Hesychianam Aegyptiacam, quae Griesbachio Alexandrina fuit, Lucianeam Asiaticam (vide Semlerum supra, p. 187) quae Griesbachio Constantinopolitana fuit, Origenianam. Nomen Origenianae recensionis Griesbachius prorsus reprehendit, neque ei videbatur textus ille ante saeculum quintum vel sextum ortus esse. Hugius, censuris Griesbachii amicissime acceptis,[4] iudicium alio saeculo ex novis studiis melius instructo misit. De Hugii schemate accuratius haec:[5]

a. *κοινὴ ἔκδοσις*: Evv D 1 13 69 124
Act DE
Paul DEFG
syr$^{philox\ marg}$ ital theb syr^{pesh} ClemAl Or

b. Aegyptiaca Hesychii: Evv BCL
Paul ABC 17 46
Act Cath ABC 36 40 73 105 (non cath)
Apoc AC 12 36 38
memph CyrAl Athan

[1] Norton, *Evidences* etc. vol. 1, p. xxvi sqq.

[2] Griesbach, *Comment. crit.* partic. 2, Ienae a. 1811, p. xxxxi—lxviii.

[3] Hug, *Einleitung in die Schriften des N. T.* ed. 1, a. 1808, ed. 3, Stuttgardiae et Tubingae a. 1826, vol. 1, p. 140—244.

[4] Hug, *Einleitung u. s. w.* vol. 1, p. 227.228.

[5] Comparavit etiam Hugius tabulas quae lectiones nonnullas Hesychianas, Lucianeas, Origenianas conlatas monstrant, *Einleitung u. s. w.* vol. 1, p. 211 seq. 214 seq. 217 seqq. 221.225 seq.

c. Asiatica Luciani sive Antiochensis et Constantinopolitana: Evv EFGHSV Evrm 47 50 minuscc pler

Act 13 63 67 78 99 100 101 104 106
Paul K 49 57 68 70 89 91 114 115 116 120 121 123
Apoc 29 32 33 40 41 42 47 48 49 50 (B^{apoc} 9 14 praebent recensionem singularem, modo Hesychianas modo Lucianeas modo neutrius harum recensionum lectiones exhibentem).

goth slav Theophyl

d. Origeniana: Evv AKM 42 106 114 116 253.

syr^{philox}

In aliis Novi Testamenti libris non potuit Hugius reperire recensionis Origenianae vestigia.

Eichhornius[1] fere cum Hugio consentit sed recensionem Origenianam respuit. Inde a lectionibus Ponticis variantibus in epistulis Pauli ante saeculi primi finem profectus (p. 217), statuit iam saeculo secundo textum duplicem Asiaticum et Africanum sive Aegyptiacum exstitisse (p. 235), qui sine regula nihil nisi *κοινὴν ἔκδοσιν* praebuit; post saeculum tertium medium exortas esse recensiones tres, Alexandrinam ab Hesychio (p. 278), Antiochensem sive Asiatico-Byzantinam a Luciano factam (p. 292), Mixtam (p. 304).[2]

Scholzius, itineribus praeclarior quam doctrina, codicum conlator neglegentissimus, posuit iam anno 1820[3] familias quinque Alexandrinam et Occidentalem, Asiaticam et Byzantinam, Cyprianam (codicem K), sed anno 1823,[4] quod in divisione illa praefiguravit, contendit classes

[1] Eichhorn, *Einleitung in das N. T.* Lipsiae vol. 4 (1827), p. 217—332.

[2] Cf tabulam lectionum apud Eichhornium, p. 321—326.

[3] Ioh. Mart. Aug. Scholz, *Curae criticae in historiam textus evangeliorum*, Heidelbergae a. 1820.

[4] Scholz, *Biblisch-kritische Reise*, Lipsiae et Soraviae a. 1823, p. 163—187.

codicum duas magnas esse, Constantinopolitanam et Alexandrinam (p. 164), et Constantinopolitanam textum originalem et purum exhibere (p. 171 seq.); haec firmavit in *N. T. Gr.* suo anni 1830, his verbis duplicem classem distinguens (vol. 1, p. xv): „alteram, quae cum textu, quem dicunt, recepto plerumque consentit, alteram, quae ab eodem in quovis fere versu, quod attinet verba et integras constructiones, abhorret." . . . „Facilis est utriusque classis distinctio." . . . „Classi priori adiudicantur codices tantum non omnes, qui his ultimis octo saeculis exarati sunt." . . . „Secundae classi annumerantur codices plerique qui adhuc supersunt, literis uncialibus scripti et pauci recentiores." Haec omnia Scholzii tractavit Tischendorfius iuvenis anno 1840 (vide supra, p. 7), potius argumenta quam familias impugnans, et Scholzius posthac[1] adseveravit lectiones plerasque Alexandrinas, quas ad marginem antea adscripsit, in textum recipiendas fuisse.[2]

Lachmannus non disseruit de recensionibus, sed, codicibus aetate minoribus reiectis, hausit textum suum ex codicibus iis antiquis qui classes fere Alexandrinam et Occidentalem Griesbachii composuerunt. Codicibus $D^{evv\,act}$ D^{paul} G^{paul} et versioni vet. Lat. auctoritatem auctoritati codicum Graecorum optimorum paene aequalem tribuit.

Tischendorf.

Tischendorfius, schematis Bengelii, Griesbachii, Hugii, Eichhornii, perlustratis, ea ita comparata esse dixit, „ut textus historiam ex ingenio potius quam ex documentis historicis conficere" viderentur. Perrexitque, de recensionibus quae sequuntur scribens: „Licet enim dubium non sit, testantur enim

[1] Scholz, *Comm. de virt. et vit. utr. codd. N. T. fam.* Romae a. 1845.

[2] Hoc loco commemoretur Guil. Frid. Rinckii *Lucubratio critica in acta app., epp. cath. et Paul.* Basileae a. 1830, in qua is familias in act. et epp. *a.* Occidentalem = (Afric.)ABC (Latin.) DEFG, *b.* Orientalem = „fere omnes minutis literis descriptos" constituit, et voluit codices Africanae familiae „interdum ad translationem Latinam accommodatos" esse.

Hieronymus[1] et Gelasii quod dicitur celebre decretum,[2] Lucianum et Hesychium ut in Veteris ita in Novi Testamenti textu recensendo quod dicunt elaborasse, tamen nec quibus illi modis in ea re usi sint nec quam vim habuerint in textu ubique terrarum pervagato aut a veteribus traditum est aut aliunde luculenter probare possumus; Origenis vero recensio non debetur nisi ingenio Hugii.[3] A ratione vero ipsorum documentorum omnium quae ad nos pervenere si proficiscimur, dubium neque illud est quasdam horum testium classes distinguendas esse, in evangeliis quidem maxime, multo minus in apocalypsi quam in reliquis libris, magis etiam in epistulis Paulinis et in actibus quam in catholicis epistulis, conspiciendas illas quidem eo quod plures testes cum indole universa tum lectionibus

[1] In epistula ad Damasum haec de Novo Testamento scribit: „Hoc certe cum in nostro sermone discordat et in diversos rivulorum tramites ducit uno de fonte quaerendum. Praetermitto eos codices quos a Luciano et Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio, quibus utique nec in toto veteri instrumento“ (de qua re idem exponit *Adv. Ruf.* lib. 2, c. 27) „post LXX interpp. emendare quid licuit nec in novo profuit emendasse, cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse quae addita (?) sunt.“ Rursus *De vir. illustr.* c. 77 habet: „Lucianus tantum in scripturarum studio laboravit ut usque nunc quaedam exemplaria scripturarum Lucianea nuncupentur.“

[2] Cf *Decret.* pars I, dist. xv, § 27 (cap. vi, §§ 14.15 ap. Credner *Zur Gesch. des Kanons*, Halae a. 1847, p. 216.217) ubi est: „Evangelia quae falsavit Lucianus apocrypha; evangelia quae falsavit Hesychius apocrypha.“

[3] „Adamantii et Pierii exemplaria“, si aliud quid quam quae illi manu sua scripserant aut adhibuerant Hieronymo visa essent, debebat accuratius dicere, nec silentio praeterisset cum de Luciano et Hesychio disserebat. Nec vero magis ipse Origenes favet coniecturae Hugii. (*Comm. in Mt* 15,14; *Opp.* ed. Delarue vol. 3, p. 671.) Ubi quae vetus interpres addidit: „In exemplaribus autem Novi Testamenti hoc ipsum me posse facere sine periculo non putavi“, cum magna probabilitate dixit ille quidem, quamquam omnino de suo addidisse censendus est.

singulis plurimis prae reliquis omnibus consentiant. Quas si Alexandrinae et Latinae, Asiaticae et Byzantinae nominibus insignire placet, ut non tam quattuor singulas quam duo paria ponamus, multa possunt ex testibus peti et iam sunt petita, quae quam id recte fiat ostendant, etsi nec deerunt quibus inventae rationes impediantur. Debebimus autem, ut quod sentio breviter dicam, Alexandrinam dicere quae inter Iudaeochristianos orientis celebrabatur, quorum ut ipsorum apostolorum sermo Graecus maxime pendebat a versione LXX interpretum; Latinam quae a Latinis adhibebatur, sive Latina sive Graeca potissimum lingua utebantur; Asiaticam quae potissimum Graecis sive per Asiam sive in ipsa patria degebant probabatur; Byzantinam denique quae ab ecclesia per Byzantinum regnum diffusa legebatur sensimque, quo arctiore sensim singulae ecclesiae partes vinculo coniungebantur, ad publicam quandam unitatem perducebatur."

„Iam vero de origine harum classium difficillima quaestio est: neque enim satis est urgere diversitatem terrarum per quas textus propagabatur; haec enim diversitas nequaquam tanta aut tam integra cogitari potest; accedit quod diserte relatum legimus in ipsa antiquitate alterius terrae codices in alteram transvectos esse, quem ad modum Constantinus Eusebio Caesareensi, Constans Athanasio Alexandrino praeceperunt ut exemplaria eleganter et accurate descripta ad Byzantinos mitterent; nec denique patres, quorum patriam novimus, talem classium rationem confirmant. Propterea cum diversitate regionum coniuncta poni debebunt certa textum emendandi studia, etsi quorum fuerint nunquam satis definiri poterit; referenda autem erunt ad ipsa duo prima rei Christianae saecula, quorum ab ingenio minime illa abhorrere mihi quidem certum est. Maximi vero momenti illud est, Byzantinam quidem classem (minus enim recensionis nomen convenit) in recentiorum codicum Graecorum ingenti copia conspicuam esse, item

Latinam in Latinis atque per evangelia actus epistulas Paulinas etiam in Graecis Latinis documentis, quamquam et ipsam magna lectionis varietate laborantem; Alexandrinam vero et Asiaticam, si urgemus id quod a studio est neque universae rationis acquiescimus similitudine, unde in primis petas paucissima superesse documenta, unde inlibatam sumas nullum. Nec temere est quod cum Griesbachio dixerunt, in antiquissimis aliquot testibus nostris, ut in codice Alexandrino, alios libros ab aliis paulo diversam textus indolem referre: quippe enim diu antequam scriberentur, sive quintum et sextum sive quartum saeculum ponimus, diversa exemplaria circumferebantur, quae primis maxime saeculis constat non totum complexa esse Novum Testamentum sed singulos aliquos libros."

„Quae cum ita sint, sequitur exercentibus rem criticam summa opus esse cautione in adhibenda classium sive recensionum distinctione: quam ut summam normam aut fundamentum ponere et temerarium et frustra est; a qua quidem re haud aliena erat Lachmanni ratio, etsi is ab ipso vero textu proponendo abstinere se libere professus est. Si vero praecipitur in textu ad pristinam integritatem revocando, praesertim si de universo colore grammatico, ut ita dicam, quaeritur, primo loco testes habendos esse Alexandrinos, ultimo Byzantinos, id multo minus in recensionum rationibus positum est, quam in eo quod qui Alexandrinorum nomine audiunt, iidem fere testium omnium superstitum sunt antiquissimi; Byzantini vero locis dubiae lectionis per se reprobari non possunt nisi quibus clarum est eos ex antiquioribus mixtum prae se ferre textum, vel nullo certo magnae antiquitatis teste aucti exadversus antiquiores testes consentientes stant."

Sic Tischendorfius. Luce clarius est, ei denique pretium codicis alicuius, non ex classe quacunque fixa sed ex bonitate et antiquitate textus quem maxima ex

parte codex sequatur, constitutum esse. Codices unciales pro textus bonitate ita distinxit Tischendorfius:[1]

(A) *Textus forma vetustissima*, colore plerumque Alexandrino, sed cum variationibus multis.

(B) *Textus forma posterior*, colore plerumque Asiatico.

IN EVANGELIIS.

(A) Primi ordinis: ℵABCDII^{b}LPQRT$^{a\,b\,c}$XZΔ [praesertim in Mc] Θ$^{c\,g}$Ξ

Secundi ordinis: F^{a}NOW$^{a\,b\,c}$ [W$^{d\,e}$] YΘ$^{a\,b\,e\,f}$ [Σ]

(B) Primi ordinis, qui propius ab (A) absunt: EKMΓΛΠΘ^{h}

Secundi ordinis: FGHSUV

Cum, quod saepe accidit, codices EFGHKMSUV inter se consentiunt, in commentario Tischendorfiano signati sunt „unc^{9}".

IN ACTIBUS ET EPISTULIS CATHOLICIS.

(A) ℵABC DI EG, et P in Cath nisi in 1 Pe

(B) HKL [M], et P in Act et 1 Pe

IN EPISTULIS PAULI.

(A) ℵABCHIOQ [R] DFG M [O^{b}] P

(B) KLN

IN APOCALYPSI.

(A) ℵAC P B

Tregellesius, qui historiam disputationis de recensionibus antiquis fusius tractavit,[2] negavit familias exacte definitas distingui posse et fere haec statuit: classes textus duas generales bene Alexandrinam et Constantinopolitanam vocari, licet codices interdum nonnulli ut Occidentales ab Alexandrinis separari possint, ut ad epistulas Pauli Alex. = ABC, Occid. = DG; codices evangeliorum ita fortasse

Occid.	Alex.	Constant.
	BZ	
D	CL 1 33	
	PQTR . . .	A
	X(Δ) 69	KMH
		EFGSUVΓΛ

[1] Tischendorf, *Herzog's Real-Encyk. für prot. Theol. u. Kirche*, vol. 19 (a. 1865), p. 188; ed. 2, vol. 2 (a. 1878), p. 411 (curavit v. cl. Oscar de Gebhardt).

[2] Tregelles, ut supra ad p. 185.

coniungendos esse; codicem A in aliis Novi Testamenti divisionibus textum meliorem antiquiorem praebere quam in evangeliis.

V. cl. Reussius[1] eodem modo non vult familias exacte ac firme definiri, sed in genere pro usu critico tres illas nominat

	Alex.	Constant.	Occid.
Evv	BCL	EFGHSV	D
Act	E		
Paul	ABCH		DEFG
	Athan Cyr Al	minusc pler	saepe Cl Al Or
	memph aeth	goth slavon	peshito sahid
	arm syr^{philox}		

notat etiam fontes lectionum occidentalium intime coniunctos esse cum fontibus textus antiquioris orientalis, quod saepe consentiunt illi cum syr^{peshito}, sahid, Clem Al Or.

V. cl. Scrivenerus[2] dividit codices in familias sive recensiones tres, *a.* Occidentalem cum patribus Africanis (non Aegyptiacis) et Gallicis, *b.* Aegyptiacam, *c.* Syriacam sive Antiochensem, posteriore tempore Constantinopolitanam; praeterea cum aliis viris iisque doctis contendit divisiones has nihil nisi generales et, ut ita dicam, veritati propinquas esse.

Westcottius et Hortius.

Studiis tamen virorum clarissimorum Westcottii Hortiique superatae sunt curae omnium qui usque adhuc de textus familiis sive recensionibus tractaverunt. Inde ab anno 1853 omni diligentia illi viri testes et textum exploraverunt, denique opus triginta paene annorum ad finem perduxerunt.[3] Ea, quae editores docti fusius exponunt, brevi spatio exhiberi non

[1] Reuss, *Geschichte der heil. Schriften N. T.* ed. 5, Brunsvigae a. 1874, pars 2, p. 103.104.

[2] Scrivener, *A plain introduction* etc. ed. 2, Cantabrigiae a. 1874, p. 481.

[3] Westcott and Hort, *The New Testament in the original Greek*, Cantabr. et Londinii a. 1881 [vol. 2]; addo in textu paginarum et paragraphorum numeros.

possunt, fortasse tamen sufficient quae sequuntur eorum propositum extremis lineis adumbrare.

Lectiones varias plerasque ante saeculum quintum exstitisse, testes sunt patres Antiochenses Chrysostomus († a.407), et Theodorus (Ant.-Mopsuest.), et horum magister Diodorus (Ant.-Tarsensis). Codices Graeci inferioris ordinis praebent maiore ex parte textum Antiochensem sive Graeco-Syriacum saeculi quarti medii et extremi (p. 91.92; paragr. 130.131).

(1.) Lectiones Syriacas ex lectionibus Occidentalibus ut et ex aliis vetustioribus derivari demonstratur ex locis quibus lectiones mixtae occurrunt (p. 93—107; paragr. 132—151).

(2.) Lectiones Syriacas Occidentalibus et aliis vetustioribus et Alexandrinis posteriores esse apparet etiam ex scriptis patrum Ante-Nicaenorum; ante saeculum tertium medium vestigia textus Syriaci inveniri non possunt, lectiones tamen Occidentales et aliae passim inveniuntur (p. 107—115; paragr. 152—162).

(3.) Lectiones Syriacas Occidentalibus, Alexandrinis, aliis posteriores esse cognoscitur ex lectionum ipsarum Syriacarum indole (p. 115—119; paragr. 163—168).

Sequitur, ex iis quae iam dicta sunt, ut et lectiones plane Syriacae reiciendae, et lectiones in quibus textus Ante-Syriaci inter se consentiunt, quod scire possimus, originales vel apostolicae vel apostolicis proximae sint (de his et de iis quae sequuntur, vide p. 119—135; paragr. 169—187).

Quomodo autem lites dirimendae lectionum Ante-Syriacarum quae saepe inter se discrepant?

a. Textus Occidentalis[1] temporibus Ante-Nicaenis latissime diffusus videtur esse, attamen facile cognoscere possumus impuritatem eius, circumlocutiones, praetermissiones, additiones (cf Mt20,28), mutationes, locorum parallelorum,

[1] Textus Occidentalis videtur fortasse in Syria vel in Asia Minore ortus esse et inde Romam atque in Africam migrasse, nec non per Palaestinam et Aegyptum in Aethiopiam (p. 108; paragr. 153).

ut ita dicam, adsimulationes. Verisimile est lectiones has Occidentales ante finem saeculi secundi exstitisse.

b. Textus utroque multo purior his saeculis in diversis regionibus exstabat, quem cave ne propter testimonia Alexandrina ipsum Alexandrinum dixeris.

c. Textus Alexandrinus proprie dictus videtur e manu docta et callida processisse iam saeculo tertio ineunte vel etiam antea.

d. Ex his tribus textibus denique consarcinatus est textus Syriacus.

Subiit recensio Syriaca formam duplicem, primum ut videtur ante annum 250 Antiochiae nata, deinde ante annum fortasse 350 curis secundis retractata. An Lucianus textum recensuerit, non liquet. Saeculo quarto mixta sunt omnia, et posthac duce Constantinopoli Antiochiae filia, praevaluit textus Syriacus inde a saeculo quarto extremo (p. 135—146; paragr. 188—198).

Textus testes hoc fere modo distinguunt viri cll. Westcottius Hortiusque:

Testes melioris notae omnes, quattuor fere exceptis (B, D utroque, G^{paul}), textus e tribus *a b c* designatis compositos sive mixtos habent: quota vero pars de quoque fonte manaverit magna diversitate inter codices variatur. Quinetiam lectionibus Syriacis plus minus scatent codices Graeci quos habemus omnes, si quattuor supra memoratos et quintum ℵ excipias: parem vero tandem sibi vindicant saeculi secundi et tertii versiones et patres.

α. Ante-Syriacus nullius familiae: B in Evv Act Cath (in Paul habet hic illic lectt. Occid.) — ℵ magnam partem (sed insunt plurima Occid, maxime in Io, et plurima Alex); pauciora sed magni pretii servaverunt in Evv LTΞ, item Δ (in Mc) CZRQP. In ceteris libris multa servaverunt C, item A (in Evv praecipue Syr habet); in Act plurima 61; in Paul haud pauca MH. De codicibus quibus tenuiores reliquiae debentur non est quod dicamus.

β. Occidentalis: $D^{evv\ act}$ D^{paul} G^{paul} hi soli sinceri; magna lectt Occid copia est in codicibus multis, e. g.

Evv ℵΧΓ 565 1.118.131.209 13.69.124.346 22.28.157
Act ℵΕ 31 224 61 137 180

Paul ℵ [B vide supra] 31 37 46 80 137 221

In versionibus Latina et Syriaca veteribus locupletius representatur textus Occidentalis, in ceteris parcius.

γ. Alexandrinus: nullus paene sincerus testis iamnunc exstat; reliquias vero multas suppeditant codices haud ita pauci melioris notae praesertim in Act Cath. Quorum e numero sunt:

Evv ℵCLX 33, item Δ (in Mc), item RZΞ 157

Act ℵACE 13 61

Cath ℵACP 13 27 29 36 40 68 69

Paul ℵACP 5 6 17 22 39

His consociandae versiones Aegyptiacae, praecipue vero Memphitica, in quibus etsi integrum textum Alexandrinum frustra quaesiveris, multa insunt ex hoc fonte derivata; neque vero desunt serioribus versionibus eiusdem textus reliquiae.

δ. Syriacus: paene sinceri testes, ut codices minusculi plerique ita, unciales seriores

Evv EFGHSUVΠ (ACNXKMΓΔ antiquiora parcius Syriacis miscent)

Act HLP Cath Paul KL, magna ex parte P

In versionibus Syriacis vetere et Heracleensi textus Syriacus praecipue locum habet, omnes autem versiones a quarto inde saeculo plus minus occupavit, in quibus eminent Latina Ante-Hieronymiana serior sive Itala proprie dicta et Gothica.

De textibus antiquioribus apocalypsis accurate definiendis nondum satis liquet.

Tabulam familiarum sive recensionum propositarum addo. Ne tamen oblitus sit lector, iisdem nominibus non eosdem apud omnes significari codicum et versionum greges.

Bengel:	Africana		Asiatica
Semler 1765:		Occidentalis	Orientalis
1767:	Alexandrina	Occidentalis	Orientalis
Griesbach:	Alexandrina	Occidentalis	(Constantinop.)
Hug:	Aegyptiaca-Hesychiana	*κοινὴ ἔκδοσις*	Asiat.-Luc.Origen.
Eichhorn:	Alexand.-Hesychiana	(*κοινὴ ἔκδοσις*)	Asiatica-Lucianea
Scholz:	Alexandrina		Constantinop.
Tischendorf:	Alexandrina	Latina	Asiat. et Byzantina
Tregelles:	Alexandrina	Occidentalis	(Constantinop.)
Reuss:	Alexandrina	Occidentalis	Constantinop.
Scrivener:	Aegyptiaca	Occidentalis	Syriaca(Constant.)
Westcott Hort:	(Ante-Syr. / null. fam.) Alexandrina	Occidentalis	Syriaca bis edita

Iam paene consenserunt viri huius rei peritissimi, tres vel potius quattuor fontes, bis binos, agnoscendos esse Alexandrinum scilicet et Occidentalem, Antiochensem et Constantinopolitanum, e quibus codices nostri quodammodo originem trahant. Nunc autem ex vv. cll. Westcottio Hortioque discimus, non solum fontes hos re vera exstitisse, sed etiam sub Alexandrini nominis ambiguitate latere quintum, Ante-Syriacum et ipsum qui cum et Alexandrini et Occidentalis erroris expers sit, eximiam quandam integritatem sibi vindicet.

2.

DE EDITIONIBUS.[1]

Saeculo quinto decimo medio, arte typographica inventa, Oriente emoriente, renascente Occidente, facile putares ecclesiam catholicam mox scripturas sacras Novi Testamenti lingua originali imprimendas curaturam fuisse. At viris ecclesiae doctis videbatur Novum Testamentum Latine textui Graeco praeferendum esse, neque iis, qui Graeci Constantinopolim deserentes doctrinam linguae Graecae fere novam in Europam occidentalem perduxerunt, vacavit tempus a profanorum scriptorum studio ut litteras sacras tractarent, etsi hic illic calami peritissimi codices Graecos in gratiam doctorum atque divitum exscripserunt.

Primum edita sunt Biblia Latine et editio prima ea videtur fuisse quae prodiit apud Gutenbergium, Fustium,

[1] Conferendi sunt Mill, *N. T. Gr. prolegg.*; Le Long, *Bibliotheca sacra*, ed. A. G. Masch, pars 1, cap. 2 et 3, Halae a. 1778, p. 189—424; Iac. Isaac. Doedes, *Verhandeling over de tekstkritiek des Nieuwen Verbonds*, Harlemi a. 1844, p. 74—240; Reuss, *Bibliotheca N. T. Graeci*, Brunsvigae a. 1872; *Geschichte der heiligen Schriften N. T.* ed. 5, Brunsvigae a. 1874, pars 2, p. 126—165; Tregelles, *Horne's Introduction*, ed. 11, Londinii a. 1863, vol. 4, p. 116—147, et *Account of the printed text of the N. T.* Londinii a. 1854; Scrivener, *Plain introduction to the criticism of the N. T.* ed. 2, Cantabrigiae a. 1874, p. 374—432.

Schofferum sine loco et anno Moguntiaci anno circiter 1455, quam secuta est editio Bambergae anno 1460 apud Pfisterum; cum anni nota princeps est editio typis expressa apud Fustium et Schofferum, Moguntiaci anno 1462; ante annum 1500 prodierant paene centum Bibliorum Vulgatae versionis Latinorum editiones.

Videntur etiam Germanica[1] Argentorati anno circiter 1466 (aliis Moguntiaci anno 1462), Italica[2] Venetiis anno 1471, (Psalterium Hebraice[3] in Italia, anno 1477), Hispanica[4] Valentiae anno 1478, Gallica[5] Lugduni anno circiter 1478, Hollandica Ceuleniae (non Goudae), inter annos 1477 et 1488,[6] (Vetus Testamentum[7] sine psalmis Delfii a. 1477, Pentateuchus Hebraice[8] Bononiae a. 1482, Biblia Hebraica integra[9] Soncini a. 1488) publici iuris facta esse.

Nisi fallor, prodiit primum Novi Testamenti Graece fragmentum[10] Mariae et Zachariae cantica, Lc 1,46—55. 68—79, sub finem Psalterii Graece apud Alexandrum ex Candace in Creta, Venetiis anno 1486.

Fragmentum Io 1,1—14 typis expressum est in libro *Constantini Lascaris erotemata cum interpretatione Latina* etc, Venetiis anno 1495 (Febr. 1494 Mart. 1495 = hodie

[1] Panzer, *Annales typograph.* vol. 2, p. 114, no. 6, et *Annalen der älteren deutschen Literatur*, Norimbergae a. 1788, p. 9—12.

[2] Panzer, *Ann. typogr.* vol. 3, p. 70, no. 27.

[3] De Rossi, *Annales Hebraeo-typographici sec.* XV, Parmae a. 1795, p. 14 seqq.; Steinschneider, *Cat. libb. Heb. in biblioth. Bodl.*, Berolini a. 1852—60, col. 2861, no. 7925; Brunet, *Manuel*, ed. 5, vol. 4, col. 920; Graesse, *Trésor*, vol. 5, p. 485[b].

[4] Panzer, *Ann.* vol. 3, p. 58, no. 4. [5] *Ibid.* vol. 1, p. 558, no. 257.

[6] Is. Le Long, *Boek-Zaal der Nederduytsche Bybels*, Amst. a. 1732, p. 400.

[7] I. W. Holtrop, *Monuments typographiques des Pays-Bas au quinzième siècle*, Hagae Comitum a. 1868, p. 83, tab. [81] 104[a].

[8] De Rossi, *De hebr. typogr. or.* Erlangae a. 1778, p. 20 seqq. et *Ann. Heb.*, p. 22 seqq.; Panzer, *Ann.* vol. 1, p. 214, no. 78.

[9] De Rossi, *Ann. Heb.*, p. 54 ss.; Graesse, *Trésor*, vol. 1, p. 383[a].

[10] Le Long, *ut supra*, pars 2, vol. 2, sect. 1, p. 311; Panzer, *Ann. typ.* vol. 3, p. 236, no. 961; Brunet, *Manuel*, vol. 4, col. 929 seq. Graesse, *Trésor*, vol. 5, p. 484[b].

Febr. Mart. 1495), qui liber primus cum anno et vel primus vel alter liber e prelo Aldino exiit.[1] Tischendorfius laudavit fragmentum *ald*^{prius} ex Wetstenio. Differt a fragmento hoc editio Aldina anni 1518 locis tribus ex fragmento a Tischendorfio laudatis. Iterum iterumque videtur liber prodisse, ut Tubingae a. 1512.[2]

Edidit Aldus Manutius (unde *aldin*) fragmentum Io 1,1—*καταβάσ* 6,58 in libro, *Gregorii Nazianzeni carmina*, Venetiis a. 1504.[3]

His praemissis transeo ad editiones praecipuas Novi Testamenti integri Graece, inter quas describendas addam verba pauca de libris vel libellis, qui melioris notae sunt, de textu Novi Testamenti Graece, ut sectio haec quasi historiam curarum criticarum in textum praebeat. Adhibentur partes simplices, *prima*, inde ab anno 1514 usque ad annum 1675, sive in primis de editionibus Complutensi, Erasmianis, Stephanicis, Bezae, Elzevirianis, Polyglottorum, Fellii, sive de rei criticae infantia, arte critica prorsus carente; — *altera*, inde ab anno 1707 usque ad annum 1830, sive in primis de editionibus Millii, Bentleii, Bengelii, Wetstenii, Griesbachii, Scholzii; — *tertia*, inde ab anno

[1] Confer Wetstenium, *N. T. Gr.* Amstelaedami a. 1751, vol. 1, p. 382 mediam; Ludov. Hainium, *Repertorium bibliographicum*, vol. 2, pars 1 (a. 1831), p. 241, no. 9924; A. A. Renouard, *Annales de l'impr. des Aldes*, ed. 2, a. 1825, vol. 1, p. 1 ff.; Graesse, *Trésor des livres rares* etc, vol. 4, p. 112^{a}, et Brunet, *Manuel*, vol. 3, col. 858 sub voce *Lascaris*.

[2] Vide Maschium apud Le Long, *ut supra*, pars 2, vol. 3, cap. 3, sect. 2, p. 624, ubi iniuria dicitur liber Iohannis evangelium integrum continere. Tregellesius, apud Hornium, *Introduction to the N. T.* ed. 11, vol. 4, p. 117, scripsit annum 1514, fortasse deceptus a Marshio, apud Michaelis ed. 1802, vol. 2, p. 845.

[3] Est volumen tertium *Poetarum Christianorum*, cf. Wetstenium, *N. T. Gr.* vol. 1, p. 832; Renouard, *ut supra*, vol. 1, p. 108 f.; Brunet, vol. 2, col. 1728 sq.; Graesse, *Trés.* vol. 3, p. 146^{b} sub voce *Gregorius Nazianzenus*. Vide etiam I. G. C. Adlerum, „Das erste gedruckte Stück des griechischen N. T. vom Jahre 1504", apud Eichhornium, *Repertorium*, vol. 18, a. 1786, p. 150—157.

1831 usque ad annum 1881, sive de editionibus Lachmanni, Tregellesii, Westcottii Hortiique; — *quarta*, inde ab anno 1841 usque ad annum 1872, sive de editionibus Tischendorfii; — *quinta* pars exhibebit conlationem textuum Tischendorfii editionis octavae, Tregellesii, Westcottii Hortiique, ex qua conlatione discet lector, quae lectiones viris novissimis criticis placeant.

(1.) 1514—1675: COMPLUT.—FELL.

„Nouum testamentum ⸢ grece & latine in academia ⸢ complutensi nouiter ⸢ impressum."

Textus Graecus et versionis Vulgatae Latinus columnis parallelis exhibentur; verba Latina et Graeca inter se respondentia litteris signata sunt; in hoc tomo similes plerumque sunt litterae Graecae elegantissimae litterarum in codicibus minusculis saeculorum posteriorum; accentus non inveniuntur nisi acuti, semper ad syllabam accentuatam adscripti, sed carent voces monosyllabae accentu: spiritus desunt (aliis tomis formae usitatae litterarum Graecarum accentibus usitatis ornantur); proximis paginis specimen addo. — Insunt: praefatiuncula, Gr. et Lat. | Eus. ep. ad Carp. | prol (ep. Hier. ad Dam. etc.) | Mt Mc Lc Io cum proll | tract. de peregrinat. Pauli | tract. Euthalii de temporibus praedicationis Pauli et martyrio eiusdem | hypotheses Theodoriti in epp. Pauli et canon. et alterius docti Graeci | prol Ro prol 1 2 Co Gal Eph Phil Col 1 2 Th 1 2 Ti Tit Philem Heb | proll Act prol Iac 1 2 Pe 1 2 3 Io Iud | prol Apoc. | Carmina *Δημητρίου Λουκᾶ τοῦ κρητός*, et Ioannis Vergare Toletani artium Magistri. Liber ad lectorem nouum opus admirantem. | Interpretationes hebreorum chaldeorum grecorumq; nominum noui testamēti. | Introductio quā breuissima ad grecas litteras. | [Lexicon Graeco-Latinum.] — Loci paralleli adscribuntur textui Latino. Quinquies invenitur adnotatio Mt 6,13 1 Co 13,3 15,31.51 1 Io 5,7. Capitum divisio Latina est et litterae ABC etc partes capitum distinguunt.

Quod primum typis impressum est Novum Testamentum Graece curae ac munificentiae debemus Francisci Ximenes de Cisneros cardinalis et archiepiscopi Toletani (nat. a. 1437 mort. a. 1517), qui inde ab anno 1502 molitus est editionem Bibliorum polyglottorum Complutensem (Alcalá). Tomus quintus Bibliorum N. T. Gr. et Lat.

Nov. Test. Complut.

γει ʸαυτοίς. ᶻυπάγετε ᵃκαι ᵇυμείς ᶜεις | τον ᵈαμπελώνα, ᵉκαι ᶠο ᵍεάν ʰη ⁱδίκαιον ᵏλήψεσθε. ˡοψί ας ᵐδε ⁿγενομένης, ᵒλέγει/ο ᵖκύριος | του, ᵠαμπε

continens, editoribus[1] Iacobo Lopez de Stunica, Ferdinando Nuñez de Guzman, Demetrio Duca Cretensi, Antonio Nebrissensi, a prelo die 10 mensis ianuarii anni 1514 exiit (tomi 6 et 1—4 posthac impressi, die 10 iulii anni 1517 absoluti sunt), tamen primum die 22 martii anni 1520 accepta est papae Leonis X approbatio.[2] Non videntur exemplaria ante annum 1522 distributa esse. Exemplaribus non nisi sexcentis impressis rara est editio.

De codicibus in N. T. Compl. edendo adhibitis diu acriterque disputatum est;[3] summa haec est, codicem unum Complutensem a Stunica adhibitum hodie cognitum (Act 52) diu latuisse, codices alios hodie prorsus incognitos esse inferioris autem fuisse aetatis; codices Vaticanos Novi Testamenti non adhibitos fere certum esse. Iam perspexit Millius editionem Complutensem cum codice Evv 51 Act 32 Paul 38 minus in Evv maxime in Act et Epp consentire et cum codice Apoc 10 [adde Apoc 30]. V. cl. Scrivenerus addit editionem similem esse codicum Act 42 (Paul 48 Apoc 13), Act 69, Evv 234 (Act 57 Paul 72); lectionem singularem editionis Lc 1,64 in codicibus solis Evv 140.251, Lc 2,22 in codice solo Evv 76 esse. V. cl. Franciscus Delitzschius adseverat codices etiam Act 63 (Paul 68),

[1] Iniuria, ut videtur, dicitur Stunica a Tregellesio editor princeps N. T. Complutensis fuisse; cf Franciscum Delitzsch, *Studien zur Entstehungsgeschichte der Polyglottenbibel des Cardinal Ximenes*, Lipsiae a. 1871, p. 28—30.

[2] Approbatio diu non quaesita, denique motu Leonis ipsius datur, quod Leo in epistula sua notat; cf C. I. Hefele, *Der Cardinal Ximenes*, ed. 2, Tubingae a. 1851, p. 133. Fusius tractat Hefelius de polyglottis Complutensibus, p. 113—147.

[3] Cf Scrivener, *Intr.* p. 377 seq.; Tregelles, *Pr. Text*, p. 4—18.

Matt. cap. 20, vv. 7.8

yillis. zIte aet bvos cin dvineam meam. ∞∞
Cum lsero ∞∞∞ ∞∞ ∞∞ ∞∞∞ ∞∞∞ ∞∞∞ ∞∞
mautem nfactū nesset odicit pdominus qvinee

Evv 90 (Act 47 Paul 14), Evv 251 nonnullis locis lectiones Complutenses praebere.[1] Goezius[2] recte defendit N. T. Complutense ab accusatione Wetstenii Semlerique textum ex versione Latina corruptum vel falsum esse; locus 1 Io 5,7 tamen ex Vulgata versione Graece versa haustus est; suspecti sunt etiam loci Ro 16,5 2 Co 5,10 6,15 Gal 3,19.[3] Accuratius haec ex Scriveneri libro: ex locis 2777, quibus N. T. Compl. ab editione Elzeviriana prima discrepat, discrepant Graeca locis 849 etiam a Latinis; locis aliis plerisque discrepantia in alia lingua discerni non potest. Invenit Scrivenerus editionem ita conferens non nisi errores quinquaginta typographicos, quod accusationem editionem male impressam esse refutat;[4] tamen Heb 7,3 verba *εν ω ότι και του αβραάμ προεπιμήθη* ex capitulo nono Euthaliano in textu ex incuria posita sunt. Iterum impressa est editio Complutensis Tubingae anno 1821, Moguntiae annis 1827.1851.

Codex adhibitus: Act 52.

EDITIONES ERASMI.

„Novvm in ᵀstrumentū omne, diligenter ab Erasmo Roterdamo ᵀrecognitum & emendatum,

[1] Delitzsch, *ut supra*, p. 34—39; cf etiam p. 30—34 de codd Evv 52, Evv 60 (Apoc 10), Apoc 30.

[2] I. Melch. Goeze, *Vertheidigung der Complutens. Bibel*, Hamburgi a. 1765; *Ausführlichere Vertheidigung des Compl. N. T.* Hamburgi a. 1766; *Fortsetzung der ausf. Vertheid. d. Compl. N. T.* Halae a. 1769.

[3] Cf Scrivener, *Intr.* p. 379 seq. de iis quae editionis propria sunt; in editione prima, *Intr.* Cantabr. a. 1861, p. 349—368, praebuit Scrivenerus conlationem editionis Complutensis cum N. T. Elzevir. anni 1624.

[4] De codice Raviano ex editione Complutensi exscripto cf Georg. Gottl. Pappelbaum, *Cod. ms. N. T. Gr. Raviani . . . examen*, Berolini a. 1796; in app. p. 173—187, exhibet Pappelbaumius: „Addenda ad Wetstenii collectionem lectionum varr. editionis Compl.“

nõ solum ad graecam ueritatem ue⊤rumetiam ad multorum utriusq; linguæ codicum, eorumq; ue⊤terum simul & emendatorum fidem, postremo ad pro⊤batissimorum autorum citationem, emendationem⊤ & interpretationem, præcipue, Origenis, Chry⊤sostomi, Cyrilli, Vulgarij, Hieronymi, Cy⊤priani, Ambrosij, Hilarij, Augusti⊤ni, una cũ Annotationibus, quæ⊤lectorem doceant, quid qua⊤ratione mutatum sit.⊤ Quisquis igitur⊤amas ue⊤ram⊤Theolo⊤giam, lege, cogno⊤sce, ac deinde iudica.⊤ Neq; statim offendere, si⊤quid mutatum offenderis, sed⊤expende, num in melius mutatum sit.⊤ Apud inclytam⊤ Germaniae Basileam.⊤Io. Fro.⊤Cvm privilegio⊤Maximiliani Caesaris Avgvsti,⊤ne qvis alivs in sacra Roma⊤ni imperii ditione, intra qvatv⊤or annos excvdat, avt alibi⊤excvsvm importet.“ In fol. ff. (14), pp. 324,679 cum adnotationibus; textui Graeco adsociatur versio Latina ab Erasmo facta sive recognita; adnotationes uberrimae et doctissimae quae volumen alterum complent hodie maximi aestimandae sunt. Insunt: titulus | epist. Frobenii ad lector. | epist. Erasmi ad Leonem X | Erasmi paraclesis ad lectorem | Erasmi methodus Erasmi apologia | vitae quattuor evangelistarum Graece ex Dorothei synopsi | Mt Mc Lc Io | Act | epp cum hypothesibus et argumentis Ro 1 2 Co Gal Eph Phil Col 1 2 Th 1 2 Ti Tit Philem Hebr | Iac 1 2 Pe 1 2 3 Io Iud | Apoc. Capitum divisio Latina est, sine divisionibus minoribus.

Frobenius typographus Basileensis die 17 mensis aprilis anni 1515 ex Erasmo (nato a. 1467, mort. a. 1536) tum in Anglia petiit ut editionem N. T. Gr. faceret quam proxime, nam voluit editionem Complutensem praevenire. Basileam ivit Erasmus et etsi non ante diem 11 mensis septembris illius anni imprimi coeptus est liber, e prelo exiit die 1 mensis martii anni 1516. Castigator in primis plagularum typographicorum exstitit Iohannes Oecolampadius Vinimontanus (Lutheranus). Nihilominus permisit Frobenius viris doctis parum temporis in textum castigandum et volumen, teste ipso Erasmo, „praecipitatum fuit verius quam editum.“ Dedicavit editionem Erasmus die 1 mensis februarii anni 1516 Leoni X papae, adseveravitque editionem factam esse „non temere neque levi opera, sed adhibitis in consilium, compluribus utriusque linguae codicibus, nec iis sane quibuslibet, sed vetustissimis simul

et emendatissimis. Et quoniam novimus in rebus sacris, religiose quoque versandum esse, nec hac contenti diligentia, per omnia veterum theologorum scripta circumvolantes, ex horum citationibus aut expositionibus subodorati sumus, quid quisque legisset, aut mutasset." Illa tamen aetas nescivit, quomodo codices ponderandi, quomodo lectiones critica arte inter se discernendae essent, et codices Erasmiani „vetustissimi" et „emendatissimi" nobis inter pessimos fuisse videntur. Codicum qui ad manus fuerunt optimus fere neglectus est, etsi teste Scrivenero lectiones huius codicis (Evv 1 Act 1 Paul 1) inveniuntur Mt 22,28 23,25 27,52 28,3.4.19.20 Mk 7,18.19.26 10,1 12,22 15,46 Lc 1,16.61 · 2,43 9,1.15 11,49 Io 1,28 10,8 13,20. Ad apocalypsim usus est Erasmus codice mutilo (Apoc 1), cuius hiatus supplevit ex versione Latina Vulgata, verba Graece vertens; praeterea in codice illo difficillime distingui potuit inter textum et commentarium. Haec quae Bengelius iam fere viderat, luce clarius demonstravit v. cl. Franciscus Delitzschius, qui codicem usque dum latentem feliciter detexit.

Liber Delitzschii omnibus adeundus est qui textum apocalypsis quem dicunt receptum recte iudicare voluerint; pauca tamen ex eo[1] adscribam, ne severius quam iustius dicere videar. Editione Erasmi prima cum codice conlata, quae sequuntur apparent: 1,9 *ὁ καὶ ἀδελφός* ubi *καί* ex *κ* littera prima verbi *κείμενον* in margine stantis est, 2,1 *ἐφεσίνης* falso pro *ἐφεσίων* quod in codice est, 2,3 *καὶ οὐ κέκμηκας* quibus verbis Erasmus Vulgatae verba „et non defecisti" vertit, 2,13 *ἐμαῖς* falso pro *ἐν αἷς* codicis, 5,10 *ἡμᾶς* falso pro codicis *αὐτούς*, 5,14 *ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων* ab Erasmo ex Vulgata haustum, 9,14 *ὃς εἶχεν* pro *ὁ ἔχων* quod codici inest, 14,5 *ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ* ex Vulgata, 15,3 *ἁγίων* falso pro *ἐθνῶν* quod in codice stat, 17,4 *ἀκαθάρτητος* vox Erasmiana minime Graeca, 17,8 *καίπερ ἔστι* falso pro *καὶ πάρεστι* codicis verbis, 19,17 *καὶ συνάγεσθε* quod Erasmus ex Vulgata vertit, 19,21 *ἐκπορευομένη* falso pro *ἐξελθούσῃ*, 21,9 post *ἦλθεν* addidit Erasmus *πρός με*, 21,24 (vide ad loc) nonnulla ex Andreae scholio

[1] Franz Delitzsch, *Handschriftliche Funde*, I.II, Lipsiae a. 1861. 1862; vide in primis fasc. 1, p. 17—58.

addita sunt, 22,11 ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω . . . δικαιωθήτω vertit Erasmus ex Vulgata, 22,16—21 (versu 20 ex Valla hausto excepto) male vertit Erasmus ex Vulgata. Multis in locis per apocalypsim totam, sexies in unico versu 22,19, articulum ubi articulum ponere debebat omisit Erasmus. Sed de his satis.

Vituperata est Erasmi versio Latina, textus etiam eius Graecus multis displicuit praesertim propter 1Io 5,7 omissum; in primis reprobarunt hanc omissionem Eduardus Lee Anglicus et Stunica qui ex editoribus editionis Complutensis fuit.

Codices: Evv 1 (Act 1 Paul 1), Evv 2 (Act 2 Paul 2), Act 4 (Paul 4), Paul 7, Apoc 1 et codex Theophylacti commentariorum.

Anno 1518 mense februario prodiit Venetiis ut tertia pars editionis Bibliorum Graecorum Aldinae, N. T. Gr. ex editione Erasmi prima anni 1516 haustum, nonnullis erroribus correctis. Eodem anno, die 10 mensis septembris Erasmi editionem papa Romanus Leo X litteris ad eum datis probavit, quae typis exscriptae sunt in Erasmi editione *secunda* anni 1519 (p. 565: a. 1518; p. 566: 5 februarii a. 1519; p. [567]: a. 1519 mense martio). Editio haec altera, multis locis (Millio teste 400) correcta, impressa est Erasmo et morbo affecto et ex urbe absente.

Tituli fol. verso stat Leonis X epistula | dedicatio ad Leonem, p. 3—5 | Erasmi paraclesis, p. 6—12 | ratio . . . verae theol. p. 13—62 | Erasmi apologia, p. 62—68 | de hac posteriori aedit. [sic] p. 69—82 (ad summam paginam: capita [111] argumentorum contra morosos quosdam atque indoctos) | soloecismi per interpretem admissi . . . p. 83—85 | loca obscura . . . p. 86—89 | loca . . . depravata, p. 90—92 ad placandos eos, qui putant in sacris libris nihil neque superesse, neque deesse . . . p. 93 | quae sint addita in nostris exemplaribus, p. 94—96 | quae per interpretem commissa, p. 96.97 | ubi interpres ausus sit aliquid immutare . . . p. 97 | quid fidei sit de trinitate credo Carp. | Eus. tab. | capp. tab. | ordo librorum | evangelistarum ab Hieronymo vitae. Evangelio unicuique praefiguntur vita evangelistae a Sophronio et Theophylacti prologus. Notantur etiam in evangeliis tituli et Ammonii quas dicunt sectiones et Eusebii canones.

Codex: Evv 3 (Act 3 Paul 3).

Exemplarium tribus milibus et trecentis editionum primae et alterius venum datis, prodiit anno 1522 editio *tertia*, quae prima illum locum 1Io5,7 exhibuit, Erasmo repugnante,[1] ex codice Montfortiano nunc Dublinensi (Evv 61 Act 34 Paul 40 Apoc 92) teste minime bono. Correctiones ab editore Aldino factae adhibitae sunt in hac editione.

Denique vidit Erasmus praecursorem illum editionis suae diu occultum N. T. Complutense, adhibuitque praesertim ad apocalypsim in editionem *quartam* praeparandam quae anno 1527 prodiit, in qua praeterea Vulgata versio Latina versioni Erasmianae et textui Graeco adsociata est. Editio *quinta* anni 1535 tantum non differt ab editione quarta (omisso Vulgatae textu).

Anno 1534 Parisiis edidit Simon Colinaeus (de Colines), Roberti Stephani vitricus, N. T. cui titulus fuit: *Η καινη διαθηκη . . . . Εν λευκετίᾳ τῶν παρησίων, παρὰ Σίμωνι τῷ Κολιναίῳ, δεκεμβρίου μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντος, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας ͵α. φ. λ. δ.* Le Longius testatur[2] locos plus quam 750 esse, in quibus editio haec ab editionibus praecedentibus differt, et v. cl. Reussius, inter locos eius 1000 normales, invenit 113 in quibus ab editione Erasmi tertia discrepat, etsi teste Reussio haec Erasmi editio Colinaei libri fundamentum fuit. Saepe cum editione Complutensi consentit. Quinquaginta et duobus locis tamen, ex iis a Reussio exploratis, praebet primus Colinaeus lectiones plerasque hodie multis viris iisque doctis probatas. Quos codices editor adhibuerit, non liquet. Opus praeclarum atque praematurum vituperatum est a Beza ut ex coniecturis emendatum sed saecula duo quae secuta sunt editionem critica arte parem et eadem in laude ponendam vix praebuerunt.

[1] Vide apparatum ad locum et addenda et emend. ad loc. et cf librum Guilelmi Orme, *Memoir of the controversy respecting the three heavenly witnesses* etc, *by* Criticus. *A new edition with notes and an appendix by Ezra Abbot*, Bostoniae 1866.

[2] Le Long, *ut supra*, pars 1, cap. 2, sect. 1, p. 206.

Re vera factae sunt editiones Complutensis et Erasmianae fontes principes editionum fere omnium usque ad Millii et Bengelii tempus.

Robertus Stephanus.

Typographus ille celeberrimus Parisiensis Robertus Stephanus (Estienne nat. a. 1503 mort. a. 1559), vitrici Colinaei exempli aemulus, adiuvante filio Henrico (nato a. 1528 mort. a. 1598), comparavit N. T. Gr. duobus voluminibus formae minimae: „*Τησ καινησ διαθηκησ απαντα.* Nouum Testamentum. Ex bibliotheca regia. . . . Lvtetiæ. Ex officina Roberti Stephani typographi Regij, Typis regijs. M. D. XLVI.“ Ex initio praefationis, ad modum bullarum pontificalium, appellatur editio haec: „O mirificam.“ Quos codices adhibuerit, Stephanus non dicit. Fundamentum textus facit Erasmi editio quinta, interdum tamen N. T. Complutense adhibetur. Ex Reussii locis 1000, sunt 656 quibus Compl. Erasm. V Steph. I inter se consentiunt; ex 344 reliquis consentit Stephanus 233ies cum Erasmo, 96ies cum Complutensi; locis sex miscet Stephanus lectiones utriusque et novem locis lectionem sibi propriam exhibet. Editio *altera* anni 1549, etiam formae minimae, paucis mutatis, ex editione prima repetita est: Millius non notavit nisi lectiones 67 quibus ab hac abscessit.

Praeclarissima editio Stephaniana *tertia* prodiit Lutetiae anno 1550 formae maximae, *regia* dicta.

Insunt: praef. Graeco-Latina Roberti Stephani | Chrysostomi *ὑπόμνημα περὶ τοῦ εὐαγγελίου* | Carp. | Eus. tab. | *πίναξ* duplex locorum V. T. in Novo laudatorum | Henrici Stephani carmen Graecum | Sophronii vita Matthaei Theophylacti prooemium in Mt | capp. tab. | Mt. | Sophron. et Dorothei vitae Marci | Theoph. *ὑπόθ.* in Mc. | capp. tab. | Mc | Sophr. Dor. Theoph. capp. tab. | Lc | Sophr. Dor. Theoph. capp. tab. | Io | *ἀποδημία Παύλου* Euthalii de temporibus praedicationis Pauli | capp. tab. | Act | vol. 2. Chrysostomi prol. in epp. Pauli Ro 1.2 Co Gal Eph Phil Col 1.2 Th 1.2 Ti Tit Heb (habet epistula unaquaeque Pauli *ὑπ.* et Theodoriti prologum et capp. tab., nisi quod Ro 1 Co 1 Th Theodoriti prologo carent) | Theod. prol. in epp. cath. | Iac 1.2 Pe 1.2.3 Io Iud (habet

epistula unaquaeque catholica ὑπ. et capp. tab. atque 1 Pe habet praeterea Theod. prol.) | Apoc. Capita vetera distinguuntur litteris Graecis minoribus, capitula hodierna maioribus. Loci paralleli ad marginem exteriorem, lectiones variae ad interiorem adscribuntur. Prima est editio Novi Testamenti Graece apparatu critico adornata. Stephanus hac in editione comparanda usus est codicibus quindecim (16 cum editione Complutensi, quam signo α′ signavit), quos filius eius Henricus contulit. Textus consentit magis cum Erasmi editione quinta, fundamento utriusque, quam editiones praecedentes. Mutata sunt tamen fere nulla in epistulis et in apocalypsi. Haec *regia* editio ipsa fundamentum praebuit *textui*, quem dicunt, *recepto*, de quo mox dicendum erit.

Codices:[1] (α′: ed. Compl.)

β′: D$^{evv\ act}$	ζ′: Evv 8	ιβ′: Evv 9 (?)
γ′: Evv 4	η′: L^{evv}	ιγ′: Act 9
δ′: Evv 5	ϑ′: Evv 38	ιδ′: Evv 120
ε′: Evv 6	ι′: Act 7	ιε′: Act 10
ϛ′: Evv 7	ια′: Act 8 (latet)	ιϛ′: Apoc 3 (latet)

Editio formae minimae (16^{0}) duobus voluminibus a Roberto Stephano Genevae [*non* Parisiis] anno 1551 edita, nunc rarissima, insignis propter versuum distinctionem (vide supra, p. 168 seqq.) titulum hunc praefert: —" . . . Nouum *IESV* Christi D. N. Testamentum. Cum duplici interpretatione, D. Erasmi, & Veteris interpretis: Harmonia item Euangelica, & copioso Indice. Ex officina Roberti Stephani. M. D. LI." In exemplaribus quibusdam annus notatur per errorem M. D. XLI. Harmonia evangelica libris quattuor ex opere Andr. Osiandri (Basil. 1537) petita est. Sex locis inter Reussianos mille differt ab editione tertia: Mt 21,7 23,13.14 24,15 Lc 17,36 Col 1,20 Apoc 3,12.

[1] De codicibus a Stephano adhibitis tractaverunt Millius *N. T. Gr.* et Scrivenerus, *Intr.* ed. 2, p. 387—389, et in primis Herbertus Marshius, in libro: *Letters to Mr. Archdeacon Travis*, Lipsiae et Lond. a. 1795, app. p. 157—240. Codices isto saeculo et iuvenili opera tractatos non accurate conlatos esse vix mirari licet. Beza conlationibus manuscriptis Henrici Stephani usus est.

Beza.

Theodorus Beza (natus a. 1519, mortuus a. 1605), cuius versio Novi Testamenti Latina iam anno 1557 Genevae prodierat,[1] editionem Novi Testamenti Graece suam primam Genevae apud Henricum Stephanum anno 1565 publici iuris fecit: „Iesv Christi D. N. Nouum testamentum siue Nouum foedus. Cuius Graeco textui respondent interpretationes duae: vna, vetus: altera, noua, Theodori Bezae,

diligenter ab eo recognita. Eivsdem Th. Bezae annotationes, quas itidem hac secunda editione recognouit, et accessione non parua locupletauit . . . MDLXV." Fol. ff. (6), p. 450,662+. Dedicatio Bezae ad Elisabetham Britanniae reginam | Henr. Steph. carmen Graecum ex editione anni 1550 | Evv Act Paul (Philem Hebr) Cath Apoc | indices | errata. Textus tribus columnis Graeca, Bezae versionem, Vulgatam exhibet; commentarius una columna sequitur turmam unamquamque versuum. Loci paralleli ad marginem adscripti sunt.

Textum Graecum e Stephani editione quarta haustum locis viginti quinque inter Reussianos mille mutavit Beza lectionibus nunc Complutensibus, nunc Erasmicis, nunc novis substitutis. Praeterea in versione sua Latina ut et in commentario non raro lectiones Stephani respuit.[2] Usus est conlationibus Henrici Stephani supra laudatis.[3]

[1] Anno 1557 Robertus Stephanus Genevae edidit tribus tomis (fol.): „Biblia vtriusque Testamenti", in qua editione tomus tertius continet Novum Testamentum secundum versionem Vulgatam *et novam Theodori Bezae cum eius adnotationibus* (vide supra, p. 169. 170). Editionis illius Latinae memor insignivit Beza editionem Graeco-Latinam anni 1565 editionem *secundam*, unde perverse senserunt multi (cf *Theologische Literaturzeitung*, Lipsiae a. 1879, col. 474) editionem Barbirianam Basileae (etiam Tiguri) anno 1559 (in quibusdam exemplaribus 1560) foras datam, quae continet Bezae versionem Latinam et adnotationes, re vera Bezae editionem Graecam primam fuisse. Sed textus Graecus editionis huius est a Bezano, ut notat Reussius, plane alienus.

[2] Reuss, *Bibliotheca N. T. Gr.* Brunsvigae a. 1872, p. 86.

[3] Hug, *Einleitung in d. Schr. d. N. T.* § 58, ed. 4 (a. 1847), pars 1, p. 279 f.

Editio Bezae *secunda*, sive ut ipse numerat tertia, prodiit etiam Genevae anno 1582.[1] Adduntur verba Bezae pauca „lectori" dicata; commentarius nunc ex duabus columnis constat. In textu recensendo praeter interpretationem Syram ab Emanuele Tremellio editam et praeter libros Act 1Co 2Co ex Arabico sermone a Francisco Iunio Latine versos, adhibuit Beza codices suos duos Graeco-Latinos evangeliorum, actuum, epistularum Pauli, hodie $D^{evv\ act}$ (Steph. β') D^{paul} insignitos. Loci quindecim mutati addendi sunt illis viginti quinque editionis primae a Reussio notatis, e quibus tamen uni lectio Stephanica hac editione restituta est.

Codex: $D^{evv\ act}$ D^{paul}.

Editio *tertia*, Bezae quarta nominata, ex officina Stephaniana Genevae fert nunc annum 1588, nunc 1589. Reussio teste locis solum paucis ab editione secunda variat. *Quarta* vero editio, editori quinta, ex officina haeredum Eustathii Vignonii prodiit Genevae anno 1598, textumque fere eundem atque editio tertia praebuit. De Bezae editionibus quod ad textum receptum attinet, mox dicetur; de editionibus eius minoribus (a. 1565.67.80.90.1604) cf Reussium.

Biblia polyglotta Antverpiensia, quae apud Christophorum Plantinum, auspiciis Philippi II, cura Benedicti Ariae Montani prodierunt, exhibent bis N. T. Graece. Tomus quintus anni 1571 textui Syriaco (bis, nunc Syriacis nunc Hebraicis litteris exscripto) eiusque versioni Latinae atque textui Latino Vulgatae versionis adsociat textum Graecum qui 709 locis ex mille Reussianis cum Complutensi et Stephanico (a. 1550) consentit, quadragies bis Complutensem deserit (39ies cum Steph., bis cum Erasm. facit, semel lectionem novam habet), 249ies aliis reiectis Complutensem sequitur. Tomus sextus (aliis exemplaribus septimus vel octavus), anni 1572, cui inest N. T.

[1] Bezae saepe falso attributa est editio Henrici Stephani anni 1576, formae minimae, cui editioni versio Bezae Latina inest.

Graece cum versione Latina interlineari Ariae Montani, praebet textum Graecum fere eundem, nonnullis tamen locis mutatum 14ies lectionem Complutensem respuentem, ter Stephanicam. Editiones multae textum Graecum ex polyglottis Plantinianis hauserunt.

Lucas Brugensis, qui iam anno 1580, ad calcem Bibliorum Latinorum Lovanensium, notationes in tota Biblia ex codicibus Graecis et Latinis ut et ex versione Syriaca conlatas publici iuris fecerat, edidit anno 1606 quattuor evangelia ex editione Plantiniana anni 1572 supra dicta, textu vix mutato, commentario addito, et sub finem libri addidit *Notas ad varias lectiones editionis Graecae evangeliorum;* codices novos non contulit, sed consuluit versiones et patres.[1]

Qui textum Novi Testamenti Graece ex coniectura constituere in animo habuerint consulant velim Millium (proll. paragr. 1301) et descriptionem eius notarum et lectionum quas Scaligerus edidit in editione, alioqui parvae notae, quae Londinii apud Billium anno 1622 prodiit.

DE TEXTU, QUEM DICUNT, RECEPTO.

Elzevier.

Nunc ventum est ad editiones Lugduno-Batavienses et Amstelaedamenses septem Elzevirianas annorum 1624, 1633, 1641, 1656, 1662, 1670, 1678, quibus non adsociandae sunt editiones Whittakeriana anni 1641 aut Curcellaei anni 1658 utraque ab Elzeviriis typis exscripta. Cum tamen hae septem editiones inter se non nisi paucissimis locis differant, tractabitur accuratius hoc loco editio anni 1624 sola, nisi quod verba illa adnotanda sunt, quae ominibus infelicissimis editioni anni 1633 praefigebantur: „Textum ergo habes, nunc ab omnibus receptum: in quo nihil immutatum aut corruptum damus."

[1] Iterum typis expressae sunt Lucae Brugensis lectiones apud Waltonum, *Biblia polyglotta*, vol. 6, tract. 17, p. 1—13.

„Η [sic] ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ. Novum Testamentvm. Ex Regijs alijsque optimis editionibus cum curâ expressum. Lugduni Batavorum, ex officina Elzeviriana", a. 1624, formae minimae; sine praefatione; titulum sequitur tabula (πίναξ) locorum ex Vetere Testamento laudatorum; versus non nisi in margine notantur. Editio anni 1633 praebet praefationem, tabulam V. T. locorum, Danielis Heinsii carmen in Novi Foederis libros, et sub libri finem inveniuntur tabulae capitum evangeliorum atque ἔκθεσισ capitum actuum et epistularum; versus etiam unusquisque novam lineam incipit.

Docent fata horum librorum, quid vestimenta nitida, quid corpus habile, quid audacia efficere possint. Forma libellorum omnibus placuit, verba bibliopolarum illa deceperunt omnes et oraculi loco iis stabant qui posthac noluerunt textum etiam in melius mutare. Diu arbitrabantur viri docti textum Elzevirianum ex editione Stephaniana regia anni 1550 haustum esse, verbis in titulo fulti: „Ex regiis aliisque optimis editionibus cum cura expressum," ubi vox „regiis" ad illam Stephani et ad editionem Plantinianam spectat. Millius[1] non invenit nisi locos duodecim quibus Elzeviriana anni 1624 ab illa Stephaniana discesserit; Tischendorfius autem locos fere 150 repperit, v. cl. Scrivenerusque locos 287.

Scrivenerus, in libro, *A plain introduction to the criticism of the N. T.* Cantabrigiae a. 1861, p. 304—311, conlationem edidit editionum harum (Steph. 1550, Elz. 1624), ratione habita editionum Complutensis, Bezae anni 1565, Elzeviriorum a. 1633. Hanc conlationem consului et excerpsi, addidique nonnulla quae v. cl. Ezra Abbotus mecum communicavit. Lectori cavendum est ne Scriveneri conlationi ubique fidem habeat, praesertim quod ad Bezae editionem

[1] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster, Amst. a. 1710, proll. paragr. 1307: „Textus ipse, quicquid ferant Curatores isti, ad unum Stephanicum tertium totus compositus videtur, praeterquam duodecim in locis, in quibus solis, quantum video, a Stephanico recessere." Quid velint haec Millii verba eodem loco: „in editione biennio post [i. e. post a. 1624] ad huius amussim adornata, *Beza* notat editioni Elzevirianae praefuisse viros haud paucos eruditione et pietate praestantes", Beza enim iam anno 1605 mortuus est. Fortasse editione Amstelodamensi a. 1626 utebatur, cui addita est versio Bezae Latina.

anni 1565 attinet; exempli gratia, in conlatione Apocalypsis editionis „Bezae 1565 cum Steph. et Elz.“ enumerat Scrivenerus locos 42; ex his 4 recte notati sunt, 1 paene recte (Apoc 22,20 pro *Ναὶ* legendum est *Ναὶ secund.*), 37 falso. Ex Scriveneri verbis *Introd.* ed. 2, Cantabr. a. 1874, p. 390, adn. 1, videtur editio eius „Bezae 1565“ esse editio *Londinii a. 1565* edita. Quae haec sit nescio, nisi fortasse ex editione anni 1559 exscripta sit, in qua textus Graecus non Bezae fuit; cf supra, p. 214 adn. 1. Bibliographi omnes N. T. Gr. in Anglia primum a. 1587 editum esse docent. Variationes maiores inter Steph. 1550 et Elz. 1624 fere semper in commentario Tischendorfii notatae sunt ubi ut eos, conferas quaeso. Quae mendis typographicis attribuendae sunt uncis quadratis [ ], quae leviores sunt uncis curvis ( ) inclusi. Ubi dantur variationes, quae primae stant Stephani quae sequuntur Elzeviriorum sunt.

Mt 1,1 *ἀβρααμ—ἀβρ.* 5,22 *εἰκῆ—-κῇ* [6,34] 8,4 [9,8] 10,4 [12,18] 18,30 19,1 20,15.[22 errat ς non ς^{e}] 21,7 23,13.14 24,9.15 [34.40] 25,2

Mc 1,21.27 ς habet *αὐτ.* (2,7) 6,9.29 8,3.[27 9,1.] 16 *αὐτουσ—αὐτ.* 38.40.[45] 10,25 11,14 12,20 13,9.14.28 14,54 [15,32] 16,20

Lc 2,22 3,23 *ἠλὶ—ἡλὶ* 33 6,9 7,12 bis 8,29 10,6.13.19.22 11,12. 33 bis 12,18 13,8.19 15,26 17,1.[26.]35.36 18,3 19,4 20,31. 47 22,45 23,11 *ἐσθῆτα—ἔσθ.* 24,4 *ἐσθήσεσιν—ἔσθ.* 24,27

Io 1,28 *βηθαβαρᾶ—-ρᾷ* 2,1.11 *καινᾷ—καινᾶ* 3,6 bis 4,5.23 *αὐτον—αὐτ.* [51] 5,7 6,28 7,27.(38) 8,25.(59) 9,10 12,17.32 *ἑλκύσω—ἑλ.* 13,30.31 14,11 [16,33] (18,1.)20.24 Scrivenerus bis errore *-λαν* 19,7.31 [21,2]

Act 2,36 4,32 5,12 6,3 7,26.[44] 8,19 [9,3.24.]35 14,8 15,32 [16,4.]11 *σαμοθρᾴκην—-ράκην* 16,17 17,25 19,27.33 21,3.8 [23,3.15.] 16 24,13.14.18.19 26,8.20 (27,13) [28,13]

Ro 1,27 2,17 [3,2] [6,10] [7,2.]6 8,11.21 [9,19] [10,6] 11,2 *ἠλίᾳ-ἡλ.* 22 [31.]33 *ὦ—ὦ* 12,5.11 [13,5] [15,23] 16,5.20

1 Co 1,29 (3,15) 5,7.11 6,14 [7,4.]5.29 bis et [semel] [9,1.27] 11,22 12,23 13,2.3 [14,15.](27) 15,2 *εἰκῆ—-κῇ* 15,31 [16,10] *2 Co* 3,3 [4,4] 5,4.[19] 6,15 7,12.16 [8,8.]20 *ἀδρότητι—ἁδρ.* 11,1.10 13,4

Gal 3,8 4,17 5,2 *ἴδε—ἰδὲ* *Eph* 1,3 [4,25] *Phil* 1,23 4,2 *Col* 1,2 2,13. 15 *αὐτῷ—αὐ.* *1 Th* [2,15.17] *1 Ti* 1,4 2,13 *εὖα—εὕα* 3,2.11 *2 Ti* 1,5 4,13 et [ ] *Tit* 2,7.[10] *Philem* 7

Heb 1,12 *ἑλιξεισ—ἑλ.* 4,15 7,1 8,9 9,2.12 10,2.10 [12,9.]22.23

Iac 4,13.15 5,12 *1Pe* 1,3 2,21 [3,11.] 21 4,8.13 *2Pe* 1,1.[7.18] 2,12.18 3,7 *1Io* 1,4 2,29 [4,14] [5,14] *2Io* 3.5 *3Io* 7 *Iud* 9 *ἐπιτιμήσαι—-ῆσαί* 19.24

Apoc [1,20] 2,5.14 3,1.[12]12 4,3.10 5,11 7,3.7.10.(17) 8,5.11 11,1.2 13,3.5 14,8.18 16,14 18,16 19,1.4.6.14 20,4 bis [13] 21,16.20 *ἔνατοσ—ἔνν.* 22,8

Teste Reussio, descriptus est textus hic anni 1624 ex Bezae editione prima formae minoris anni 1565, a qua variat inter locos mille Reussii locis non nisi octo. Ducit igitur textus Elzevirianus originem hoc modo:



Etsi editiones multae, etiam post annum 1624 et ante Griesbachii editiones publici iuris factas, „nullo modo ab editione" Elzeviriorum pendent,[1] tamen voluerunt viri Novi Testamenti studiosi textum eundem ubique receptum esse et re vera plerumque adhibitae sunt editiones duae Stephaniana anni 1550 et Elzeviriana anni 1624; Elzeviriana usi sunt viri continentales, et Stephaniana a Waltono et Millio exscripta Angli.

Quamquam textus fere idem ita per totum terrarum orbem adhibitus est, tamen conlectae sunt lectiones variae diligentia magna in usum studiosorum. Iohannes Matthaeus Caryophilus, Cres (episcopus? anno 1635 mortuus), anno circiter 1625, editionem N. T. Gr. praeparaturus, fecit „Collationes Graeci contextus omnium librorum Novi Testamenti iuxta editionem Antverpiensem regiam cum xxii codicibus [10 evangeliorum, 8 actuum, 4 apoc] antiquis MS." Schedas Caryophili in bibliotheca Barberina (unde *barb*) Romae receptas postquam anno 1642 Isaacus

[1] Cf Reuss, *Bibliotheca* etc. p. 108.

Vossius viderat edidit anno 1673 Petrus Possinus.[1] Schedas ipsas conlationis, quam suspicabatur Wetstenius in versionem Vulgatam Latinam suffulciendam fictam esse, Birchius in bibliotheca illa (Barb. 209) invenit. E xxii his codicibus sex B S 127.129.141.144 Caryophilo suppeditavit bibliotheca Vaticana; caeteros unde habuerit nondum cognitum est.

Biblia polyglotta Parisiensia, opus formae giganteae, praebent volumine quinto, partibus duabus, Novum Testamentum Syriace[2] (cum versione Latina), Arabice (cum vers. Lat.), Graece, Latine (versionis Vulgatae); folia duo sine numeris exhibent chartas geographicas et adnotationes nonnullas chronologicas; typis expressa est, tomi pars prima anno 1630, altera anno 1633, apud Antonium Vitray. Textus haustus est ex bibliis polyglottis Antverpiensibus,[3] habetque non nisi novies, inter locos Reussii mille, lectiones alienas, quinque ex aliis editionibus Plantinianis, duas ex Complutensi, duas novas.

Deinde secuta sunt, inter polyglotta facile prima, biblia polyglotta Londinensia auspiciis Briani Waltoni (nat. a. 1600, mort. a. 1661), posthac episcopi Cestriensis, anno 1657 edita, quorum volumen quintum N. T. continet Syr.-Lat., Aeth.-Lat. Arab.-Lat. (Pers.-Lat. in Evv) Graece cum versione Latina interlineari Montani, Latine Vulgatae versionis. Textus Graecus ex Stephani editione anni 1550 haustus est, neque nisi tribus locis inter mille Reussianos substitutae sunt lectiones alienae eaeque Complutenses; textui adsociatae sunt canonum tabulae, et capitum tabulae nonnullaque alia; in margine positae sunt lectiones variae codicis

[1] Possinus, *Catena Gr. patr. in evang. sec. Marc.* Romae a. 1673, p. 460—528.

[2] Epistulae 2 Pe 2.3 Io Iud ex editione Pocockii (1630) et Apoc ex editione Lud. de Dieu (1627) primum in N. T. Syr. editae sunt in his polyglottis. Cf Tregellesium, *Horne's Introduction*, ed. 11, Londinii, vol. 4 (a. 1863), p. 729.

[3] Cf supra, p. 215.

Alexandrini ab Alexandro Huishio conlectae; littera A, huius codicis in hoc tomo signum, initium et origo fuit codicum uncialium Graecorum N. T. litteris capitalibus signandorum. Operam tamen maximam navaverunt Waltonus sociique eius in primis Iacobus Usserius, Midensis episcopus posthac archiepiscopus Armachanus, lectionibus variis conligendis. Polyglottorum volumen sextum sive appendix continet praeter varia ad Vetus Testamentum spectantia:

tract. xv. Variantes lectiones ex annotatis Hugonis Grotii ad N. T. p. 47—56.

tract. xvi. Variae lectiones Graecae N. T. tam quas collegerat Robertus Stephanus ex xvi exemplaribus quam ex plurimis aliis vetustissimis exemplaribus collectae et in unum corpus digestae; p. 1—36.

tract. xvii. Francisci Lucae Brugensis libelli duo de Graecis et Latinis varietatibus evangeliorum et Lovan. theolog. collationes Vulg. Lat. Nov. Test. cum textu Graec. Syr. et Latinis scriptoribus; p. 1—36.

tract. xviii. In Syriacam versionem N. Test. notae Mart. Trostii; ex variis codicibus collectae. (Adiunctus est tractatui iii. pp. 51—56.)

Tractatus xvi exhibet lectiones varias non solum *Steph.* ex Stephani editione anni 1550, *March. Veles.* nihili aestimandas (vide infra, caput VIII, 1, Evv 111), *Bibl. Wech.* etiam nihili aestimandas ut quae vel ex Stephani margine vel ex editionibus prioribus haustae sint, — sed etiam has:

Cant = $D^{evv\ act}$	*Lin* = Evv 56 et Act 33 Paul 39
Clar = D^{paul}	*Magd* 1 = Evv 57
Gon = Evv 59	*Magd* 2 = Paul 42
Em = Evv 64 et Act 53 Paul 30	*Nov* 1 = Evv 58
Goog = Evv 62	*Nov* 2 = Act 37
Mont = Evv 61	*Bodl* 1 = Evv 47
Trit al *Bodl* 2 = Evv 96	

Vix mirari debemus quod Waltonus[1] conlationes non plene atque exacte typis dedit; nondum enim satis severa postulabatur in his rebus diligentia.

[1] Cf Scrivener, *A plain introduction*, ed. 2, Cantabr. a. 1874, p. 393.

Stephanus Curcellaeus (de Courcelles, natus Genevae a. 1586, mortuus Amstelaedami a. 1659) edidit[1] Novum Testamentum Graece anno 1658 apud Elzevirios Amstelaedami, insigne opus propter doctam praefationem, locos parallelos apte et abunde margini adscriptos, lectiones varias ex libris manuscriptis atque impressis partim sub textu partim, quod sero acceptae sunt, sub finem actuum et apocalypsis conlectas; opus Waltoni nondum viderat. Textum Elzevirianum anni 1633 repetit Curcellaeus paucis solis mutatis, loco 1 Io 5,7 uncis incluso. Dolendum est quod de codicibus tacetur unde lectio unaquaeque fluxerit. Vituperatus est editor ut qui Arianismo favere voluerit. Sibi proponebat Curcellaeus editionem formae maioris instaurare, textum Graecum et Latinum exhibentem cum lectionibus variantibus, mors tamen eum praeripuit: neque mutatae sunt editiones annorum 1675 et 1685, nisi quod lectiones antea ad calcem subiunctae nunc margini apponuntur, sub libri finem prologus Graecus in Pauli epistulas additur, anno 1685 textus binas columnas habet. Lectiones varias petiit Curcellaeus ex editione N. T. Gr. Wecheliana Francofurti anno 1597 publici iuris facta, ex „Stephani editione," e quattuor libris manuscriptis, sc. D^{paul}, codice Thuani bibliothecae N. T. totum Matthaeo solo excepto continente, codice Mazariniano (Evv. 103), alio denique Vigneriano (Evv. 104); haec in margine sunt. Ad calcem libri addidit editor lectiones ex editionibus aliis. Quas ex A et ex $D^{evv\ act}$ serius accepit lectiones reservavit editioni ei quae nunquam absoluta est.

Iohannes Fellius (*1625, †1686), posthac episcopus Oxoniensis, ut facilius monstraret, lectiones varias tam acriter impugnatas re vera neque veritati neque integritati

[1] De Curcellaei editionibus videndus in primis Wetstenius, *N. T. Gr.* vol. 1, proll. 1, p. 171—173, et Le Long, *Bibl. sacra* ed. Masch, vol. 1, p. 229 sq.

Novi Testamenti nocere,[1] librum edidit: „*Τησ καινησ διαθηκησ απαντα.* Novi Testamenti libri omnes. Accesserunt parallela scripturae loca, nec non variantes lectiones ex plus 100 MSS. codicibus, et antiquis versionibus collectae. Oxonii, e theatro Sheldoniano. Anno Dom. M.DC.LXXV." Nomen suum libro non addidit. Liber formae minoris praebet textum Graecum binis columnis, locis parallelis ad margines exteriores adscriptis, lectionibus variis sub textu stantibus. Textus ut apud Curcellaeum est Elzevirianus secundus anni 1633, qui tribus solis locis inter mille Reussianos deseritur, non Stephanicus ut docet Scrivenerus. Hausit Fellius lectiones ex editione Curcellaei (id est Stephanicas, Wechelianas) et ex polyglottis Anglicanis; tum ipse contulit codices duodecim Oxonienses Bodleianos, plerosque usque dum intactos, et conlationes accepit codicum duorum Usserio-Dublinensium ab H. Dodwello, quattuor Gallicorum (trium ex bibliotheca senatoris Petavii, unius Sangermanensis) ab Iohanne Gachonio, versionum Gothicae et Copticae [Memphiticae] a Thoma Mareschallo; addidit praeterea lectiones Caryophilanas (vide supra p. 219). Praefatio optima est sed brevissima.

Codices:

A = cod. Alex.
B = codices 12 Bodleiani
Ca = $D^{evv\ act}$
Cl = D^{paul}
Co = versio Coptica
Cu = lectiones Curcellaei
E = Act 53 Paul 30
G = Evv 59
g = evv domini Goodii
Ge = E^{paul}
Go = versio Gothica
L = Evv 56 et Act 33 Paul 39
M = Evv 57 et Paul 42
m = Evv 61
N = Evv 58 et Act 37
P = Act 38 Paul 44 / Act 39 Paul 45 Apoc 11 / Act 40 Paul 46 Apoc 12
R = lectt. Caryoph.
S = lectt. Stephani
Tr = Evv 96
V = lectt. Velesii (ut supra, p. 221)
U = Evv 63.64
W = lectt. Wechel (vide p. 222)

[1] Iam ante triennium ediderat Iohannes Saubertus librum: *Variae lectiones textus Graeci evangelii s. Matthaei, ex plurimis*

Fellius (cuius librum fere ad litteram iterum exscripsit Iohannes Gregorius additis scholiis parvi pretii anno 1703) et ipse aetatem Novi Testamenti edendi primam clausit et fautor eius fuit qui aetatem alteram incepturus erat Iohannis Millii. Antequam tamen de aetate altera dico, commemorandus est Ricardus Simon pater ille historiae criticae Veteris et Novi Testamenti, qui[1] primus prolixius de arte critica disseruit.

Annis 1514—1703 perlustratis textum plerumque eundem eumque ex codicibus aetate inferioribus haustum repperimus; lectiones tamen varias conlegerunt viri docti inceperuntque nonnulli de arte critica scribere.[2]

(2.) 1707—1830: MILLIUS—SCHOLZ.

Iohannes Millius (natus a. 1645, mortuus a. 1707) iam anno circiter 1677, auctore amico eius Eduardo Bernardo, initium fecit Novi Testamenti editionis parandae et ante annum 1686, quo anno mortuus est fautor Maecenasque eius Fellius episcopus, typis librum descripsit usque ad Matthaei caput 24. Per viginti annos elaboravit editor opus, anno denique 1704 canonicus Cantuariensis factus recepit reginae mandatum de editione „quantocyus publicanda", et anno 1707 vix libro publici iuris facto e terra in caelum revocatus est.

impressis ac manuscriptis codicibus collectae; et cum versionibus partim antiquissimis, partim praestantissimis, nec non patrum veteris ecclesiae Graecorum Latinorumque commentariis collatae: praemissa epicrisi de origine, auctoritate et usu variarum Novi Testamenti lectionum Graecarum in genere, Helmestadii a. 1672.

[1] Simon, *Histoire critique du texte du Nouveau Testament*, Roterodami a. 1689, et *Histoire critique des principaux commentateurs du N. T. . . . avec une dissertation critique sur les principaux actes manuscrits*, Roterodami a. 1693.

[2] Cf Io. D. Michaelem, *Einl. in die göttl. Schriften des neuen Bundes*, ed. 3, Gottingae a. 1777, vol. 1, p. 693: „Und hier, glaube ich, hört gleichsam die Kindheit der Critik, in Absicht auf das N. T. auf: und mit Millii Neuem Testament, sonderlich wenn man Richard Simons Werke dazu nimmt, fängt sich ihr erwachsenes Alter an."

„N. T. Graecum, cum lectionibus variantibus MSS. exemplarium, versionum, editionum, ss. patrum et scriptorum ecclesiasticorum . . . . Praemittitur dissertatio, in qua de libris N. T. et canonis constitutione agitur: historia s. textus N. Foederis ad nostra usque tempora deducitur . . . Studio et labore Ioannis Millii.“ Oxonii a. 1707. fol. Proll. | Carp. | Eus. tab. prol. capp. tab. Am. Eus. | Evv Act Paul (Philem Heb) Cath Apoc | appendix.

Textum exhibet Millius Stephanicum anni 1550 sed tricies semel ab eo discedit.[1] Apparatus criticus locupletatus est non solum ex Waltoni polyglottis et ex Fellii editione sed etiam ex codicibus omnibus quos Millius adire potuit; Scrivenerus tamen monet, Millium vix tam accurate contulisse codices quam hodie postulatur, et plerumque siluisse de verbis transpositis, de articulo Graeco addito vel omisso, de erroribus ex ὁμοιοτελεύτῳ et ex itacismo et ex calami lapsu. Versionibus praesertim Vulgatae et Italae, quam dicunt, operam multam dedit; sed quod ad orientales attinet versiones, linguae Syriacae non satis peritus fuit, et plus quam aequum fuit translationis versionum aliarum Latinae fiduciam habuit. Patres et scriptores ecclesiasticos diligenter adhibuit laudavitque in apparatu. Opus tamen pretium maximum habet propter prolegomena doctrinae plena in tres partes divisa: „Prima agit de libris singulis N. Foederis, et canonis constitutione. Secunda textus ipsius sacri historiam qualemcumque complectitur. Tertia nostra huius editionis N. T. consilium, quidve in ea praestiterim, fusius exponit.“ In his prolegomenis, ut saepe in apparatu critico, Millii iudicium de vera multorum locorum lectione declaratur. Daniel Whitbius[2] impugnavit opus Millii vehementissime, aequalibus plausum, posteris risum excitaturus. Anno 1710 recensuit iterumque edidit Millii Novum Testamentum Ludolphus Kusterus[3], addens prae-

[1] Locos 30 enumerat Scrivener, *Intr.* ed. 2, Cantabr. a. 1874, p. 399, adn., et his addendus est locus Apoc 2,5 ex Reussio.

[2] Whitby, *Examen variantium lectionum*, Londinii a. 1710.

[3] Kusterus (* a. 1670, † a. 1716), Guestfaliensis, antea Cantabrigiae fuerat, ubi Bentleio adiutore Suidam ediderat.

fationem brevem sed optimam, Iohannis Clerici epistulam de Millii editione, lectiones codicum duodecim novorum (novem Parisiensium conlationes accepit ex Abbate de Louvois, Bibliothecae Regiae praefecto; unum (G^{paul}) ipse contulit; *Lips.* conlatus est a Boernero, *Seidel.* a Westermanno); praeterea quas sero acceptas Millius in appendicem condiderat lectiones Kusterus in locis iustis ponendas curavit sed neglegentius multis praeterea lectionibus apposuit notitiam locorum in prolegomenis ubi fusius de iis tractavit Millius. Tam aegre tamen ferebat aetas illa curas Novi Testamenti criticas ut repetitis titulis et Lipsiae anno 1723 et Amstelodami anno 1746 iterum necesse fuerit librum venum dare. Addo duce Scrivenero tabulam codicum quorum lectiones Millius et Kusterus exhibent; Kusteriani uncis inclusi sunt.

Alex: A
Barb: cf supra, p. 219
Baroc: Act 23 Paul 28 Apoc 6
B 1: E^{evv}
B 2: Act 2 Paul 2
B 3: Act 4 Paul 4
Bodl 1: Evv 45
Bodl 2: Evv 46
Bodl 3: Evrm 5
Bodl 4: Evrm 18
Bodl 5: Evrm 19; cf Prax 3
Bodl 6: Evv 47
Bodl 7: Evv 48
(Boerner: G^{paul})
Bu: Evv 70
Cant: $D^{evv\ act}$
Cant 2: Act 24 Paul 29
Cant 3: Act 53 Paul 30
Clar: D^{paul}
Colb 1: Evv 27
Colb 2: Evv 28
Colb 3: Evv 29
Colb 4: Evv 30.31
Colb 5: Evv 32
Colb 6: Act 13
Colb 7: Paul 17
Colb 8: Evv 33
Colb 9: Colb. 1
Colb 10: Colb. 2
Colb 11: Colb. 1
Cov 1: Evv 65
Cov 2: Act 25 Paul 31 Apoc 7
Cov 3: Act 26 Paul 32
Cov 4: Act 27 Paul 33
Cov 5: Act 28 Paul 34 Apoc 8
Cypr: K^{evv}
Em: = Usser 2 ut videtur
Eph: Evv 71
Gal: Evv 66
Ger: E^{paul}
Genev: Act 29
Go: Evv 62
Gon: Evv 59
Hunt 1: Act 30 Paul 36 Apoc 9
Hunt 2: Evv 67
L: Evv 69
Laud 1: Evv 50
Laud 2: Evv 51 Act 32 Paul 38

Laud 3: E^{act}
Laud 4: Evrm 20
Laud 5: Evv 52
Lin: Evv 56
Lin 2: Act 33 Paul 39
(Lips: Evv 78)
Lu: Act 21 Paul 26
M 1: Evv 60 Apoc 10
M 2: Evrm 4
Magd 1: Evv 57 Act 35 Paul 41
Magd 2: Paul 42
Med: Evv 42
Mont: Evv 61
N 1: Evv 58
N 1: Act 36
N 2: Act 37
(Paris 1: Evv 285 teste Scrivenero)
(Paris 2: M^{evv})
(Paris 3: Evv 9)
(Paris 4: Evv 11)
(Paris 5: Evv 119)
(Paris 6: Evv 13)
(Paris 7: Evv 14)
(Paris 8: Evv 15)
(Paris 9: C)
Per: Evv 91
Pet 1: Act 38 Paul 44
Pet 2: Act 39 Paul 45 Apoc 11
Pet 3: Act 40 Paul 46 Apoc 12
Roe 1: Evv 49
Roe 2: Paul 47
(Seidel: Act 42 Paul 48 Apoc 13 Evrm 297 Prax 56)
Seld 1: Evv 53
Seld 2: Evv 54 et teste Scrivenero Evrm 26
Seld 3: Evv 55 et teste Scrivenero Evrm 27
Seld 4: Evrm 21
Seld 5: Evrm 22
Sin: = Cov 5
Stephanici codices 16, cf p. 213
Trin: Prax 3
Trit: Evv 96
Vat: B
Vel: vide infra, VIII, 1, Evv 111
Vien: Evv 76 Act 43 Paul 49
Usser 1: Evv 63
Usser 2: Evv 64
Wheel 1: Evv 68
Wheel 2: Evv 95
Wheel 3: Evrm 3
Wech: vide supra, p. 222.

Eodem anno quo Millii liber editus est, 1707, publici iuris fecit Parisiis Nicolaus Toinard Aurelianensis librum: *Evangeliorum harmonia Graeco-Latina.* Iam anno 1690 approbata est harmonia haec, sed non edita, et ex verbis Toinardi prolegomenis praefixis discimus eum modestissime omnia iterum iterumque tractasse: „Ecce tandem tuum in conspectum venit, Christiane lector, Graeco-Latina evangeliorum harmonia, indefesso studio, diuturnisque vigiliis a me elucubrata, deinde privatim ac pluries mandata typis, donec diversimode retractata, eam adipisceretur formam quam cernis.“ In prolegomenorum capite altero dicit se textum Graecum excussisse „ad vetustissimos duos Vaticanos

codices ac Latinam veterem versionem: quando scilicet haec cum illis“ convenerit. Lectiones Vaticanas acceperat a Carolo Catone de Court. Gavisus est Toinardus, cum, duce Stephano textum ex codicum illorum cum versione Vulgata consensu castigans, deprehendit eum haud infrequenter respondere variis lectionibus in editione Fellii. Non praetereundum est, Toinardum eodem loco, p. vii[b], consulto nonnullis locis a distinctione versuum Stephaniana discedere. Editio haec insignis est ut prima evangeliorum quae post Bezam re vera partim codicibus et versione Latina fulta sit, prima quae tantam Vulgatae Latinae auctoritatem tribuerit, sola nisi fallor inde ab Erasmiana usque ad Scholziana quae criticum Catholicum auctorem habuerit. Haec accuratius de lectionibus accipe ex Reussio, ex cuius mille locis 395 ad evangelia pertinent:

sunt „ex his 218 in quibus Toinardus simul cum Plantinianis et Elzevirianis libris consentit; 13 in quibus cum illis contra hos, 44 in quibus cum his contra illos facit. Sed multo plures sunt loci, sc. 299, in quibus eam ipsam lectionem vel elegit inter omnes iam typis excusas vel novam introducit, quam nostris temporibus Tischendorfius in sua ad Vulgatam formata editione expressit.“ Quindecim locis „plane alia habet quae ad eius duos codices referri debent.“ Laudat etiam Reussius locos decem ubi Toinardus nova habet „a Vulgata ut plurimum commendata“.

Wells.

Reussio, auctori probato, debeo notitiam editionis egregiae Eduardi Wellsii (nat. a. 1665 [?], mort. a. 1727), quam adire non potui, quae decem partibus prodiit annis 1709—1719 (Gal et Thess a. 1709 — Ioh a. 1719), et cum textu Graeco versionem et paraphrasim Anglicam, adnotationes criticas atque exegeticas, dissertationes maiores historici et theologici argumenti exhibet. Prima haec post Bezam totius Novi Testamenti editio ad fidem codicum emendata est et lectiones novas multas exhibuit, Millii iudicium plerumque secutus, quarum tamen pauciores in libris historicis post caeteros editis apparent, parcius enim de anno in annum recepta sollicitabat

editor. Textum Elzevirianum deserit Wellsius, locis 210, fere semper cum criticis recentioribus consentiens, ut cum Griesbachio 144 ies, cum Lachmanno et Tischendorfio 175 ies.[1]

Anno 1711 edidit Gerhardus de Traiectu Mosae doctor (G. D. T. M. D.), Syndicus Bremensis ad Imperatorem legatus, Novum Testamentum Graece, cui praefationes, locos parallelos, varias lectiones ex Fellii Curcellaeique editionibus, canones criticos xliii et prolegomena et sub finem notas criticas adiecit. Textum Fellianum fere exhibuit „ad editionem Elzevirianam anni 1633, a cl. Leusdenio mendis purgatam" emendatum. Praeterea interspersit aliis lectionibus variis eas quae ipse anno 1690 ex codice Evv 76 hauserat. I. I. Wetstenius curavit editionem alteram anni 1735, praemisitque praefationem.

Bentley.

Ricardus Bentleius (natus a. 1662, mortuus a. 1742), vir ille in studiis veterum scriptorum praeclarissimus, qui iam anno 1691 ad Iohannem Millium scripserat de codicibus Novi Testamenti Graecis edendis et de re critica, et anno 1713 acute de lectionibus Novi Testamenti variis disseruerat contra contemptores Novi Testamenti, sibi proposuit N. T. Graece et Latine edere. Iuvenis I. I. Wetstenius anno 1716 contulit Parisiis codicem C et Bentleius ad Guilelmum Wakium archiepiscopum Cantuariensem scripsit de editione quam edere in mente habebat. Iohannes Walkerus[2] posthac anno circiter 1720 codices alios Parisienses adiit, Mico abbas codicem B Vaticanum, et publici iuris factus est libellus Bentleii, quem in hoc loco

[1] Cf Reussium, *Bibliotheca*, p. 168—172.

[2] Scrivenero teste (*Intr.* ed. 2, p. 215) exstat in bibliotheca collegii ecclesiae Christi Oxonii exemplar N. T. Gr. (Wakii 35), quod in margine conlationem octo codicum praebet, quam Iohannes Walkerus anno 1732 fecit;

1: Evv 74	E: Evrm 211
B: Evv 507	H: Evrm 212
C: Evv 73	q: Evv 506 Apoc 26
D: Evv 509	W: Act 191 Paul 245

Tischendorfio praeeunte ante oculos exhibeo. Quod Toinardus (vide supra, p. 227) iam in evangeliis fecit, volebat Bentleius, Toinardi veri simile nescius, in toto N. T. libro facere, id est, textum ex antiquissimis codicibus Graecis et Latinis restaurare. Vehementer impugnaverunt plerique in primis Conyers Middletonius[1] Bentleii proposita. Non tamen statim a proposito declinavit nam anno 1729 contulit iterum Rulotta codicem B sive Miconis conlationem recensuit et anno 1732 (cf. supra, p. 229, adn. 2) videtur Walkerus conlationes fecisse in usum Bentlei. Nihilominus editio nunquam prodiit. Facile fieri potest ut lites quas illis annis Bentleius habuit[2] editioni impedimento fuerint, neque dubitare quimus quin editor, denique conlationibus novis comparatis perceperit codices Graecos optimos inter se ut et cum Latinis vix tam exacte consentire quam primo arbitratus est.[3]

[1] [Middleton], *Remarks paragraph by paragraph upon the proposals* etc. ed. 2, Londinii a. 1721. Libellus (utroque significatu) ita concluditur „The reader is, I believe, already sufficiently convinced . . . that those proposals are a most curious piece, since so much vanity, pedantry, blunder, and self-contradiction were hardly ever found together before within the compass of a single sheet."

[2] R. C. Jebb, *Bentley*, Londinii a. 1882, p. 157—171; v. cl. Jebbius Bentleii vitam optime tractavit.

[3] Quae sequuntur hausit Tischendorfius ex tomo tertio Bentleii operum ab Alexandro Dyce editorum: *Sermons* etc. Londinii a. 1838, p. 487 sqq. Nunc contulimus: *Dr. Bentley's proposals for printing a new edition of the Greek Testament and St. Hierom's Latin version. With a full answer to all the Remarks of a late pamphleeter.* . . . Londinii a. 1721, ex quo libro nonnulla accuratius dedimus. Bentleio respondit acerbissime Middletonius in libro: *Some farther remarks, paragraph by paragraph, upon Proposals* etc., vide eius *Miscellaneous works*, Londinii a. 1752, vol. 2, p. 347—440. De Bentleio tamen praesertim consulendus est liber Arthur Ayres Ellisii, *Bentleii critica sacra* . . ., Cantabrigiae, a. 1862, p. xvii—xix, Proposals etc.; p. 1—92, Bentleii notae in textum Novi Testamenti tam Graecum quam Latinum; p. 93—117, epist. . . . ad Gal. ut specimen editionis Bentleii; p. 119—154, conlatio codicis Vaticani cura . . . abbatis Rulotta . . . facta a. Chr. 1729; p. 155—159, de versione Itala.

Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ

GRAECE.

NOVUM TESTAMENTUM

VERSIONIS VULGATAE,

PER S^tum^ HIERONYMUM AD VETUSTA EXEMPLARIA GRAECA CASTIGATAE ET EXACTAE.

UTRUMQUE EX ANTIQUISSIMIS CODD. MSS., CUM GRAECIS TUM LATINIS, EDIDIT

RICHARDUS BENTLEIUS.

PROPOSALS FOR PRINTING.

I. The author of this edition, observing that the printed copies of the New Testament, both of the original Greek and ancient vulgar Latin, were taken from manuscripts of no great antiquity, such as the first editors could then procure; and that now by God's providence there are MSS. in Europe (accessible, though with great charge) above a thousand years old in both languages; believes he may do good service to common Christianity if he publishes a new edition of the Greek and Latin, not according to the recent and interpolated copies, but as represented in the most ancient and venerable MSS. in Greek and Roman capital letters.

II. The author, revolving in his mind some passages of St. Hierom; where he declares, that (without making a new version) he adjusted and reformed the whole *Latin Vulgate to the best Greek exemplars*, that is, to those of the famous Origen; and another passage, where he says, that a verbal or literal interpretation out of Greek into Latin is not necessary, *except in the Holy Scriptures*, ubi

ipse verborum ordo mysterium est, *where the very order of the words is mystery;* took thence the hint, that if the oldest copies of the original Greek and Hierom's Latin were examined and compared together, perhaps they would be still found to agree both in words and order of words. And upon making the essay, he has succeeded in his conjecture beyond his expectation or even his hopes.

III. The author believes that he has retrieved (except in very few places) the true exemplar of Origen, which was the standard to the most learned of the *Fathers*, at the time of the Council of Nice and two centuries after. And he is sure that the Greek and Latin MSS., by their mutual assistance, do so settle the original text to the smallest nicety, as cannot be performed now in any *classic* author whatever: and that out of a labyrinth of thirty thousand various readings, that crowd the pages of our present best editions, all put upon equal credit, to the offence of many good persons, this clue so leads and extricates us, that there will scarce be two hundred out of so many thousands that can deserve the least consideration.

IV. To confirm the lections which the author places in the text, he makes use of the old versions, Syriac, Coptic, Gothic, and Æthiopic, and of all the Fathers, Greeks and Latins, within the first five centuries; and he gives in his notes all the various readings (now known) within the said five centuries. So that the reader has under one view what the first ages of the church knew of the text; and what has crept into any copies since is of no value or authority.

V. The author is very sensible, that in the sacred writings there's no place for conjectures or emendations. Diligence and fidelity, with some judgment and experience, are the characters here requisite. He declares, therefore, that he does not alter one letter in the text without the authorities subjoined in the notes. And to leave the free

choice to every reader, he places under each column the smallest variations of this edition, either in words or order, from the received Greek of Stephanus, and the Latin of the two popes Sixtus V. and Clemens VIII. So that this edition exhibits both itself and the common ones.

VI. If the author has any thing to suggest towards a change of the text, not supported by any copies now extant, he will offer it separate in his *Prolegomena;* in which will be a large account of the several MSS. here used, and of the other matters which contribute to make this edition useful. In this work he is of no sect or party; his design is to serve the whole Christian name. He draws no consequences in his notes; makes no oblique glances upon any disputed points, old or new. He consecrates this work, as a κειμήλιον, a κτῆμα ἐσαεὶ, a *charter*, a *Magna Charta*, to the whole Christian church; to last when all the ancient MSS. here quoted may be lost and extinguished.

VII. To publish this work, according to its use and importance, a great expense is requisite: it's designed to be printed, not on the paper or with the letter of this *Specimen*, but with the best letter, paper, and ink that Europe affords. It must therefore be done by subscription or contribution. As it will make two tomes in folio, the lowest subscription for smaller paper must be three guineas, one advanced in present; and for the great paper five guineas, two advanced.

VIII. The work will be put to the press as soon as money is contributed to support the charge of the impression; and no more copies will be printed than are subscribed for. The overseer and corrector of the press will be the learned Mr. JOHN WALKER, of Trinity College in Cambridge; who, with great accurateness, has collated many MSS. at Paris for the present edition. And the issue of it, whether gain or loss, is equally to fall on him and the author.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ Κεφ. κβ΄.

1 *ΚΑΙ ἔδειξέν μοι ποταμὸν ὕδατος ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου.*

2 *Ἐμμέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐκεῖθεν, ξύλον ζωῆς ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα ἕνα ἕκαστον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν.*

3 *Καὶ πᾶν κατάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι, καὶ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται, καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ.*

4 *Καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.*

1 *μοι καθαρὸν ποταμὸν.* 2 *ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν.* 3 *πᾶν κατανάθεμα.* 5 *οὐκ ἔσται ἐκεῖ. καὶ χρείαν οὐκ ἔχουσι λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου. φωτίζει αὐτούς.*

APOCALYPSEOS Cap. XXII.

1 Et ostendit mihi fluvium aquae vitae, splendidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei et agni.

2 In medio plateae ejus, et ex utraque parte fluminis, lignum vitae adferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, et folia ligni ad sanitatem gentium.

3 Et omne maledictum non erit amplius, et sedes Dei et agni in illa erit, et servi ejus servient illi.

4 Et videbunt faciem ejus, et nomen ejus in frontibus eorum.

3 *sed* sedes Dei. in illa *erunt.*

I. *Καθαρὸν ποταμὸν*] Omittunt *καθαρὸν* Alex. Codd. Anglici duo, Gallici tres; Vers. Copt. Syr. Aethiop. Hilarius; Codd. Latini omnes. sed Andreas et Arethas *ποταμὸν καθαρὸν*. Gall. unus, *ποταμὸν ὕδατος ζωῆς καθαρὸν*. II. *Καὶ ἐντεῦθεν*] Alex. Codd. Angl. duo, Gall. quatuor, Germ. unus, Arethas, Syriac. *καὶ ἐκεῖθεν*. III. *Κατανάθεμα*] Alex. Arethas, Andreas, Codd. plerique omnes, Editio Complut. *κατάθεμα*. *Sed* sedes Dei] Codd. Lat. plerique omnes, *et* sedes, ut Graeci omnes *καὶ*. *Erunt*] Ita Codd. quos adhuc vidi; legen-

Κεφ. κβ'. ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ.

5 *Καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἔτι, καὶ οὐχ ἕξουσιν χρείαν φωτὸς λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου, ὅτι κύριος ὁ Θεὸς φωτίσει ἐπ' αὐτοὺς, καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.*

5 Et nox ultra non erit, et non egebunt lumine lucernae neque lumine solis, quoniam dominus Deus inluminabit illos, et regnabunt in saecula saeculorum.

6 *Καὶ εἶπέν μοι, Οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί· καὶ ὁ κύριος ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων τῶν προφητῶν ἀπέστειλεν τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.*

6 Et dixit mihi, Haec verba fidelissima et vera sunt: et dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum, ostendere servis suis quae oportet fieri cito.

7 *Καὶ ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ. μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου.*

7 Et ecce venio velociter. beatus qui custodit verba prophetiae libri hujus.

8 *Κἀγὼ Ἰωάννης ὁ ἀκούων καὶ βλέπων ταῦτα. Καὶ ὅτε*

8 Et ego Johannes, qui audivi et vidi haec. Et post-

6 *καὶ κύριος.* deest ὁ. *ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν.* 7 *Ἰδοὺ,* deest *καὶ.* 8 *Καὶ ἐγὼ. ὁ βλέπων ταῦτα καὶ ἀκούων. καὶ ἔβλεψα. ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν.*

6 fidelissima sunt et vera.

dum *erit;* nam Graeci universi *ὁ θρόνος.* V. *Νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ*] Alex. *ἔσται ἔτι.* Syr. Latini omnes. In Graecis plerisque deest *ἐκεῖ. Χρείαν ἔχουσι λύχνου*] Alex. *ἕξουσιν χρείαν φωτὸς λύχνου.* et sic Andreas et Gregorius Palamas, et Codd. Latini omnes, Syr. Copt. Aethiop. *φωτὸς ἡλίου*] Alex. *φῶς ἡλίου. φωτίζει αὐτοὺς*] Latini plerique *illuminat.* Sed Alex. Greg. Palamas, *φωτίσει ἐπ' αὐτούς.* VI. *Καὶ κύριος*] Alex. *καὶ ὁ κύριος. Ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν*] Sic edidit Erasmus. Sed Complut. Alex. Arethas, Graeci Codd. fere omnes, Latini omnes, Syr. Copt. Aethiop. *τῶν πνευμάτων τῶν προφ.* Fidelissima sunt et vera] Codd. veteres, fid. et vera sunt. VII. *Ἰδοὺ*] *Καὶ ἰδοὺ.* Alex. Andreas, Arethas, Syrus, Codd. Graeci plerique omnes, Latini ad unum omnes. VIII. *Καὶ ἐγω Ιω. ὁ βλέπων*

ἤκουσα καὶ ἔβλεπον, ἔπεσα προσκυνῆσαι πρὸ ποδῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα.

9 Καὶ λέγει μοι, Ὅρα μή. σύνδουλός σου εἰμὶ, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. τῷ Θεῷ προσκύνησον.

10 Καὶ λέγει μοι, Μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου· ὁ καιρὸς γὰρ ἐγγύς ἐστιν.

11 Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι, καὶ ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι, καὶ ὁ δίκαιος δικαιοσύνην ποιησάτω ἔτι, καὶ ὁ ἅγιος ἁγιασθήτω ἔτι.

quam audissem et vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli qui mihi haec ostendebat.

9 Et dicit mihi, Vide ne feceris: conservus tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum, et eorum qui servant verba libri hujus: Deum adora.

10 Et dicit mihi, Ne signaveris verba prophetiae libri hujus: tempus enim prope est.

11 Qui nocet noceat adhuc, et qui in sordibus est sordescat adhuc, et justus justitiam faciat adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc.

9 σου γάρ εἰμι. 10 τούτου· ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν. 11 καὶ ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι, καὶ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι.

9 Et *dixit* mihi. conservus *enim* tuus. verba *prophetiae* libri. 11 et *qui* justus *est justificetur* adhuc.

ταῦτα καὶ ἀκούων] Alex. Andreas, Complut. Syrus, Latinus, Codd. Graeci plures, Κἀγὼ Ἰω. ὁ ἀκούων καὶ βλέπων ταῦτα. Dionysius Alexandrinus bis, Κἀγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα. Ἐμπροσθεν τῶν ποδῶν] Alex. πρὸ ποδῶν. IX. Et *dixit* mihi] Codd. veteres constanter, *dicit;* ut Gr. λέγει. Σύνδουλός σου γάρ εἰμι. et Vulg. Conservus *enim* tuus sum] Atqui Alex. Arethas, Andreas, Athanasius, Copt.Syr.Graeci Codd. omnes tollunt γάρ; et Latini itidem omnes et Cyprianus tollunt *enim*. Verba *prophetiae* libri] Latini veteres omnes tollunt *prophetiae*. X. Ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν] Sic Andreas, et Cyprianus bis, *Quia jam tempus in proximo est*. Sed Alex.Codices Gr. plures, Syr. Copt. Latini omnes, Ὁ καιρὸς γὰρ ἐγγύς ἐστιν.Graeci ceteri, ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν. desunt ὅτι et γὰρ. XI. Καὶ ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι] Deest hoc comma in Alex. et duobus Gallicis

Κεφ. κβ'. ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ.

12 Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ· καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον ἐστὶν αὐτοῦ.

13 Ἐγὼ τὸ Ἄλφα καὶ τὸ Ω, πρῶτος καὶ ἔσχατος, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος.

14 Μακάριοι οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς

12 Καὶ ἰδοὺ. ἔργον αὐτοῦ ἔσται. 13 Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος. 14 Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα.

12 Ecce venio cito: et merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.

13 Ego Alpha et Ω, primus et novissimus, principium et finis.

14 Beati qui lavant stolas suas, ut sit potestas eorum in

13 Ego *sum* A et Ω. 14 stolas suas *in sanguine agni*.

errore librariorum ob repetitionem τοῦ ἔτι. At ceteri fere omnes, Andreas, Arethas, Complut. ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι. Origenes ad Johannem bis, ὁ ῥυπαρὸς ῥυπανθήτω ἔτι. Idem ibid. aliud membrum addit, Ὡς ὁ Ἰωάννης φησὶ, καὶ ὁ καθαρὸς καθαρισθήτω ἔτι (MS. Oxon. καθαρθήτω) καὶ ὁ ἁγ. ἁγιασθήτω. Καὶ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω] Alex. et Codd. ceteri omnes, Andreas, Arethas, Complut. Latin. Syr. Copt. δικαιοσύνην ποιησάτω. Cyprianus bis; Justus *justiora faciat* adhuc. Et qui justus est justificetur adhuc] Veteres Codd. fere omnes, et justus justitiam faciat adhuc. XII. Καὶ ἰδοὺ] Delent καὶ Alex. Codd. plerique omnes, Arethas, Complut. Syr. Copt. Latini Codd. omnes. Cyprianus bis. Ἔργον αὐτοῦ ἔσται] Alex. Gallicus unus, Syr. ἐστὶν αὐτοῦ. XIII. Ἐγώ εἰμι] Omittunt εἰμὶ Alex. Athanasius, Codd. fere omnes, Andreas, Arethas. Sed Origenes habet εἰμὶ bis. Ego *sum*] Deest *sum*. ita codex Sancti Germani veterrimus. Ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος] Sic Andreas, Arethas, et Codd. quidam. Sed Alex. Athanas. Codd. Anglici tres, Gall. duo, Syr. Latini omnes, Cyprianus, alio ordine, πρῶτος καὶ ἔσχατος ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. Origenes bis habet ἡ ἀρ. καὶ τὸ τέλος: sed ordine, quo Andreas. XIV. Οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ] Ita Codd. Graeci plerique omnes, Copt. Syr. Tertull. Cypr. Sed Alex. Anglicus unus, Aethiop. Latini Codd. omnes, οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν. Athanas. οἱ πλατύνοντες τὰς στολὰς αὐτῶν, errore librarii pro πλύνοντες. Arethas, ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς ἐμοῦ: ut sententia illa

ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν.

15 Ἔξω οἱ κύνες καὶ οἱ φαρμακοὶ καὶ οἱ πόρνοι καὶ οἱ φονεῖς καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος.

16 Ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου, μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαυὶδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὁ πρωϊνός.

17 Καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν, Ἔρχου· καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω, Ἔρχου· καὶ ὁ διψῶν ἐρχέσθω· ὁ θέλων λαβέτω ὕδωρ ζωῆς δωρεάν.

ligno vitae, et portis intrent in civitatem.

15 Foris canes et venefici et inpudici et homicidae et idolis servientes, et omnis qui amat et facit mendacium.

16 Ego Jesus misi angelum meum, testificari vobis haec in ecclesiis. ego sum radix et genus David, stella splendida et matutina.

17 Et spiritus et sponsa dicunt, Veni: et qui audit dicat, Veni: et qui sitit veniat: qui vult accipiat aquam vitae gratis.

15 Ἔξω δὲ οἱ κύνες. πᾶς ὁ φιλῶν. 16 ταῦτα ἐπὶ ταῖς. γένος τοῦ Δαβὶδ. λαμπρὸς καὶ ὁ ὀρθρινός. 17 λέγουσιν, Ἐλθέ. εἰπάτω, Ἐλθέ. διψῶν ἐλθέτω, καὶ — λαμβανέτω τὸ ὕδωρ.

14 et *per portas* intrent. 17 *et* qui vult.

postulare videtur. In sanguine agni] Desunt in veteribus Codd. omnibus. Per portas] Tres Cod. veterrimi *portis*, ut Graeci omnes τοῖς πυλῶσιν. XV. Ἔξω δὲ οἱ κύνες] Omittunt δὲ Alex. ceteri fere omnes, Athanasius, Hippolytus, Andreas, Arethas, Complut. Latini omnes, Cyprianus. Πᾶς ὁ φιλῶν] Omittunt articulum ὁ Alex. alii multi. Sed Athanasius, Hippolytus cum Codd. quibusdam, πᾶς ποιῶν καὶ φιλῶν. XVI. Ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις] Ἐν ταῖς Alex. Codd. 2 Gallici. Athanasius. Deest praepositio in Codd. multis. Τοῦ Δαβὶδ] Omittunt τοῦ Alex. Codd. multi, Athanasius, Andreas, Arethas. Porro omnes Graeci Δαυὶδ, vel compendiose $\overline{\delta\alpha\delta}$. Nusquam invenitur Δαβὶδ. Λαμπρὸς καὶ ὁ ὀρθρινός] Alex. καὶ ὁ πρόϊνος. sed ceteri Codd. cum Athanasio, Andrea, Aretha, Complut. πρωΐνος. XVII. Ἐλθὲ — ἐλθὲ — ἐλθέτω] Alex. et ceteri omnes, Athanas. Andreas, Arethas, Complut. ἔρχου

Κεφ. κβ'. ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ.

18 *Μαρτυρῶ ἐγὼ παντὶ τῷ ἀκούοντι τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, Ἐάν τις ἐπιθῇ ἐπ' αὐτά, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.*

18 Contestor ego omni audienti verba prophetiae libri hujus, Siquis adposuerit ad haec, adponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto:

19 *Καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ βιβλίου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.*

19 Et siquis diminuerit de verbis libri prophetiae hujus, auferet Deus partem ejus de ligno vitae, et de civitate sancta, [et de his] quae scripta sunt in libro isto.

18 *Συμμαρτυροῦμαι γὰρ παντὶ ἀκού. ἐάν τις ἐπιτιθῇ πρὸς ταῦτα. ἐν βιβλίῳ.* deest *τῷ.* 19 *ἐάν τις ἀφαιρῇ — λόγων βίβλου. ἀφαιρήσει ὁ Θεὸς — ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς — καὶ τῶν γεγραμ. ἐν βιβλίῳ.*

18 Contestor *enim* omni. 19 de *libro* vitae.

— *ἔρχου — ἐρχέσθω. Καὶ ὁ θέλων λαμβανέτω τὸ ὕδωρ*] Omittunt *καὶ*, et postea habent *ὁ θέλων λαβέτω ὕδωρ*, Alex. Codd. fere omnes, Athanasius, Andreas, Complut. *Et* qui vult] Codd. Latini veteres tollunt *et.* XVIII. *Συμμαρτυροῦμαι γὰρ*] Alex. et alii Codd. plerique et Complut. et Andreas *μαρτυρῶ ἐγώ*: pauci cum Aretha *μαρτύρομαι ἐγώ*: nullus, quod sciam, *συμμαρτυροῦμαι*, neque *γάρ*. Contestor *enim* omni] Codd. veterrimi quique, Contestor *ego* omni. *Παντὶ ἀκούοντι*] Alex. Andreas, Arethas, Codices plures, *παντὶ τῷ ἀκ.* *Ἐπιτιθῇ πρὸς ταῦτα*] Alex. Codd. plerique omnes, Andreas, Arethas Complut. *ἐπιθῇ ἐπ' αὐτά. Ἐπ' αὐτὸν*] Omittit Alex. sed ceteri Graeci et Latini omnes cum Andrea et Aretha habent. *Ἐν βιβλίῳ*] Alex. Arethas, Andreas, Codd. plurimi, *ἐν τῷ βιβ.* XIX. *Ἀφαιρῇ — — ἀφαιρήσει*] Alex. Codd. plerique, Andreas, Arethas, Complut. *ἀφέλῃ*, et deinde pro *ἀφαιρήσει*, Alex. Arethas cum Codd. pluribus habent *ἀφελεῖ*: alii cum Andrea et Complut. *ἀφέλοι*: et hi antea pro *ἐπιθήσει* habent *ἐπιθῇ. Λόγων βίβλου*] *Τοῦ βιβλίου*, Alex. Codd. fere omnes, Andreas, Arethas. *Ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς*] Alex.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ. Κεφ. κβ'.

20 *Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, Ναὶ ἔρχομαι ταχύ. Ἀμὴν, ἔρχου κύριε Ἰησοῦ.*

21 *Ἡ χάρις τοῦ κυρίου Ἰησοῦ μετὰ πάντων.*

20 *Ναὶ ἔρχου.* 21 *κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ μετὰ π. ὑμῶν. Ἀμήν.* Codd. Graeci fere omnes; Andreas, Complut. Syr. Aeth. *ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς.* De *libro* vitae] Latini quique vetustissimi, de *ligno* vitae. *Καὶ τῶν γεγραμμένων*] Omittunt *καὶ* Alex. Codd. fere omnes, Complut. Andreas, Arethas, Copt. Syr. Aeth. *Ἐν βιβλίῳ*]. Iidem Codd. cum Andr. et Aretha *ἐν τῷ βιβλίῳ.* XX. *Ἀμὴν, ναὶ ἔρχου*] Omittunt *ναὶ* Alex. Codd. plurimi,

20 Dicit qui testimonium perhibet istorum, Etiam venio cito. Amen, veni domine Jesu.

21 Gratia domini Jesu cum omnibus.

21 domini *nostri* Jesu *Christi* cum o. *vobis. Amen.* Andreas, Syr. Copt. Aeth. XXI. *Κυρίου ἡμῶν*] Omittunt *ἡμῶν* Alex. Codd. plures, Andreas, Arethas. Nostri] Omittit Cod. vetustus Gallicus. *Ἰησοῦ Χριστοῦ*] Deest *Χριστοῦ* in Alex. Christi] Omittit codex Anglicus. *Μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν*] Desunt *ὑμῶν. Ἀμήν* in Alex. Cum omnibus vobis, Amen] Desunt *vobis*, *Amen;* in 3 Codd. Gallicis.

Guilelmus (aliis Daniel) Mace, ecclesiae Presbyterianae minister, collegii Greshami Londinii socius, edidit duobus tomis anno 1729 Londinii: „The New Testament in Greek and English. Containing the original text corrected from the authority of the most authentic manuscripts etc.“ Textus Graecus (caret accentibus et spiritu leni, habet iota subscriptum, spiritum asperum, coronidem) ita emendatus est, ut mirabili modo cum textibus a viris criticis hodiernis constitutis saepe consentiat. Ex locis 118 quibus editor lectiones ab aliis editoribus iam probatas iteravit, non nisi in 22 hodierni Macium deserunt. Tum praeter 58 lectiones quas Wellsius (vide supra p. 228) primus receperat, notat Reussius, inter mille suos locos, 74 in quibus plerumque novae Macii lectiones hodiernis probatae sunt et alios 60 in quibus uncis inclusit Macius ea quae hodierni respuunt. Locis insignioribus adduntur vel ad imam paginam

vel sub libri uniuscuiusque finem notae cum criticae tum historicae, praesertim in tomo secundo. Quod ad codices attinet pendet Macius a Millio quem passim laudat. Vituperatus est suo tempore editor, cuius nomen in libro tacetur a multis viris iisque doctis, in primis a Leonardo Twellsio,[1] neque hodie desunt qui eadem iterent. Bene scribit Reussius, post lectiones laudatas: „Satis superque ex his apparebit Macium illum critices hodiernae antiquissimas quasque lectiones praeferentis verum antesignanum fuisse, quem suae aetatis homines immerito insectati sint, recentiores multo minus merito oblivione sepeliant." V. cl. Scrivenerus dolet de re critica tum per saeculum ab Anglis neglecta. Si Macium (a. 1729), Bowyerum Wetstenii discipulum (a. 1763), Harwoodium (a. 1776) in mentem revocaret vix, ut spero, tam vehementer doleret. Viri docti Novi Testamenti textus periti Angliae non deerant, sed fere ab omnibus acriter impugnati sunt, et vitas Whitbii, Middletonii, Twellsii, quod ad haec studia attinet, nomina Millii, Bentleii, Macii ornant.

Bengel.

Iohannes Albertus Bengelius (natus a. 1687, mortuus a. 1752), vir Novi Testamenti studiosissimus, iam anno 1725 editioni librorum Chrysostomi *de sacerdotio* adiunxit „Prodromum Novi Testamenti Graeci recte cauteque adornandi", quem secuta est anno 1731 *Notitia N. T. Gr.* Anno denique 1734 editum est:

Novum Testamentum Graece; ita adornatum ut textus probatarum editionum medullam, margo variantium lectionum in suas classes distributarum locorumque parallelorum delectum, apparatus subiunctus criseos sacrae, Millianae praesertim, compendium, limam, supplementum ac fructum exhibeat, inserviente Ioa. Alb. Bengelio. Tubingae a. 1734. ff. (5), pp. 884, (2).

Textus bene in paragraphos distributus implevit paginas 1—368, binis columnis in singulis paginis, et margo inferior exhibuit lectiones varias in quinque classes divisas, α. genuinas,

[1] Twells, *A critical examination ... wherein the editor's corrupt text, false version, and fallacious notes are detected and censur'd*, Londinii, pars 1, a. 1731; pars 2, a. 1731; pars 3, a. 1732.

β. lectionibus in textu meliores, γ. lectionibus textus aequales, δ. minus firmas, ε. non probandas. Paginis 369—884 in „Apparatu critico“ disseruit fusius de crisi textus Novi Testamenti.[1] Lectiones quas genuinas censebat textui inseruit, si modo „in editione aliqua probata occurrebant“, quod inter Reussii locos mille 130 ies factum est, sin minus ad marginem adnotavit. In apocalypsi tamen textum unicae codicum auctoritati conformavit locis 19, et apte p. 776—789 „fundamenta“ posuit „criseos apocalypseos“. Prodiit etiam editio forma minore, nihil nisi textum et lectiones variantes continens, in qua v. cl. Reussius notat Mt 6,1 *ἐλεημοσύνην* repositum, Col 1,28 *τέλειον* restitutum esse. Etsi iudicium Bengelii plurimis locis probatum est viris doctis hodiernis, eo tamen tempore impugnatus est a multis, et anno 1737 edidit Lugduni Batavorum „Defensionem Novi Testamenti Graeci“, quam antea Germanice harmoniae evangelistarum adiunctam publici iuris fecerat. Gener eius curavit anno 1763 editionem alteram „Apparatus critici“, cui etiam addidit libellos nonnullos ut Prodromum, Notitiam, Defensionem, quos supra commemoravimus. Praebet Bengelius praeter codices Millianos lectiones codicum horum, his signis:

Aug 1: Evv 83
Aug 2: Evv 84
Aug 3: Evv 85
Aug 4: Evrm 24
Aug 5: Paul 54
Aug 6: Act 46 Paul 55
Aug 7: Apoc 80
Bas α: E^{evv}
Bas β: Evv 2
Bas γ: Evv 1
Byz: Evv 86
Cam: Evv 88 (a Ioachimo Camerario conlati)
Dionysianus: (ex Iohanne Gagneio) Act 40?
Gehl: Evv 89 (ex Gehlio)
Hirs: Evv 97
Mosc: V^{evv}
Par 10: (ex Simonio)
Uff 1: M^{paul}
Uff vel Uff 2: Act 45 Paul 52 Apoc 16
Uff 3: Evv 101
Wo 1: } ex Wolfio
Wo 2: }

De Erhardi Stephani Novo Testamento, partim ad mentem Bengelii constituto, vide Reussii *Bibliothecam*, p. 180.181.

[1] De textus familiis quas Bengelius primus tractavit, vide supra, p. 186.

Wetstein.

Iohannes Iacobus Wetstenius, Basileensis (natus a. 1693, mortuus a. 1754), anno 1713 dissertationem scripsit „De variis N. T. lectionibus", anno 1714 Turicum, Bernam, Genevam, Lugdunum, Parisios, visit, deinde Angliam ubi initio anni 1716 Bentleium vidit, cuius hortatu Parisios rediit codicem C conlaturus, et a. 1720 Angliam iterum visit. Anno 1717 diaconus Basileae factus est annoque 1718 lectionum variarum specimen edidit et statim vituperatus est ut qui Socinianismo studeret; diu disputaverunt amici eius pro eo, sed anno 1729 ad tempus loco suo motus est, mox die 13 mensis Maii a. 1730 omnino loco amotus.[1] Prodierunt eo tempore eius „Prolegomena ad N. T. Graeci editionem accuratissimam, e vetustissimis codd. MSS. denuo procurandam, in quibus agitur de codd. MSS. N. Testamenti, scriptoribus Graecis qui N. Testamento usi sunt, versionibus veteribus, editionibus prioribus, et claris interpretibus; et proponuntur animadversiones et cautiones ad examen variarum lectionum N. T. necessariae." Amstelaedami a. 1730.

Ab amicis frustra defensus Wetstenius Amstelaedamum se contulit, ubi professor philosophiae creatus est; tum Basileae ipse adversarios vicit anno 1732, et anno 1733 Amstelaedami munus professoris adsumpsit. Anno 1746 in Angliam profectus est codices Ridleianos versionis posterioris Syriacae conlaturus. Prodiit denique editio eius praeclara Novi Testamenti: Ἡ ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ. Novum Testamentum Graecum editionis receptae cum lectionibus variantibus codicum MSS., editionum aliarum, versionum et patrum nec non commentario pleniore ex scriptoribus veteribus Hebraeis, Graecis et Latinis historiam et vim verborum illustrante opera et studio Ioannis Iacobi Wetstenii. Amstelaedami a. 1751.1752.

[1] Hagenbach, Car. Rud. „Johann Jacob Wettstein, der Kritiker, und seine Gegner. Ein Beitrag zur Geschichte des theologischen Geistes in der ersten Hälfte des 18. Jahrhunderts," *Zeitschrift für die historische Theologie*, Lipsiae a. 1839, vol. 9, fasc. 1, p. 72—152. Cf etiam Henr. Böttgerum, „J. J. Wetstein's widrige Schicksale" etc. *ibid.* a. 1870, vol. 40, p. 475—515.

vol. 1: Dedicatio | proll. p. 1—222 | Evv p. 223—966 | errata
vol. 2: proll. p. 3—15, Paul. p. 16—446 | proll. p. 449—454, Act.-Cath. p. 455—738 | proll. p. 741—743, Apoc. p. 745—780 | animadversiones et cautiones ad examen variarum lectionum N. T. necessariae, p. 851—874 | de interpretatione Novi Testamenti, p. 874—889 | de interpretatione libri apocalypseos, p. 889—896 | indices et errata, p. 897—920 | codicum Paul Act-Cath Apoc catalogus brevis | duae epistolae S. Clementis Romani [Syr.-Lat.], Lugduni Batavorum a. 1752, p. x, 27.[1]

Textum ad summam paginam comitantur infra lectiones Wetstenio probatae, quas sequuntur lectiones variae; tum ima pagina, dimidiam saepe paginae partem implens, invenitur binis columnis commentarius ille uberrimus ex scriptoribus veteribus haustus.

Typographi vel amicorum consiliis ductus textum Elzevirianum paucis mutatis reddidit Wetstenius[2], lectionesque quas ipse probavit infra textum detulit. Inter has lectiones Wetstenianas non nisi novem novas Reussius invenit, sed his locis aeque atque in aliis ubi Elzevirianum textum deserit Wetstenius plerumque imitatores habet inter viros hodiernos eosque doctos.[3]

[1] Wetstenii prolegomena edidit seorsim Ioh. Sal. Semlerus anno 1765: *Wetstenii libelli ad crisin et interpretationem N. T.*, Halae a. 1766. Reprehendit v. cl. Scrivenerus editionem horum prolegomenorum ab I. A. Lotzio factam Roterodami a. 1831.

[2] Videtur Wetstenius textum eius Graecum ex editione Mastrichtiana anni 1735 (cf supra, p. 229) hausisse; Mastrichtiana Fellium ducem habuerat, Fellius editionem Elzevirianam, non Stephanicam. Locis sedecim, quibus Scrivenerus (*Intr.* ed. 2, p. 407, adn.) Wetstenium textum Elzevirianum consulto respuisse adseverat, sequitur Wetstenius Mastrichtianam editionem; his locis adde Lc 10,21. Eodem loco Scrivenerus errores typographicos octo Wetstenio obicit, ex quibus unus Mc 9,30 error non est, quattuor Lc 2,51 11,34 Act 1,1 13,29 correxit Wetstenius ipse diserte, duobus Mc 6,29 Act 1,26 adnotatio correctionem supplet; restat unus Io 11,31.

[3] Anglus, Guilelmus Bowyerus, typographus doctus, qui textum Millianum iam quater ediderat, typis expressit editionem, quae plerumque (non ubique, cf Reussium, *Bibl.* p. 184) textum a Wetstenio commendatum exhibuit: „N. T. Gr., ad fidem Graecorum solum codicum mss. nunc primum expressum, adstipulante Io. Iac. Wetstenio:

Prolegomena iam anno 1730 publici iuris fecerat, eaque iterum edidit, multis mutatis, adversarios eius acriter impugnans. Codices primus notatione hodie usitata litterarum (cf supra, p. 221) et numerorum insignivit et historiam uniuscuiusque codicis accuratissime narravit: eodem modo fusius versiones atque patres tractavit. Praebuit in catalogo suo codices *Evv* A—O et 1—112; *Act* A—G et 1—58; *Paul* A—H et 1—60; *Apoc* A—C et 1—28; *Evrm* 1—24; Prax 1—4. Iniuria obtrectavit codicibus antiquissimis ut qui ad normam versionis Latinae reficti essent. Conlationes eius minus accurate conlectas esse demonstravit Io. Dav. Michaelis.[1] Nihilominus, ut industria qua apparatum criticum auxit ita acumine quo leges criticas, praesertim in „animadversionibus et cautionibus," constituit, eminuit Wetstenius, Millio vix postponendus.

Lectiones codicum horum exhibuit Wetstenius, ab ipso vel ab aliis in suum usum conlatorum, vel tum primum ex libris typis expressis haustorum; uncis curvis ( ) inclusos codices ab aliis accepit, uncis quadratis [ ] inclusos nonnisi perlustravit:

Evv: ACDE (F ab anon. per Verburg.) I L festinanter (O Montefalc. *Pal. Gr.* p. 235) 1.2.(3 Walker).16.17.34.35.36.37.38.39. 40.41.(44 De Missy). [57.58.59].(69 Jackson et Tiffin).72. (73.74 Walker). [75.] (76. Van Mastricht). (80 Bynaeus).90.92. 94.102 (104 Bigot). (106 Jackson). [109]

Act: ACDF 1.2.(3 Walker).4.10.11.12.14.15.16.17.18.19.20.21.[22]. (23 Casp. Wetstein). [30.31]. (31 Jackson). [32.33.34.35]. 38. (38.39.40 Sarrau per Allixium). 45.49.55.

Paul: ACDEF 1.2.4.7.12.16.18.19.20.21.22.23.25.26.27. [36.37]. (37 Jackson). [38.39.40.41]. 44 (44.45.46 Sarrau per Allix.) 46.52.53.59.75.

Apoc: A B (Quirini) C 2.4.[9]. (11.12 Sarrau per Allixium). 15.16.17. 18.19. (20 Bianchini). 23. (24 Bianchini). (25 Amelote). (26.27. 28 Casp. Wetstein).

Evrm: 6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17. *Prax:* (2 Casley).

iuxta sectiones Io. Alb. Bengelii divisum; et nova interpunctione saepius illustratum. Accessere in altero volumine emendationes conjecturales virorum doctorum undecunque collectae." Londinii a. 1763.

[1] Michaelis, *Einl.* ed. 3, Göttingae a. 1777, pars 1, p. 707—729.

Ne oblitus sit lector Wetstenianum I nunc N codicis partem esse; Wetstenianus O evangeliarii fragmentum videtur esse, cf infra caput VIII, 5, Evrm 295; de codicibus aliis, hodie ex catalogo expulsis vel aliter signatis, cf infra caput VIII (sub codicum numeris) *Evv* 10.12.81. 82.87.98.99.102.107.110.111.112 *Act-Cath* 56.58 *Paul* 51.53.59.60 *Apoc* 21.22.23 *Evrm* 13. Quo auctore Scholzius dicat Wetstenium Evv 33 contulisse nescio.

Griesbach.

Io. Sal. Semlerus, quem supra (p. 187.188) commemoravimus, etsi textum Graecum non edidit, tamen anno 1765 et post doctissime atque fusius de textu Graeco et de codicibus Graecis disseruit.[1] Discipulus eius Io. Iac. Griesbachius (nat. a. 1745, mort. a. 1812), vir summo ingenio summo iudicio summa industria, edidit Halae annis 1774—1777 N. T. Gr.[2] exhibens inter textum et apparatum lectiones vel receptas quas reiecerat vel novas. Apparatum maximam partem ex Wetstenio haustum locupletavit ipse editor: sed de conlationibus eius vide infra quae de editione eius altera dicentur. Novas autem lectiones haud ita multas primus recepit Griesbachius. Reussio teste inter mille istos locos lectiones habet Elzevirianas 655, aliorum 265, novas non nisi 55, dubias sive duplices 15; praeterea ex 55 iis locis erant 30 quibus Harwoodius fere eodem tempore easdem lectiones praetulit. De Griesbachii laboribus quod ad textus familias sive recensiones spectat iam dixi (p. 188—190). Si codices quos nunc habemus habuisset et si fundamentum textum receptum, quem dicunt, non

[1] Semler, *Hermeneutische Vorbereitung*, pars 3, fasc. 1, et pars 4 sive pars 3, fasc. 2, Halae a. 1765.1769; et *Spicilegium observationum de variantibus N. T. lectionibus*, in libro *Wetstenii libelli* etc. Halae a. 1766, p. 167—206.

[2] Evangelia synoptica prodierunt bis, anno 1774 synoptice, anno demum 1777 integre; evangelium Iohannis et actus apostolorum editi sunt semel, anno 1775, quo anno vol. 2, epistulas et apocalypsim continens prodiit; titulus tamen voluminis primi anno 1777 typis expressus non indicat partem voluminis alteram (Io et Act) re vera anni 1775 esse.

adhibuisset vix dubitari potest Griesbachium cum viris hodiernis consensurum fuisse.

Post annos fere viginti studiis criticis[1] insumptos et post opera Harwoodii Matthaeii Birchii Alteri aliorum, iterum edidit Griesbachius *N. T. Gr.* Halae vol. 1, a. 1796, vol. 2, a. 1806. Codicibus, versionibus, patribus praesertim Clem Alex et Orig excussis, mutavit editor lectiones nonnullas, novas tamen hac in editione septem tantum enumerat Reussius. Locupletior apparatus quam in editione prima fuit, neque tamen exhibuit variationes omnes easque satis bonae notae quae in N. T. editionibus aliorum ut Wetstenii et Matthaeii inerant, sicuti et quae ex codicum N. T. editionibus hauriendae erant et quas ipse ex codicibus a se conlatis haurire debebat.

Contulit Griesbachius locis selectis vel perlustravit codices Graecos hos: AC(invenit non nisi duas novas lectiones Mc 6,2.4 quas Wetstenius praeterierat)$D^{evv}D^{paul}E^{act}E^{paul}$(quem codicis D^{paul} apographum esse ille post Wetstenium demonstravit)$GH^{paul}L$ et *Evv* 10. (12).13.17.24.25.33.45.46.50.51.52.72.96.(110).113.114.115.116.117. 118.119.120.121.(236). *Evrm* 18.19.20.21.22.25.26.27.28.29.30 *Act* 13. 23.25.27.30.32.59.60.(61).62. *Prax* 6.84. *Paul* 17.28.31.33.47.(61). 62.63.64(nunc M).65.66 marg. *Apoc* 29.31 (cit. ex Pauli conlat.); — item cod. Latinum Harleianum 1772 epistularum omnium et apocalypsis. Excerpta etiam dedit e codice evangeliorum Harleiano 1775. Vide *Symb. crit.* tom. 1, p. 305 sqq.

Codices nonnulli Griesbachii hodie aliis signis indicantur: *Evv* I = N O = Evrm 295 R = Evrm 294; cf infra, caput VIII, 1, num. 10.81.82.87.236.440 *Act* cf VIII, 2, num. 56.58.61 *Paul* 53 et 64 = M; cf VIII, 3, num. 51.53.59.60.61 *Apoc* cf VIII, 4, num. 21.22.23 *Evrm* cf VIII, 5, A, num. 13.

[1] Breviter hi ex libris Griesbachii nominentur: *De codd. evv. Origen.* Halae a. 1771; *Curae in histor. textus epp. Paul. Gr.* Ienae a. 1777; *Symbolae criticae ad supplendas et corrigendas variarum N. T. lectionum collectiones*, vol. 1, a. 1785, vol. 2, a. 1793; *Commentarius crit. in textum Gr. N. T.* Ienae pars 1, a. 1798, pars 2, a. 1811 (nonnisi Mt et Mc); dissertationes *De codd. evv. Or.* et *Curae in hist. text. epp. Paul.* iterum prodierunt in Griesbachii *Opuscc. acadd.* ed. Io. Phil. Gabler, Ienae a. 1824.1825.

Textu tamen verissime Griesbachiano qui uti voluerit, quaerat editionem minorem, quam dicunt, anni 1805,[1] quae iudicio maturato[2] editoris innititur; Tischendorfius ut et alii[3] iniuria usus est editione 1796—1806.[4] Inter mille Reussianos differt haec editio a secunda undeviginti locis; lectiones prorsus novas quattuor habet; citat etiam Reussius lectiones marginales 22 a viris hodiernis commendatas. Anno 1827 prodiit iterum Berolini tomus primus *N. T. Gr.* Griesbachiani a Davide Schulzio,[5] Tischendorfii fautore, curatus. Melius in ordinem redacta sunt omnia, textus unam columnam habens, apparatus duo; apparatus criticus notabiliter auctus est et multa vitia emendata sunt; prolegomena Schulzii callide tractant de rebus criticis. Dolendum est mancam esse hanc editionem.

Nunc redeundum est ad annum 1776, quo anno Eduardus Harwoodus (nat. a. 1729, mort. a. 1794), theologus Londinensis, editionem N. T. Gr. satis notabilem curavit, adhibens in primis codicem Cantabrigiensem in evangeliis et actibus, Claromontanum in epistulis Paulinis, Alexandrinum ubi illi deficiebant. Ex Reussii locis mille deserit Elzevirios 711 ies. Cum Lachmanno consentit, ex mille, locis 643. Reussius citat locos 203 quibus novas lectiones praebuit Harwoodius, ex quibus multae viris hodiernis probatae sunt;

[1] Editio elegans duobus tomis Lipsiae annis 1803—1807 edita textum eundem exhibet.

[2] Cf Schulzii verba *N. T. Gr.* Griesbachii, Berolini a. 1827, praef. p. xix: „permultis in locis ab hac a nobis renovata editione Halensi discrepat, sed eam textus N. T. formam et conditionem monstrat, quam seriore sua aetate novissimeque iustam et veram esse vir summus iudicavit."

[3] V. cl. Scrivenerus, *Intr.* ed. 2, p. 416, adn. 1, reprehendit Griesbachium propter verbum *δίκαιον* Mt 27,4 sed editio anni 1805 quam Scrivenerus, p. 415, praedicaverat, *ἀθῷον* praefert.

[4] Confusa sunt a Tischendorfio signa Griesbachiana + ⁜ ⁜, sed errores hi in capite XII, *addendis et emendandis* corriguntur.

[5] Cf Doedes, *Verhandeling over de tekstkritiek des Nieuwen Verbands*, Harlemi a. 1844, p. 117—133.

inter has non numerantur loci quibus Griesbachius fere eodem tempore lectiones easdem easque novas exhibuit.

Christianus Fridericus Matthaeius[1], Thuringus (nat. a. 1744, mort. a. 1811), professor Moscuae, Misniae, Witebergae, edidit annis 1782—1788: „Novum Testamentum XII. tomis distinctum Graece et Latine.

Textum denuo recensuit, varias lectiones nunquam antea vulgatas ex centum codicibus mss. variarum bibliothecarum, Mosquensium, Pultaviensis, Dresdensis, Lipsiensis, Goettingensis, et suae summa diligentia et fide collegit et vulgavit, lectionaria ecclesiae Graecae primum accurate evolvit, singulasque lectiones sedulo indicavit; scholia Graeca maximam partem inedita addidit etc. Cum tabulis aeneis xxix. Rigae a. 1788." Huic titulo, volumini ultimo quod Matthaei evangelium continet praefixo, praeiverant in tomis singulis tituli alii non inter se coniunctis. Prodierunt tomi tres Cath — Act — Ro Tit Philem anno 1782, unus 1 2 Co a. 1783, duo Gal Eph Phil — Heb Col a. 1784, duo 1 2 Thes 1 2 Tim — Apoc a. 1785, duo Lc — Io a. 1786, duo Mt — Mc a. 1788. In tomo *Matt*, p. 481—484, invenies catalogum codicum a Matthaeio in quattuor evangeliis adhibitorum et in tomo *Apoc*, p. 335—337 codicum in Act Epp Apoc adhibitorum. Textus Latinus Vulgatae est versionis, e codice Demidoviano haustus in Act Epp Apoc.

Pretium editionis huius minime parvum est, non propter textum, quem Matthaeius ad codices aetate inferiores constituit (exhibet Reussius lectiones duodecim novas Matthaeii in primis ex Apocalypsi), sed propter ea multa quae Matthaeius in tomis his reposuit atque coacervavit, codicum descriptiones, facsimilia, conlationes, scholia, fragmenta omnis generis. Acerbitate et conviciis maxime dolendis prolegomena scatent. Matthaeii conlationes codicum Novi Testamenti et Chrysostomi optimae sunt notae; quod ad codices nonnullos attinet dum ipse eos perlustrabam accuratam eius diligentiam admiratus sum.

Codices hos contulit Matthaeius:

a = Evv 259
a = Act 98 (a^1) Paul 113 (a vel a^2) Prax 82 (a^3)
B = Evrm 47
b = Prax 13
c = Act 99 Paul 114

[1] Cf supra, p. 190.

c = Evrm 48
d = Evv 237
d = Act 100 Paul 115
e = Evv 238
e = Prax 14
f = Act 101 Paul 116
f = Evrm 49
g = Evv 239
g = Act 102 Paul 117
H = Evrm 50
h = Act 103 Paul 118
i = Evv 240
i = Paul 119
k = Evv 241 Act 104 Paul 120 Apoc 47
l = Evv 242 Act 105 Paul 121 Apoc 48
m = Evv 243
m = Act 106 Paul 122
n = Evv 244
n = Paul 123
o = Evv 245
o = Apoc 49
p = Evv 246
p = Apoc 50
q = Evv 247
q = Paul 124
r = Evv 248
r = Apoc 90
s = Evv 249
s = Paul 76
t = Apoc 32
t = Evrm 51
tz = Prax 15
V = Evv V
v = Evv 250
v = Prax 5
x = Evv 251
x = Act 69 Paul 74 Apoc 30 (Knittelii conlat. usus est)
z = Evv 252
10 = Evv 253
11 = Evv 254
12 = Evv 255
14 = Evv 256
15 = Evv O (Scholzii Evv 257)
16 = Evrm 56 Prax 20
17 = Evv 258
18 = Evv 99
19 = Evrm 57
20 = Evv 89
ξ = Evrm 52 Prax 16
χ = Evrm 53 Prax 17
ψ = Evrm 54 Prax 18
ω = Evrm 55 Prax 19

De codice G^{paul} vide infra caput VII, 3, sub codice G. „Fragmentum vetus," a Matthaeio primum conlatus et citatus ad Heb 10, 1—7, 32—38, N^c in Tischendorfii ed. 7, est pars codicis H^{paul}.

Praeterea contulit atque laudavit Matthaeius 23 codices homiliarum Chrysostomi in Matthaeum vel in Iohannem, signis: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 13. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. ϑ. λ. μ. π. ϱ. φ.; et 11 codices eius homiliarum in epistulas Pauli signis: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. α. β.

Matthaeii editio altera, minor, versione Vulgata omissa, prodiit annis 1803—1807: „Novum Testamentum Graece.

. . . Iterum recensuit, sectiones maiores et minores Eusebii, Euthalii et Andreae Caesariensis notavit, primum quoque lectiones

ecclesiasticas ex usu Ecclesiae Graecae designavit ac synaxaria Evangeliarii et Praxapostoli addidit et criticis interpositis animadversionibus edidit Christianus Fridericus de Matthaei . . ." 3 tom. Curiae Variscorum 1803.1805; Ronneburgi 1807. Nonnullis in exemplaribus tomi primi legitur in titulo ex errore „Wittenbergae" (cf vol. 2, p. 327). Matthaeius, vol. 1, p. 679—704 recenset editiones *N. T. Gr.* insigniores, quae editionem eius praecesserunt, et p. 704—716 editiones suas; exhibet, p. 769—783 excursus de locis variis Novi Testamenti: Lc3,33 Mt8,28 et locc par [Io1,26] Mt16,2.3 Lc10,42 11,2—4 Mt14,19.20 Io1,18. In editione hac constituenda, praeter ea quae ad editionem priorem adhibuerat, usus est Matthaeius codicibus 11 evangeliorum, 4 actuum, 4 epp. cath., 4 epp. Paul, 8 apocalypsis (cf vol. 3, praef. ad Apoc p. 4); codices 8 apocalypsis includunt *t* et *x* in appendice ad Apoc in eius editione priore descriptos atque „lectiones Ioannis Hentenii, ex eius Arethae exemplari ab aliis editoribus neglectas." Molitus est Matthaeius et anno 1805 edere voluit tomum qui conlationem horum aliorumque codicum summa 24 praeberet (cf vol. 3, append. ad Apoc p. 102). In appendice ad Apocalypsim, vol. 3, p. 99—102, praebuit Matthaeius conlationem codicis Apoc 65, quae conlatio Scholzium, Scrivenerum, ceteros latuisse videtur. In editione hac Matthaeii notat Reussius lectiones quinque novas.

Andreas Birchius (nat. a. 1758, mort. a. 1829) edidit Hauniae a. 1785 descriptionem[1] codicum N. T. Gr., atque anno 1788: „Quatuor evangelia Graece cum variantibus a textu lectionibus codd. MSS. bibliothecae Vaticanae, Barberinae, Laurentianae, Vindobonensis, Escurialensis, Havniensis regiae, quibus accedunt lectiones versionum Syrarum, veteris, Philoxenianae et Hierosolymitanae, iussu et sumtibus regiis." 4^0 et fol. Hic tomus[2] exhibet lectiones

[1] Birch, *Kritisk Beskrivelse over graeske Haandskrifter af det Nye Testamente*, Hauniae a. 1785. Hoc loco commemoretur Iohannes Christophorus Harenbergius, qui de Marci textu tractavit: „Adnotationes ad evangelii Marci capita quatuor priora," *Symbolae literariae ex Haganis factae Duisbergenses*, Hagae Comitum et Duisbergi a. 1784, tom. 1, pars 2, p. 307—534. Quid in quoque loco legendum censuerit adnotationes docent.

[2] Brunnius [Bruun], *Bibliotheca Danica* (Hauniae a. 1877, vol. 1, col. 48), „Andet Hefte," a. 1875, col. xxxiii, adn., dicit bibliothecam universitatis Hauniensis exemplar huius libri habere

a viris Birchio, Adlero, Moldenhauero in Italia, in Hispania, in Germania conlectas, textui Stephaniano anni 1550 subiunctas. Incendio anni 1795 deleta sunt exemplaria multa et cum iis typi et chartae neque posthac ad finem perduci potuit opus. Sed Birchius tomis tribus parvis edidit *Varias lectiones ad textum* Act Cath Paul a. 1798, Apoc a. 1800, Evv a. 1801.

Contulit Birchius vel perlustravit hos codices: item nonnullos inspexerunt amici eius, quorum nomina adposita sunt:

Vat 349 = Evv 127
351 = Evrm 35
354 = S^{evv}
356 = Evv 128
358 = .. 129
359 = .. 130
360 = .. 131 Act 70 Paul 77 (Apoc 66)
361 = Evv 132
363 = .. 133 Act 71 Paul 78
364 = .. 134
365 = .. 135
366 = Act 72 Paul 79 Apoc 37
367 = Act 73 Paul 80
579 = Apoc 38
665 = Evv 136
756 = .. 137
757 = .. 138
758 = .. 139
760 = Act 74
761 = Paul 81
762 = .. 82
765 = .. 83
766 = .. 84
1067 = Evrm 36
1136 = Paul 85 Apoc 39
1158 = Evv 140
1160 = Evv 141 Act 75 Paul 86 Apoc 40
1209 = B
1210 = Evv 142 Act 76 Paul 87
1229 = Evv 143
1254 = .. 144
1548 = .. 145
Pal-Vat 5 = Evv 146
89 = .. 147
136 = .. 148
171 = .. 149 Act 77 Paul 88 Apoc 25
189 = Evv 150
220 = .. 151
227 = .. 152
229 = .. 153
Alex-Vat 28 = Evv 154
29 = Act 78 Paul 89
68 = Apoc 41
79 = Evv 155
179 = Act 40 Paul 46 Apoc 12
189 = Evv 156

notis manu scriptis locupletatum. In illa bibliotheca primo nihil inveniri poterat; denique adtulit bibliothecarius amicissimus volumen manuscriptum (eo tempore, mense maio anni 1878, nondum numero ornatum), quod conlationem Milliani textus in Act Cath Paul cum codice B Vaticano 1209 continebat.

Urb-Vat 2 = Evv 157
3 = Act 79 Paul 90
Pio-Vat 50 = Act 80 Paul 91 Apoc 42
53 = Evv 158
Barb 8 = Evv 159
9 = .. 160
10 = .. 161
11 = .. 162
12 = .. 163
13 = .. 164
14 = .. 165
23 = Apoc 43
115 = Evv 166
208 = .. 167
209 = .. 112
211 = .. 168
377 = Act 81
Aug. 2 = L act paul
Vallicell vel Vall
B. 133 = Evv 169
C. 61 = .. 170
C. 73 = .. 171
F. 90 = .. 172
Bas 22 = Evv 173
41 = .. 174
119 = .. 175 (Act 41 Paul 194 Apoc 20)
152 = Evv 176
163 = .. 177
Angel 1 = Evv 178
2 = .. 179
Borg 1 = T evv
2 = Evv 180 (Zoega); [„Borg. 4“] Act 82 Paul 92 Apoc 44 (Engelbreth)
3 = Evrm 37 Prax 7
Zelada = Evv 181
Neapol Reg = Act 83 Paul 93
Laur IV, 1 = Act 84 Paul 94
5 = .. 85 .. 95
Laur IV, 20 = Act 86 Paul 96 (Apoc 75)
29 = Act 87 Paul 97
31 = .. 88 .. 98
32 = .. 89 .. 99 Apoc 45
VI, 11 = Evv 182
14 = .. 183
15 = .. 184
16 = .. 185
18 = .. 186
23 = .. 187
25 = .. 188
27 = .. 189 Act 141 Paul 239
28 = Evv 190
29 = .. 191
30 = .. 192
32 = .. 193
33 = .. 194
34 = .. 195
VIII, 12 = .. 196
14 = .. 197 Act 90
X, 4 = Paul 100
6 = .. 101
7 = .. 102
19 = .. 103
Laur 256 (Aedil 221) = Evv 198
Lect Flor 1 = Evrm 38 = 117
2 = .. 39 = 118
S. Mariae Flor 5 = Evv 199
6 = .. 200
S. Marci Flor 701 = Evv 201 Act 91 Paul 104 (Apoc 94)
705 = Evv 202
707 = .. 203
Bonon 640 = Evv 204 Act 92 Paul 105
Ven 5 = Evv 205 Act 93 Paul 106 (Apoc 88)
6 = Evv 206 Act 94 Paul 107
8 = .. 207

Ven 9 = Evv 208
10 = .. 209 Act 95 Paul 108 Apoc 46
11 = Act 96 Paul 109
27 = Evv 210
33 = Paul 110
34 = .. 111
35 = .. 112
539 = .. 211
540 = .. 212
541 = Evv 355
542 = .. 213
543 = .. 214
544 = .. 215
S. Iohan. in viridario Patavii, nunc Ven. S. Marci Gr. I.
iii = Evv 217
Nanii = U^{evv} (Münter)
(Canonici = Evv 216) (Münter)
Vind Lamb 1 = Evv 218 Act 65 Paul 57 Apoc 33
30 = Evv 123
31 = .. 124
32 = .. 219
33 = .. 220
34 = Act 66 Paul 67 Apoc 34
35 = Act 63 Paul 68
36 = .. 64 .. 69
37 = .. 67 .. 70
38 = Evv 221
39 = .. 222
40 = .. 223

Vind Koll 4 = Evv 108
6 = .. 125
8 = .. 224
9 = .. 225
10 = Paul 71
Esc 1 = Evrm 40
2 = Evv 226 (Act 108 Paul 228)
3 = Evrm 41
4 = .. 42
5 = Evv 227
6 = Evrm 43
7 = Evv 228 (Act 109 Paul 229)
8 = Evv 229
9 = .. 230
10 = .. 231
11 = .. 232
12 = .. 233
Havn 1 = Evv 234 Act 57 Paul 72
2 = Evv 235
3 = Evrm 44 Prax 8
Reg Par 14 = Evv 33 Act 13 Paul 17
50 = Evv 13
Messan 1 = Evv 420
2 = Act 175 Paul 216
Panorm = Paul 217
Syracus = Evv 421 Act 176 Paul 218

Moldenhauerus
Henslerus
Begtrup
Münterus

Codices nonnullos sive codicum partes uncis inclusi quia non videntur a Birchio laudari. Conlatio codicis Par. 14 invenitur in *Var. lectt. ad Apoc.* p. 95 sqq.

Franciscus Carolus Alter (nat. a. 1749, mort. a. 1804), professor Vindobonensis, edidit annis 1786 (vol. 2) et 1787 (vol. 1) „Novum Testamentum ad codicem Vindobonensem Graece expressum." Typis expressit ex professo codicem Evv 218 Act 65 Paul 57 Apoc 33 [et Apoc 34] „quem

solis illis in locis ad editionem Lutetianam Roberti Stephani anni 1546" recensuit „ubi codex vitium exhibere" ei „videbatur". Quae vitia nuncupavit melius lectiones sibi displicentes vocasset, namque arbitrio suo addidit, omisit, mutavit.[1] Tum conlationes codicum viginti Graecorum, duorum Latinorum, quattuor Slavonicorum et editionis Coptici cum textu illo versicolori tot in appendicibus quot erant codices exhibuit; qua lectionum dispersione necnon conlationis cum textibus diversis incertitudine, non est quod dicam incommodum magnum lectoribus factum esse. Reussius enumerat lectiones novas tredecim in textu Alteri.

Contulit (vel edidit) Alter hos codices Graecos (addo vol. et p.):

Evv N^{vind} = 1,999—1001	Evv 219 = 1,1012—1054
Evv 3 Act 3 Paul 3 = 1,704—750; 2,559—630	Evv 220 = 1,414—476
	Evv 224 = 1,1055—1068
Evv 76 Act 43 Paul 49 = 1,375—413; 2,631—688	Evv 225 = 1,528—635
	Act 63 Paul 68 = 2,741—788
Evv 77 = 1,323—374	Act 64 Paul 69 = 2,789—853
Evv 108 = 1,477—527	Act 66 Paul 67 Apoc 34 = 2,415—558
Evv 123 = 1,807—880	
Evv 124 = 1,881—998	Act 67 Paul 70 = 2,689—740
Evv 125 = 1,636—703	Paul 71 = 2,854—920
Evv 218 Act 65 Paul 57 Apoc 33 = 1,1—319; 2,3—411	Apoc 35 = 2,921—940
	Apoc 36 = 2,941—967

De editionibus Knappii quinque (Halae a. 1797. 1813.1824.1829.1840) et successorum eius Schotti (a.1805. 1811.1825; 1839 ed. Baumgarten-Crusius) Tittmanni (ed. ster. a. 1820 et al.), Vateri (a. 1824), non est quod disseram; modo plus modo minus lectiones Elzevirianas pro Griesbachianis deserunt.

Iohannes Martinus Augustinus Scholzius[2] (nat. a. 1794, mort. a. 1852) professor Bonnensis, ecclesiae Romanae theologus, post *Curas criticas* anni 1820 in quibus de

[1] Cf Reussium, *Biblioth.* p. 190—192.

[2] Cf supra, p. 192.193.

codicibus Parisiensibus tractavit et post *Itinerarium* („Biblisch-kritische Reise“) anni 1823 in quo de codicibus Gallicis, Helvetiis, Italicis, Palaestinensibus aliis tractavit, edidit Lipsiae:

N. T. Gr. Textum ad fidem testium criticorum recensuit, lectionum familias subiecit, e Graecis codicibus manuscriptis, qui in Europae et Asiae bibliothecis reperiuntur fere omnibus, e versionibus antiquis, conciliis, sanctis patribus et scriptoribus ecclesiasticis quibuscunque vel primo vel iterum collatis copias criticas addidit, atque conditionem horum testium criticorum historiamque textus Novi Testamenti in prolegomenis fusius exposuit, praeterea synaxaria codicum KM 262.274 typis exscribenda curavit Io. M. A. S. Vol. 1: IV evangelia complectens, Lipsiae a. 1830, p. clxxii, (4), 496 in quarto; vol. 2: actus apostolorum, epistolas, apocalypsim complectens, Lipsiae a. 1836, p. lxiii, 469.

De editione hac, quod ad textum attinet, paucis haec monenda sunt: Scholzium, etsi hic illic lectiones receptas (62 inter mille Reussianos) vel alias (42 inter mille eosdem) praetulit, Griesbachii plerumque textum repetiisse, praecipue in volumine secundo, hoc etiam fecisse, quamquam lectiones Griesbachianae minime familiae Asiaticae fuerunt, quam familiam ex professo Scholzius sequi voluit laudaveratque in dissertationibus de textus recensionibus; Tischendorfius lectiones Scholzii etiam in hac editione octava non missas fecit „cum propterea quod nostra aetate solus inter catholicos theologos in hoc litterarum genere tantos labores suscepit, tum propter nomen quod inde apud theologos utriusque confessionis consecutus est“. In Anglia primo laudatus est textus Scholzii ut qui textui recepto faveret, viri tamen docti mox perceperunt neque editori neque conlatori fidem haberi posse. Quod ad apparatum spectat enumeravit Scholzius primum codices $N^{vat}W^{a}Y$ Evv 260—469 (contulit 5), Act 110—192 (cont. 3), Paul 125—246 (cont. 3), Apoc 51—89 (cont. 1), Evrm 58—181 (cont. 1), Prax 21—58 (cont. 1); ex codicibus non integre conlatis, paucos maiorem partem, plerosque prorsus non

contulit. Praeterea perlustravit codices iam cognitos KMX L^{paul} multosque minusculos, paucissimos integre conferens, nonnullos maiorem partem. Hausit etiam Scholzius lectiones nonnullas ex versionibus, nonnullas ex patrum scriptis. Haec omnia tamen fecit tam incredibili neglegentia ut testimonium eius nisi ab aliis corroboratum ubique in dubium vocandum sit. Testibus Davide Schulzio atque Tischendorfio, in toto libro vix multa leguntur quae falsis non abundent.[1]

Codices Scholzii hodie aliis signis indicati: *Evv* I = N O = Evrm 295 R = Evrm 294 Γ = N; cf infra, caput VIII, 1, num. 81. 82.236.257 *Act* G = L; cf VIII, 2, num. 61.86.112.152 *Paul* I = L 53 et 64 = M frag. vet. ap. Mt. = H; cf VIII, 3, num. 51.60.61. 96.222.223.225.226 *Apoc* $50^2 = 90$

Per hos annos, 1707—1830, movebatur, ut vidimus, controversia inter eos qui textui recepto se addicebant et eos qui testibus antiquis fidere malebant. Harwoodus solus receptum reiecerat, ipse ab aequalibus reiectus. Alii, etiam Griesbachius ille, exemplo fuerunt quam inutile esset textum receptum quasi fundamentum habere in textu constituendo. Hic textui recepto sine luctu vale dicimus; incipit, dilucescit dies novus, dies qui textum veterem quaerit, nulla traditione seriorum saeculorum impeditus.

[1] De Scholzio cf Doedes, *Verhandeling over de tekstkritiek des Nieuwen Verbonds*, Harlemi a. 1844, p. 176—212. Hoc loco etiam commemoretur opusculum Guil. Frid. Rinckii, verbi divini ministri, qui quamvis iudicio satis tenui in rebus criticis praeditus bene de codicibus minusculis conferendis meritus est; *Lucubratio critica in acta app., epistolas catholicas et Paulinas* etc. Basileae a. 1830: *de classibus codicum*, p. 2—19 (cf supra, p. 193, adn. 2); *de codicibus Venetis bibliothecae D. Marci*, p. 19—42: adiit Evv 205 (Act 93 Paul 106 Apoc 88), Evv 206 (Act 94 Paul 107 Apoc 109), Evv 209 (Act 95 Paul 108 Apoc 46); Act 96 (Paul 109), de hoc codice fusius disserit, p. 30—42, Paul 110.111.112 (Rinckii 113 catalogis Scholzii et Tischendorfii abest); *varia lectio, cum animadversionibus criticis*, p. 43—227: lectiones sed non omnes exhibet ex codicibus Act-Cath 93.95.96 (hos numeris Paulinis 106.108.109 significavit) Paul 106.108.109.110.111.112 (113 raro excitatur) Apoc 46 (capp. 1—3); *observationes criticae in evangelia*, p. 228—351.

(3.) 1831—1881: LACHMANNUS—WESTCOTTIUS HORTIUSQUE.

Qui novam aetatem instauravit non theologus sed philologus fuit, Carolus Lachmannus professor Berolinensis, cuius editio stereotypa Novi Testamenti Graece Berolini anno 1831 prodiit, formae minoris, annis 1837 et 1846 mendis paucis sublatis repetita.

Prolegomena desunt, sub finem tamen libri, p. 461, praefiguntur tabulae lectionum textus recepti variarum haec: „De ratione et consilio huius editionis loco commodiore expositum est (*theolog. Studien und Kritiken* 1830, p. 817—845). hic satis erit dixisse, editorem nusquam iudicium suum, sed consuetudinem antiquissimarum Orientis ecclesiarum secutum esse. hanc quoties minus constantem fuisse animadvertit, quantum fieri potuit ea quae Italorum et Afrorum consensu comprobarentur praetulit: ubi pervagatam omnium auctorum discrepantiam deprehendit, partim uncis partim in marginibus indicavit. quo factum est ut vulgatae et nis proximis duobus saeculis *receptae lectionis* ratio haberi non posset. huius diversitas hic in fine libri adiecta est, quoniam ea res doctis iudicibus necessaria esse videbatur." Cf etiam *Stud. und Krit.* a. 1835, p. 570—572.

Tum annis 1842.1850 publici iuris factum est duobus tomis: „N. T. Graece et Latine. Carolus Lachmannus recensuit. Philippus Buttmannus Ph[ilippi]. f[ilius]. Graecae lectionis auctoritates apposuit."[1] Cum tamen lectiones non nisi paucas in editione altera mutaverit (Reussius,

[1] Lachmannus ipse lectiones Latinas apponendas, textum utrumque constituendum curavit. Praefatio tomi primi tractat de codicibus et scriptoribus, in primis de codicibus Latinis, et „de recensendi arte" neque remittit „Graeas" (ita quosdam editionis minoris censores Aeschyleo nomine compellat) viriliter vituperare; praefatio tomi alterius nonnulla de emendatione (pp. iii—xiii) et disputationem de ordine narrationum in evangeliis synopticis (pp. xiii—xxv) praebet.

Quae Lachmannus callidius disseruit de versione vetere Latina, quae etiam meruit de editione versionis Vulgatae Latinae, infra, capite IX, 2, (1), *a* et *b* laudabuntur. Quae de rebus orthographicis et de interpunctione scripsit, vol. 1, p. xxxix—xliv, minime praetereunda sunt. Conferendus est Doedes, *Verhandeling over de tekstkritiek des Nieuwen Verbonds*, Harlemi a. 1844, p. 150—175.

Bibl. p. 244) cumque disertissime de principiis eius criticis in lucubratione illa anni 1830 et in editionis maioris praefatione sententia haud mutata scripserit, nihil impedit quin editiones has simul tractemus.

Statim id animadvertendum est, Lachmannum, consulto ut ita dicam, de ipso textu apostolorum desperasse:[1] „Non peto lectionem veram, quae sane saepe a teste unico servatur, non minus tamen saepe prorsus periit, sed quaero vetustissimam inter eas quae sine dubio late evulgatae sunt."[2] Negat sibi, negat aliis qui textum edere velint, iure aliud optandum esse quam rem criticam ab internis, ut aiunt, indiciis pendentem missam facere et textum historicum atque traditum constituere; quo facto, criticorum alius generis fore censet emendatione et coniectura[3] eruere quae lectio vera sit (p. 820). „Non quod me rectius aliis aut facilius, quid sancti auctores scripserint aut non scripserint, cognoscere posse dicam (nam id neque nunc agitur neque iis qui sibi arrogant invidendum est)" (vol. 1, p. xxxii). Concedit auctoritate testium, quam ex professo sequitur, nonnullis locis lectiones certe non genuinas commendari, nihilominus eam illis etiam locis ducem habere vult.[4]

[1] Lachmanni verba citans non addo nisi paginas Arabicis litteris notatas ex *Stud. und Krit.* supra adlatis, et tomum editionis maioris, additis paginis praefationum litteris Romanis notatis.

[2] „Ich bin gar noch nicht auf die wahre Lesart aus, die sich freilich gewiss oft in einer einzelnen Quelle erhalten hat, ebenso oft aber auch gänzlich verloren ist, sondern nur auf die älteste unter den erweislich verbreiteten:" p. 826.

[3] De qua cf Lachm. vol. 2, p. iii—xiii.

[4] „Nur dies kann man vielleicht dem strenghistorisch constituirten Texte zum Fehler anrechnen, dass er an manchen Stellen für die scheinbar annehmliche Lesart eine wenig verständliche, zuweilen auch eine sicher unrichtige geben wird:" p. 821, cf p. 839. Inde fit ut — etsi Lachmannus ut qui spurii sint expresse reiecit locos Mc 15,28 16,9—20 Lc 24,12, et verba Lc 11,2 ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, γενηθήτω τὸ θέλημά σου 11,4 ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, Lc 24,36 καὶ λέγει... ἡμῶν 24,51 καὶ ἀνεφέρετο

Textum illum vetustissimum et late vulgatissimum invenit Lachmannus sub finem saeculi quarti, tempore Hieronymi.[1] Testificationis momenta sex distinxit (vol. 1, p. viii, cf p. xxxiii sqq.): „[1] Nihil testatius esse potest eo in quo omnes undique auctores consentiunt. [2] paulo minus efficit consensio, si eorum pars taceat vel aliquo modo deficiat. [3] porro maius in testium ex diversis regionibus coactorum concordia firmamentum est quam ab aliquot popularibus vel neglegentia vel quasi compacto ab illis discedentibus periculum. [4] sed ancipitia censenda sunt testimonia, cum longinquorum testium consensus aliorum item locis diiunctorum in diversa testificatione consensu elevatur. [5] incerta sunt quae in aliis regionibus alio, sed constanti singularum consuetudine, tradita sunt. [6] postremo infirma, in quibus ne eaedem quidem regiones consentiunt." Cum tamen testes occidentales non integri sint et partim non nisi Latine exstent, nusquam dedit Lachmannus lectiones quas illi soli testantur.[2] Sed in commentario suo significavit signo aequalitatis (=) lectiones quas testes occidentales omnes testantur negantibus omnibus orientalibus; hae lectiones non citatae sunt in editione minore, neque plerumque Lachmanno videbantur esse

εἰσ τὸν οὐρανον 24,52 *προσκυνήσαντεσ αὐτόν* (vide p. 842—844) — haec omnia in textu eius inveniantur nullo dubii signo notata. Ita etiam re vera pro interpolatis, non pro dubiis, habuit Lachmannus verba uncis inclusa Lc 11,2 22,43.44.64 23,17.23.34.38 24,36 (vide p. 841).

[1] „In einer jüngern Gestalt brauchen wir so leicht keine Stelle zu geben, als wie sie in den letzten Jahren des vierten Jahrhunderts gelesen ward, wie Hieronymus sie in seiner verbesserten Uebersetzung gewährt:" p. 822.

[2] „Die occidentalischen Lesarten sind uns nur unvollständig bekannt, und sie sind uns sehr oft nur lateinisch überliefert .... Daher habe ich vorgezogen, durchaus einen orientalischen Text zu geben:" p. 827.

genuinae;[1] nonnulla excipienda notantur supra (p. 259, adnot. 4). Quaerimus tunc textum quarti saeculi exeuntis orientalem.

Quibus testibus usus est Lachmannus ad textum iam quaesitum constituendum? Cum Griesbachio testes orientales et occidentales distinxit, sed non videtur distinctionem hanc satis accurate tractavisse et prorsus reicit opinionem Griesbachii iustam de partibus codicum A et B inter se dissentientibus quod ad familias sive recensiones textus attinet (p. 825.826). Debebat tamen, cum omnis textus eius ratio a distinctione illa penderet, distinctionem omni cura tractare. Quo modo scire potuit lectiones orientales probandas, occidentales reprobandas esse, nisi vero eas callide distinguere potuit? Sed accipere voluit testes orientales saeculi quarti; quosne accepit? Hos: codices ABC H^{epp} PQTZ, scriptorem Origenem. Ex hisne hauriri potest Novum Testamentum totum? Minime. H^{epp} PQTZ fragmenta sunt et de aliis ita scribit: „In maxima Novi Testamenti parte codices A et B conferre possumus, sed non ubique. Per magnam Matthaei partem (etiam Io 6,68—7,6 8,32—52, sed his locis videtur Wetstenius codicem C facillime legisse, in quo codice deerant ex his non nisi Io 7,3—6 8,32—34) et 2 Co 4,13—12,6 orientalium codicum non habemus nisi B, rursusque inde ab Heb 9,14 (i. e. per epistulas pastorales et per apocalypsim) non nisi A, nisi locis quibus accedit rara et incerta codicis C auctoritas.“ Per quartam fere Novi Testamenti partem habuit igitur Lachmannus vix unde sciret utrum oriens inter varias lectiones variaret necne, neque dubius fuit, quin

[1] „Im Allgemeinen behaupte ich, wie oft auch die occidentalische Lesart an Werth der entgegengesetzten gleich stehen mag, es bleibt immer ein seltner Fall, wenn einmal die nicht schwankende Lesart der Lateiner erweislich die wahre oder der wahren näher ist. Sollen die innern Gründe, nachdem nun der Text einmal ziemlich bestimmt ist, auch etwas gelten und zwischen den zwei Klassen im Ganzen gewählt werden, so muss ich meines Orts mit Hieronymus sagen: *multo purior fontis unda quam rivi;*“ p. 842.

saepe lectio parum vulgata pro unica habita esset.[1] Praeterea de codicibus illis paucis dicens, cautionem adhibendam esse monuit: „In orientis exemplaribus cavendum est ne per temporum latitudinem vagemur et constitutos antiquitatis terminos excedamus, si forte illi tres codices quibus paene solis utimur, quoniam eorum aetas accurate definiri adhuc non potuit, interdum aliquid quarto saeculo nondum cognitum ex novicio usu susceperint:“ (vol. 1, p. xxiv).

Tam pauci tam incerti erant testes Lachmanniani orientales; neve oblitus sis velim neque B illo tempore neque C tolerabiliter exploratum esse. Quid quod hi codices saepe inter se dissentiunt? Hic ad testes occidentales contulit se editor:[2] D^{paul} (Lachmanno Δ) et G^{paul} a b c $d^{evv\ act}$ d^{paul} (Lachmanno f) e^{paul} (ff) g Iren Cypr Lucif

[1] „Aber wenn wir den Umfang jeder von diesen orientalischen Handschriften überschlagen, so ist bald ausgerechnet, dass wir zwar im grössten Theile des N. T. wenigstens A und B mit einander vergleichen können, aber doch nicht überall. In einem grossen Theile des Matth. (Auch Ioh 6,68—7,6. 8,32—52: aber hier grade scheint Wetstein die Handschrift C sehr leserlich gefunden zu haben, und ihr fehlte von diesen Stellen nur Ioh 7,3—6 und 8,32—34) und 2 Cor 4,13—12,6. sind wir von orientalischen Handschriften einzig auf B beschränkt, und von Hebr. 9,14. an (also in den Hirtenbriefen [item in epistula ad Philem.] und der Offenbarung durchaus) einzig auf A, wo uns nicht das immer seltne und oft unsichere Zeugniss von C zu Hülfe kommt. Hiedurch entsteht unvermeidlich der Mangel dass in diesen Theilen nur selten das Schwanken des Orients zwischen mehreren Lesarten erkennbar ist, dass also gewiss oft eine wenig verbreitete für die einzige gelten wird. Wer sich daher meiner Ausgabe bedient, muss auf der Hut sein: wo in diesen Theilen des N. T. nur wenig Abweichungen auf dem Rande zu finden sind, da ist auch weniger Sicherheit dass der Text die gebilligtste Lesart des Orients liefert:“ p. 832.833 cf p. 838.

[2] „Der Widerstreit occidentalischer Zeugen kam nicht in Frage, wo die andere Klasse einstimmig war. Hingegen entschied der Gebrauch des Occidents zwischen den schwankenden orientalischen Quellen:“ p. 827.

Hil h^{apoc} sc. Prim et mixtos $D^{evv\ act}$ E^{act} e^{act} vulg; qui testes et ipsi interdum silent; unus extat in actibus unus in apocalypsi, sed sub finem actuum et in epistulis catholicis nullus (p. 838). Ita infirmitatibus testium orientalium medentur infirmiores occidentales. Quid quod hae infirmitates duae in communem conlatae interdum nihil efficere potuerunt? „Contra lectionem codicis unici orientalis, ubi Vulgata nihil attulit, interdum mihi hanc veniam dedi ut auxilium aliunde quaererem, dico codicum aliorum et aetate et auctoritate inferiorum.“[1] Haec autem audendo principia sua deserebat, methodum suam tam firme positam ad tempus mutabat.

Praeterea, quod iam Lachmanni ipsius verbis notavimus, minime satis fuerunt codices illi tres B saeculi quarti A et C quinti in lectiones saeculi quarti varias et probatissimas tradendas. Bene monuit Tischendorfius: „Si sex vel modo tres alii aetatem tulissent, non magis invicem dissentientes quam ABC, Lachmanni textus recensio mirum in modum immutanda esset“.

Inter codices ab editore adhibitos iam editi erant A $D^{evv\ act}$ E^{act} G^{paul} H^{paul} PQTZ a b c $d^{evv\ act}$ e^{act} g et hos contulerunt Lachmannus sociusque eius Buttmannus satis accurate etsi Tischendorfius in apparatu eorum errores non paucos invenit.[2] Quae Knittelius ex P et Q atque Hearnius ex E^{act} neglegenter ediderant Lachmanno vel Buttmanno non attribuenda sunt. Quod ad codices nondum editos spectat, dolendum est editorem non nisi

[1] „Ich habe mir gegen die Lesart einer einzigen orientalischen Handschrift, wo die Vulgata nicht entschied, zuweilen sogar erlaubt an einem dritten Orte Hülfe zu suchen, nämlich in anderen späteren und gewöhnlichen Handschriften . . . Ich kann es nicht übel nehmen, wenn in diesem Punkt, in welchem ich mich inconsequent weiss, jemand einzelne Stellen anders beurtheilt als ich: doch war es gewiss besser, hie und da die Strenge des Grundsatzes zu brechen, als sich der Willkür eines einzigen Schreibers preis zu geben.“ p. 835.

[2] Tischendorf, *N. T. Gr.* ed. 7 mai., proll. p. cvii. cviii adn.

Miconiano-Bentleianam codicis B conlationem a Woidio Fordoque editam et imperfectam Birchianam, Bartoloccii conlatione ignota, codicis C non nisi Wetstenii conlationem in tomo primo (in tomo altero uti poterat Tischendorfii editione), codicis D^{paul} non nisi Wetstenii conlationem a Griesbachio hic illic emendatam adhibuisse. Eodem modo in textu Vulgatae versionis curando codicis Amiatini conlationem a Fleckio factam satis habuit, etsi ipse Fleckium, hominem „diligentia parum constanti" vituperat (vol. 1, p. xxviii). Facile vel ipse vel per adiutores suos ad hos codices, codice B excepto, adire potuisset.

His artis criticae legibus his instrumentis credidit editor se posse textum Novi Testamenti pure historicum atque firme traditum arbitrio prorsus excluso constituere,[1] qui quasi fundamentum futurus esset in veritate apostolica accuratius eruenda.

Non defuerunt viri docti qui, ut Lückius, etiam editionem primam anni 1831 magna laude celebraverint; multi vero, ut Fritzschii,[2] editionem atque editorem impugnaverunt vel etiam deriserunt, quibus plerumque Lachmannus acerbe neque sine contemptu (cf supra, p. 258, adn. 1) respondit. Tales criticos homines praeviderat editor neque propter vituperationes eorum dolore affectus est eius animus. Aegre attamen tulit Lachmannus De Wettii iudicium: „(vol. 2, p. iv) unum hoc, quod De Wettius, quem virum ego, cum viveret, omnium et verissimum et iustissimum esse iudicavi, omnem operam meam quasi inutilem atque

[1] „Neque in his libris, quorum nullam litteram neglegi oportere sentio, velim quicquam meo arbitratu meoque iudicio definire, sed per omnia auctores sequi et antiquissimos et probatissimos:" vol. 1, p. ix.

[2] De Lachmanni vita et ingenio atque de operibus eius quod ad auctores classicos quos dicunt Romanos et Graecos, et quod ad litteras antiquas Germanicas attinet, confer quaeso librum v. cl. Martini Hertz, *Karl Lachmann: eine Biographie*, Berolini a. 1851; de N. T. editione agitur p. 155—167.

praefestinatam non sine contemptu et opprobriis reiecit, mihi vehementer doluit meque ita depressit, ut mihi totius operae fastidium surreperet et moras nectere inciperem". Inde factum est ut tomus alter usque ad apocalypsim typis exaratus diu in officina remanserit; non ad finem perductus est neque prodiit antequam mortuus est De Wettius.[1] Tischendorfius in prolegomenis ad editionem suam septimam maiorem, p. cxi.cxii, recensuit fortasse severius aequo locos multos ex quibus monstrare tentavit quam inaccurate Lachmannus legibus suis secutus sit. Minime perfecta fuit Lachmanni editio, sed fuit praeclara atque imitatione digna; ipse iam Lachmannus perceperat imitationis initium etiam apud eos qui editionem severe impugnaverint.[2]

Hodie sane, praesertim post vv. cll. Westcottii Hortiique studia, vix erit qui neget textum iam ante finem saeculi quarti idque in oriente variationes plerasque exhibuisse quas hodie videmus. Parum ergo facere videtur qui lectiones varias orientales saeculi quarti quaerat, qui textum illius saeculi instaurare velit. Neque tamen negandum est Lachmannum sive arte sive arbitrio lectiones optimas easque saepe secundi vel tertii saeculi textui intulisse, ut hodie lectiones plurimae Lachmannianae a viris doctis acceptae sint. Reussio teste, praebuit editio prima Lachmanni lectiones novas 108 vel si uncis inclusas conumeras 134, et his locis saepissime cum eo consentit Tischendorfius; in editione maiore et altera non invenit Reussius novas nisi sex. Tischendorfius, qui cum iuvenis primo itinere Parisios peteret

[1] „Dolorem vicit tandem officii suscepti gravitas, quae me commonuit ut ea dum taxat quae olim parata essent conscriberem; quae tam etsi nunc plerisque displicerent, fortasse tamen post haec tempora aliquem ad veram rationem cognoscendam ducere eiusque studia adiuvare possent" vol. 2, p. iv.

[2] „In quorum vocibus, praesertim cum viderem quosdem mea, quae reprehenderent, clam et furtim imitari, consolabar me paucorum amicorum adsensu, quorum exemplo et praeceptis iuniores deposito fastu atque odio ad sanam rationem deductum iri spero" vol. 2, p. iv.

Lachmanni consilium, ut[1] videtur, sequebatur, qui etiam illo tempore iudicium Lachmanni de editione N. T. Tischendorfiana anni 1841 aegre tulit,[2] reprehendit acerbe Lachmanni editionem, sed in prolegomenis quae postremo edidit,[3] haec de viro illo docto scripsit: „Nihilominus libenter agnoscimus, Lachmanni opus utut imperfectum rem criticam iuvisse nobisque ipsis aliisque ut perfectiora quaereremus incitamento fuisse. Ac quum per ultima haec tempora mirabili modo gravissima critices sacrae subsidia tantopere aucta sint ut ipsi Lachmanno, si adhuc in vivis esset, commentarius totus de integro instaurandus esset, accidit ut quam ille viam, insistens Richardi Bentleii vestigiis, in re critica ineundam censuit, ea nunc demum ad bonum certioremque eventum sit perductura." Nomen Lachmanni manebit.

Post editionem Lachmanni minorem late diffusae sunt editiones typis et forma nitidae quas Hahnius[4] et

[1] „Durch einen Abdruck des codex regius Ephraemi und des Claromontanus könnten Pariser Gelehrte sich ein unsterbliches Verdienst um die Kritik des N. T. erwerben": *Theol. Stud. und Krit.* a. 1830, p. 832, adn. a.

[2] Lachmann, *N. T. Gr.* vol. 1 (a. 1842), p. xxiii: „Nam illa editio, si verum dicendum est, tota peccatum est".

[3] *N. T. Gr.* ed. Brockhaus, Lipsiae a. 1873, proll. p. xiv; etiam ed. Tauchnitz p. ix.

[4] Aug. Hahn, *N. T. Gr. Post Ioh. Aug. Henr. Tittmannum . . . secundis curis recognovit . . . A. H.* Ed. ster. Lipsiae a. 1840, ed. Americanam curavit Eduardus Robinsonus, Neo-Eboraci et Bostoniae a. 1842; *N. T. Gr. Ex recensione Aug. Hahnii denuo editum*, ed. ster. Lipsiae a. 1841. „Notitia subsidiorum" editioni praefigitur, p. xix—xxxvi, et lectiones Griesbachii, Davidis Schulzii, Knappii, Scholzii, Lachmanni in margine neque accurate ponuntur. *N. T. Gr. Post Lachmannum et Tischendorfium . . . recognovit . . . A. Hahn*, ed. ster. Lipsiae a. 1861; hac in editione additae sunt variationes melioris notae ex Tischendorfii editione septima critica anni 1859 et ex Apocalypsi a Tregellesio anno 1844 edita; nova praefatio disserit de Lachmanni et Tischendorfii principiis.

Theilius[1] recensuerunt, quae lectiones multas ex Griesbachio nonnullas ex Lachmanno et Tischendorfio praebuerunt, quae tamen propter fundamentum, id est textum receptum quem dicunt, rei criticae nihil profuerunt nisi quod lectiones illas novas disseminaverunt. Idem dicendum est de editionibus Samuelis Thomae Bloomfieldii[2] quae, in Anglia et in America usitatissimae, documento sunt rem criticam eo tempore illis in terris arte critica prorsus caruisse; hoc praeterea apparet ex libris Thomae Hartwellii Hornii[3] (a. 1818—1846) et Samuelis Davidsoni[4] (a. 1839), quibus

[1] Car. Godofr. Guiliel. Theile, *N. T. Gr. Ex recognitione Knappii* [haec posthac omissa sunt] *emendatius edidit* ... C. G. G. T. ed. ster. Lipsiae a. 1844; in adnotatione critica "exhibetur, missis minutioribus, conspectus lectionum editionum Receptae, Griesbachii, Knappii, Scholzii, Lachmanni, Tischendorfii, Hahnii"; — divenditis editionis decimae stereotypae exemplaribus, post obitum Theilii (a. 1854), editio nova adornata est: *N. T. Gr. Theilii editionem recognovit perpetuaque collatione textus et Tregellesiani et Tischendorfiani ante et post inventum Sinaiticum editi locupletavit Oscar de Gebhardt.* Ed. ster. undecima. Lipsiae, 1875.

[2] Bloomfield, *The Greek Testament with English notes* etc. 2 vol. ed. 9, Londinii a. 1855 (ed. 1, a. 1832; ed. 5, a. 1843; ed. 1 Americana, Bostoniae a. 1837). *Additional annotations ... on the N. T.* Londinii a. 1850. *Critical annotations ... on the N. T.* Londinii a. 1860: in hoc libro praebet lectiones multas quas ex codicibus Lambethanis et Musei Britannici hausit; praeter codices 14 Lambethanos a v. cl. Scrivenero conlatos, adiit et ut videtur locis selectis contulit Lambethae *Evrm* 229.230.231.232 *Prax* 60.61 62.63.64. In Museo Britannico hos consuluit (uncis inclusi antea ab aliis vel conlati vel perlustrati sunt): *Evv* (G 44.65.72.113.114. 115.116.117.201.202.438.439.446.478) 490.491.492.493.494.495.496. 497.498.499.500.501.502.503.504 (Scrivenerus negat hunc a Bloomfieldio conlatum esse, *Intr.* ed. 2, p. 219, sed Bl. saepe codicem citat, e. g. Io 7,21 8,7.9.12) *Act* (22.25.26.27.28.59.91) 197.198 *Paul* (31.32.33.34.62.75.104) [Harl 5540.5742?] 253.275 *Apoc* (7.8.94. 97) *Evrm* (25.25^{b}.150.181.182) 187.188.189.190.191.192.193. *Prax* 6.

[3] Horne, *An introduction to ... the holy scriptures*, ed. 9, Londinii a. 1846 (ed. 1, a. 1818); in America ter typis expressa.

[4] Davidson, *Lectures on biblical criticism*, Edenburgi a. 1839.

tunc temporis in Anglia et America summa auctoritas quod ad hanc rem attinet deferebatur.

Vir clarissimus Iacobus Isaacus Doedesius,[1] de praemio a societate Teyleriana Harlemensi proposito certans, librum maximi aestimandum scripsit, qui liber non videtur pro merito cognitus esse. Tribus partibus fusius disserit et acutissime de textus historia, de auxiliis in textu constituendo sive de testibus, de legibus sive de methodo artis criticae cum commentario in locos selectos. Missum „textum receptum" fieri vult et codicem veterem e. g. Alexandrinum typis expressum esse additis lectionibus variis in primis ex codicibus Graecis vetustissimis. Artes liberales cum theologia iunctas id temporis in Batavia magna cum libertate floruisse praeclaro testimonio est quod liber hic et scribi et a societate illa praemio ornari potuit.

In libris Iohannis Georgii Reichii[2] (a. 1847—1862), professoris Gottingensis, criticum oculos, ne dicam gressus, retro flectentem vides: quod tamen ad codices nonnullos minusculos attinet multa non sine fructu suppeditavit.

[1] Doedes, *Verhandeling over de tekstkritiek des Nieuwen Verbonds*, Harlemi a. 1844 formae magnae: pars prima, de textus historia, p. 23—240; pars secunda, de testibus, p. 241—367; pars tertia, de methodo sive de legibus, p. 368—481.

[2] Reiche, *Codicum MSS. N. T. Graecorum aliquot insigniorum in bibliotheca regia Parisiensi asservatorum nova descriptio et cum textu vulgo recepto collatio*, Gottingae a. 1847; codices hos adiit: *Evv* 18 (Act 113 Paul 132 Apoc 51).263 (Act 117 Paul 137 Apoc deest) *Act* 11 (Paul 140).114 (Paul 134).119 (Paul 139).126 (Paul 153).127 (Paul 154); *Act* 12 (Paul 16 Apoc 4).131 (Paul 158) hos duos non nisi descripsit. Lectiones varias invenies codicum *Paul* 132.134.137.139.140.153, p. 46—61; *Cath* 113.114.117.127, p. 61—65; *Apoc* 51, p. 65—73. *Commentarius criticus in N. T. in quo loca graviora et difficiliora lectionis dubiae accurate recensentur et explicantur*, 3 tom. Gottingae a. 1853.1859.1862. Scripsit Reichius, *Codicum . . . collatio*, p. 14, adn.: „Meliorum monumentorum, a Griesbachio Const. recensioni adnumeratorum, textus, *in genere spectatus*, purior est, et genuino, omnium antiquissimo, textui propior, quam Alexandrinorum et occidentalium."

Novum Testamentum ab Eduardo de Muralt[1] editum (a. 1848) parum valet nisi quod conlationes codicum paucorum Petropolitanorum exhibet.

In Anglia praebuit meliora anno 1848 v. cl. Io. Scottius Porterus,[2] Griesbachii et Hugii discipulus; atque tractatus de arte critica biblica anno 1852 a v. cl. Samuele Davidsono[3] editus, in quo Germanorum studiis haud tenuis locus concessus est, prorsus alius fuit atque liber primus Davidsoni et multo melior. In America multa pluris aestimanda, quae ad historiam textus evangeliorum sive ad rem criticam pertinent, et erudite et ingeniose tractavit Andrews Nortonus[4] a. 1846.

De Tischendorfio, Lachmanni discipulo primo, posthac dicam. Anno tertio post editionem Tischendorfianam primam, prodiit cura Samuelis Prideaux Tregellesii (nat. a. 1813, mort. a. 1875). „Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξ ἀρχαίων ἀντιγραφῶν ἐκδοθεῖσα. The book of Revelation in Greek, edited from ancient authorities; with a new English version, and various readings," Londinii anno 1844. Tum anno 1848 mense Augusto *Prospectum* quem dicunt, foras dedit editionis totius Novi

Tregelles.

[1] Muralt, *N. T. Gr., ad fidem codicis principis Vaticani edidit, integram varietatem aetatis apostolicae, versionis II vel III saeculi, codd. Alexandrinorum IV vel V, Graeco-Latinorum VI—VIII s. denuo examinatam, et XI codd. orientalium IV—XV s. nec non Slavonicorum XI—XIII s. nunc primam collatam . . . cum lexidio grammatico adiecit E. de Muralto*, Hamburgi a. 1848 (ed. min. 1846). Muralti MSS signa habent apud Tischendorfium 1^{pe} 2^{pe} etc.

[2] Porter, *Principles of textual criticism, with their application to the Old and New Testaments* . . . Londinii a. 1848, cum 13 tabulis.

[3] Davidson, *A treatise on biblical criticism* . . . 2 vol. Edenburgi a. 1852; vol. 2 spectat ad N. T. Edidit etiam v. cl. Davidsonus versionem Anglicam Novi Test. Gr. Tischendorfii, *The New Testament* etc. ed. 2, Londinii a. 1876, cum praefatione critica; per incuria tamen non ubique Tischendorfii textum secutus est.

[4] Norton, *Evidences of the genuineness of the gospels*, ed. 2, vol. 1 (a. 1846), p. 23—109, et *add. not.* p. iii—cv; inter alia tractantur loci Mc 16,9—20 Lc 9,55.56 22,43.44 Io 5,3.4 7,53—8,11 21,24.25.

Testamenti Graece et Latine: „The Greek New Testament edited from ancient authorities, with the Latin version of Jerome, from the codex Amiatinus." Publici iuris factae sunt partes editionis huius Matt-Marc a. 1857, Lc-Ioh a. 1861, Act-Cath a. 1865, Ro-2 Th 3,3 a. 1869, 2 Th 3,3 Heb-Philem a. 1870, Apoc a. 1872. Editor iam anno 1861 morbo quem apoplexim vocant affectus, et de novo ab inimico illo impugnatus anno 1870, quaesiverat in apocalypsim edendam curas amicissimas v. cl. B. W. Newtoni. Mortuo editore curaverunt prolegomena et addenda, quae anno denique 1879 prodierunt, vv. cll. F. J. A. Hortius atque A. W. Streanius.

Industria maxima praeparavit Tregellesius omnia in hanc editionem. Ter annis 1845—1846, 1849—1850, 1862 continentem, quam dicunt, petiit, anni 1853 Hiberniam, codices unciales Graecos, nonnullos minusculos, codicem Vulgatae Latinum Amiatinum conferens Romae, Florentiae, Mutinae, Venetiis, Monaci, Basileae, Parisiis, Dresdae, Lipsiae, Hamburgi, Dublinii; in evangeliis contulit EGHI^{b}KMRUXZΓΔ 1.33.69 syr cu, in actibus HL 13.31. 61; in epistulis Paulinis DFLM 17.37.47, in apocalypsi 1.14. Conlationes eius plus semel cum conlationibus a Tischendorfio factis contulit, ut utraeque perfectiores fierent. V. cl. Scrivenerus, qui post Tregellesium codicem Evv 69 Act 31 Paul 37 Apoc 14 contulit, testatur Tregellesium exactissime omnia curasse. Romae anno 1845 codicem B vidit, facultas tamen conferendi ei non concessa est. Anno 1861 codicem Zacynthium Ξ (et fragmentum O) Londinii edidit. Scripsit etiam libros optimos de Novi Testamenti textu annis 1854.1856.[1] Haec breviter de Tregellesii studiis quatenus ad Novi Testamenti textum spectant.

[1] Tregelles, *An account of the printed text of the Greek New Testament, with remarks on its revision upon critical principles*, Londinii a. 1854, et *Introduction to the textual criticism of the New Testament*, in libro, *Horne's Introduction* etc. vol. 4, ed. 10, Londinii a. 1856 et ed. 11, a. 1863, append. p. 751—774.775—784.

Editio tum eius amplissime lectionibus cum Graecis et Syriacis plerumque ab editore ipso conlectis, tum Aegyptiacis, Aethiopicis (adiuvante v. cl. Prevosto), Armeniacis (adiuvante v. cl. Rieu), denique ex patribus usque ad Eusebium, Graecis praesertim Origene atque Eusebio, Latinis Tertulliano, Cypriano, Hilario, Lucifero Calaritano, Primasio, ornata est.[1] Textum praebet quem statuere potuit vetustissimum, et hoc proposito pariter atque testibus latius petitis ratio eius a Lachmanniana differt; nihilominus plerisque locis eadem ab utroque editore leguntur. Evangelia edita sunt antequam codex Sinaiticus publici iuris factus esset et ante studia recentioria Tischendorfii codicem B Vaticanum spectantia. Si haec eum non defecissent, saepius cum Tischendorfio consensisset. In apocalypsi variat textus Tregellesii novus, teste Scrivenero, locis 229 ab editione anni 1844. Quod ad textum Tregellesianum totum attinet, infra in conlatione videbit lector quam paucis locis a Tischendorfio differat. In editione hac octava edenda partem unamquamque Tischendorfius publici iuris non fecit priusquam Tregellesii fasciculus eosdem libros continens editus esset.

Cum vero editio Tregellesii maximi aestimanda ipsa sit, laus tamen viri illustrissimi magis celebranda est quod populares suos a textus recepti adoratione revocavit eosque ad Bentleii principia reduxit. Diu solus fere atque vituperatus laboravit, sed sub vitae finem gavisus est, quod inter alios multos viri etiam spectatissimi cum Alfordius tum Westcottius Hortiusque viam eandem textus ex veteribus testibus quaerendi ingressi sunt.

Nomina Tregellesii atque Tischendorfii intime coniuncta sunt. Tempore fere eodem nati, mortui eodem fere tempore sunt eodem morbo, utriusque editione Novi Testamenti nondum absoluta. Praecelluit Tischendorfius operum numero

[1] In addendis addidit v. cl. Hortius multas lectiones ex patrum scriptis.

et magnitudine et honorum tam privatorum quam publicorum splendore; Tregellesius corpore fragili reque angusta domi impeditus praestabat principiorum criticorum firmitate eorumque usu ad textum definiendum. Duces hi iisdem studiis dediti amicitia diuturna inter se coniuncti sunt, ita ut studiorum fructus alter cum altero saepe communicaret: et dissensione quadam paulisper facta in concordiam multis annis ante utriusque mortem reversi sunt.

Henricus Alfordus edidit Londinii annis 1849—1861 N. T. Graece. In evangeliis anno 1849 noluit nisi textum ad tempus constitutum edere, quod tamen propositum iam anno 1852 in tomo secundo mutavit. Textum quaerit ex codicibus non solum antiquis sed etiam inferioris aetatis. Ad manus non habeo nisi editionem primi tomi septimam anni 1874, alterius sextam a. 1871, tertii quintam a. 1871, quarti quintam a. 1875. Praebet liber praeter textum Graecum, lectiones varias selectas, adnotationes marginales, commentarium critico-exegeticum, prolegomena historico-critica. Hausit editor apparatum plerumque ex aliorum libris sed ipse codicem B Vaticanum locis selectis contulit atque lectiones novas ex w^e a v. cl. P. E. Puseio conlectas praebet; in editione primi tomi quarta primus lectiones ex codice T pro Lc22,20—23,20 exhibuit, loco a fratre eius B. H. Alfordo conlato. Videtur textus plerumque Tregellesii textui propior esse quam Tischendorfiano.

Tregellesio ducente plerique Angli ad Bentleii principia redierunt, non tamen desunt viri docti quibus haec novitas vix placeat. Inter hos eminet vel saltem eminebat v. cl. Fridericus Henricus Ambrosius Scrivenerus, hodie vicarius Hendonensis atque prebendarius Exoniensis, qui textum Stephanicum iterum iterumque edidit, additis lectionibus Elzevirianis, Bezanis, Lachmannianis, Tischendorfianis, Tregellesianis, novissime etiam anno 1881 N. T. Gr. textum a translatoribus versionis Anglicae a. 1611 adhibitum additis non nisi lectionibus eorum qui nuper versionem Anglicam recensuerunt.

Praeter hos libros utilissimos publici iuris fecit Scrivenerus industria indefessa libros multos et codices et conlationes et tractationes quorum tituli infra ponuntur[1] et argumenta passim laudantur. Ipse Scrivenerus in recentibus libris codices antiquissimos pluris quam antea videtur aestimare. Non possum Scrivenerum adducere, nisi v. cl. Iohanne Guil. Burgonio amico auxiliarique Scriveneri commemorato, qui non solum dissertationem[2] doctam de Marci evangelii fine scripsit, sed itineribus longis codices multos minusculos in Gallia et Italia inspexit locisque selectis contulit.[3] Dolendum est eum horum laborum fructus non nisi in actis *The Guardian* dictis reposuisse difficillimis aditu, sed Scrivenerus multa ex iis praebet in *Introductione* sua.

Contulit Scrivenerus (sive quod ad quattuor codices spectat conlationem edidit) codices quinquaginta unum (ipse septuaginta enumerat, quod partem unamquamque Evv Act-Cath Paul Apoc separatim distinguit); libri annorum 1853 et 1859 hoc in catalogo *Coll.* et *Aug.* significantur:

[1] Scrivener, *A supplement to the authorised English version of the New Testament*, vol. i, Londinii, 1845; *A full and exact collation of about twenty Greek manuscripts of the holy gospels*, Cantabrigiae et Londinii a. 1853; *An exact transcript of the codex Augiensis, . . . to which is added a full collation of fifty manuscripts . . . with a critical introduction*, Cantabr. et Lond. a. 1859; *N. T. textus Stephanici A. D. 1550. Accedunt variae lectiones editionum Bezae, Elzeviri, Lachmanni, Tischendorfii, Tregellesii*, Cantabr. 1860.1862.1867.1872.1873.1875.1877 (etiam fortasse aliis annis); *A plain introduction to the criticism of the N. T.* Cantabr. a. 1861, ed. 2, a. 1874; *A full collation of the codex Sinaiticus with the received text of the N. T.: to which is prefixed a critical introduction*, Cantabr. a. 1864, ed. 2, a. 1867; *Bezae codex Cantabrigiensis . . . edited with a critical introduction, annotations, and facsimiles*, Cantabr. a. 1864; *Six lectures on the text of the N. T.* Cantabr. a. 1875 (hunc non vidi); *The N. T. in the original Greek according to the text followed in the authorised version together with the variations adopted in the revised version*, Cantabr. a. 1881.

[2] Burgon, *The last twelve verses of the gospel according to S. Mark*, Oxon. et Lond. a. 1871; frustra hos versus defendit.

[3] Vide infra, cap. VIII, 1, Evv 597.

1. EVANGELIORUM:

a: Evv 470 = Coll. p. xxvi,
b: .. 471 = ... xxvii,
c: .. 472 = ... xxix,
d: .. 473 = ... xxxi,
e: .. 474 = ... xxxiii,
f: .. 475 = ... xxxiv,
g: .. 71 = ... xxxvi,
h: .. 476 = ... xxxviii,
i: .. 477 = ... xxxiii,
j: .. N = ... xl,
k: .. 478 = ... xl,
l: .. 479 Act [g] Paul [g] = Coll. p. xliii,
L: .. 61 Act [m] 31 Paul [m] 37 Apoc [f] 14 = Aug. p. xl,
m: .. 201 Act [h] 91 Paul [h] 104 Apoc [b] 94 = Coll. p. xliv,
n: Evv 480 Paul [j] 250 = Coll. p. xlvi,
o: .. 481 = Coll. p. xlviii,
p: .. 482 = Coll. p. xlix,
q: .. 483 Act [f] 194 Paul [f] 251 = Coll. p. li,
r: .. 484 = Coll. p. lii,
s: .. 485 = Coll. p. liv,
t: .. 486 = Coll. p. lv,
u: .. 487 (a G. Benneto conlatus) = Coll. p. lvii,
v: .. 440 Act [o] 111 Paul [o] 221 = Aug. p. xxxv,
v: .. 488 (a C. Burneio conlatus) = Coll. p. lvii,
w: Evv 489 Act [k] 195 Paul [k] 252 = Aug. p. xxxviii.

2. ACTUUM ET EPISTULARUM CATHOLICARUM:

a: Act 214 Paul [a] 270 = Aug. p. lv,
b: Act 215 Paul [b] 271 = Aug. p. lvii,
c: Act 216 Paul [c] 272 (a. W. Sandersono conlatus) = Aug. p. lviii,
d: Act 217 Paul [d] 273 = Aug. p. lix,
e: Act 218 (ab I. Fentono conlatus) = Aug. p. lxi,
f: cf Evv q,
g: cf Evv l,
h: cf Evv m,
j: Act 219 = Aug. p. lxiii,
k: cf Evv w,
l: Act 24 Paul 29 = Aug. p. lxiv,
m: cf Evv L,
n: Act 53 Paul 30 = Aug. p. lxvi,
o: cf Evv v,
p: Act 61 = Aug. p. lxviii.

3. EPISTULARUM PAULINARUM:

a b c d f g h k l m n o ut supra ad Act,
e: Paul 290 Apoc [a] 93 = Aug. p. lxii,
j: cf Evv n.

4. APOCALYPSIS:

a: cf Paul e
b: cf Evv m
c: Apoc 31 = Aug. p. lxx,
d: Apoc 8 (Act 28 Paul 34) = Aug. p. lxxi,
e: Apoc 29 (Act 60 Paul 63) = Aug. p. lxxi,
f: Apoc 14 (Evv 69 Act 31 Paul 37) = Aug. p. xl,
g: Apoc 95 = Aug. p. lxxii,

h: Apoc 96 = Aug. p. lxxiii,
j: Apoc 97 = Aug. p. lxxiv, [N. T.]
k: Apoc 98 = Aug. p. lxxv,
l: Apoc 7 (Act 25 Paul 31) = Aug. p. lxxvi,
m: Apoc 87 (Act 178 Paul 242) = Aug. p. lxxvi,
n: Apoc 28 = Aug. p. lxxvii.

5. EVANGELIARIORUM:

H: Evrm 150 = Aug. p. xlvii,
P: „ 181 = „ „ l,
P^2: „ 182 = „ „ lii,
x: Evrm 183 = Coll. lix,
y: „ 184 = „ lxi,
z: „ 185 = „ lii.

6. PRAXAPOSTOLORUM:

fragm. ex Evrm z:
Prax 59 = Aug. p. liv,
a^2: Act 214 Paul 270 Prax 87 = Aug. p. lvi.

Novi fuerunt hi codices nisi Evv g j L m v Act-Cath h l m n o p Paul k l m n o Apoc c d e f l n Evrm H. Codices qui sequuntur notavit Tischendorfius aliis quam Scriveneri signis:

Evv	*Act-Cath*	*Paul*	*Apoc*		*Evrm*
g: 71	h: 91	k: 104	a: 93	g: 95	H: 150
j: N	l: 24	l: 29	b: 94	h: 96	
L: 69	m: 31	m: 37	c: 31	j: 97	
m: 201	n: 53	n: 30	d: 8	k: 98	
v [Cant.]: 440	o: 111	o: 221	e: 29	l: 7	
	p: 61		f: 14	m: 87	
				n: 28	

Codex *v* evangeliorum a Burneio non nisi Mc 1,1—4,16 Io 7,53—8,11 conlatus est, et in libro *Coll.* a Scrivenero v insignitus; sed in libro *Aug.* adhibuit Scrivenerus signum v pro codice Evv 440 (Tischendorfii $cant^{scr}$) et in libro *Intr.* ed. 2, signum *v* codici illi a Burneio conlato dedit; nihilominus in libro *Aug.* usus est Scrivenerus signo *v* pro codice 440 in locis illis Mc 1,1—4,16 Io 7,53—8,11.

Mens liberior spirat in scriptis v. cl. Thomae Sheldoni Greenii,[1] olim collegii Christi Cantabrigiae socii, qui textu ex testibus antiquis hausto plerumque cum Tregellesio atque Tischendorfio consentit. Dignae sunt quae nominentur

[1] Green, *A course of developed criticism on passages of the N. T. materially affected by various readings*, Londinii [a. 1856]. Acri iudicio tractantur loci 205. *The twofold N. T.: being a new translation accompanying a newly formed text*, Londinii [a. 1865]. *A critical appendix to the twofold* N. T. [Londinii anno circiter 1871].

editiones textus Graeci Apocalypsis a v. cl. Guilelmo Kelleio[1] anno 1860 publici iuris facta, et Novi Testamenti Anglice versi a v. cl. Iohanne Brownio McClellano[2] ex textu novo Graeco.

V. cl. Ezra Abbotus, professor Cantabrigiae in America, inde ab anno 1856[3] textui Novi Testamenti operam dedit et, etsi textum publici iuris non fecit, multa quae ad N. T. textum attinent et scripsit et edidit.[4] In editione Americana libri Smithii, *Dictionary of the Bible*, annis 1866—1870 nonnulla ad N. T. textum spectantia addidit, et annis 1872—1881 multus erat in recensione illa Novi Testamenti Anglici. Ipse minime praeterire possum partem illam laborum Abboti, quae ad aliorum scripta attinet; iudicio, eruditione, accuratione, amicitia, omni modo per multos

[1] Kelly, *The Revelation of John, edited in Greek, with a new English version, and a statement of the chief authorities and various readings*, Londinii a. 1860.

[2] McClellan, *The N. T. . . . a new translation . . . from a critically revised Greek text . . . harmony of the four gospels, notes and dissertations. Vol. 1. The four gospels*, Londinii, a. 1875. V. cl. McClellanus censet ℵ et B pessimos esse codices.

[3] Abbot, „Various readings etc.“ in appendice libri Nortoni *A statement of reasons* etc. ed. 2, Bostoniae a. 1856, p. 432—482.

[4] Abbot, „On the reading ‚only-begotten *God*,‘ in John i. 18,“ *Bibliotheca Sacra*, 1861, p. 840—872; editio libri [Guilelmi Ormii], *Memoir of the controversy respecting the three heavenly witnesses 1 John v. 7*, Bostoniae a. 1866 et post; editio libri C. F. Hudsonii, *A critical Greek and English concordance of the N. T.* Bostoniae a. 1870 (et. 1871.1875.1877.1881); „On the comparative antiquity of the Sinaitic and Vatican manuscripts of the Greek Bible,“ *Journal of the American Oriental Society*, vol. 10 [1872], p. 189—200 et p. 602; „The late professor Tischendorf,“ *Unitarian Review*, a. 1875, mense martio p. 217—236; „On the reading, ‚*An* only-begotten *God*‘ or ‚*God* only-begotten‘ John i. 18,“ *Unitarian Review* a. 1875, mense iunio, p. 560—571; „On the reading ‚Church of *God*‘, Act xx. 28“, *Bibliotheca Sacra*, a. 1876, p. 313—352; „The N. T. text,“ in libro *Anglo-American Bible revision*, Novi Eboraci a. 1879, p. 86—98.

annos multis et in primis iuvenibus textus sacri studiosis subvenit, corrigens, suggerens, restringens, incitans.[1]

Per aliquot annos fere nihil in Gallia de N. T. textu publicatum est, commemoranda tamen est dissertatio v. cl. Bergeri de Xivrey, „Mémoire sur le style du Nouveau Testament et sur l'établissement du texte"[2].

Westcott et Hort.

Viri clarissimi Brookius Fossius Westcottus et Fentonus Iohannes Antonius Hortius, uterque hodie professor Cantabrigiae in Anglia, uterque critico Novi Testamenti studio praestans, uterque spectatus iam et diu cognitus propter libros et dissertationes eruditas,[3] publici iuris fecerunt N. T. Graece omnibus numeris absolutum. Laboribus iam ante annos

[1] Hoc loco commemorandus est tractatus egregius viri docti Guilelmi Hayes Ward, *Examination of the various readings of* 1 Tim. iii. 16, *Bibliotheca Sacra,* Andoverae a. 1865, pp. 1—50, nec non dissertationes duae a v. cl. A. Wellingtonio Tylero scripti: „Our Lord's sacerdotal prayer [Ioh xvii]. A new critical text etc." et „Paul's panegyric of love. A new critical text etc.", *Bibliotheca Sacra* a. 1871, p. 323—333 et a. 1873, p. 128—143.482—520. In altera Tyleri dissertatione editorum priorum apparatus criticus ad 1 Co 12,27—13,13 summa cura correctus et valde auctus est, testimoniis patrum praesertim mirabili diligentia conlectis.

[2] *Mémoires de l'institut impérial de France, académie des inscriptions et belles-lettres*, Parisiis, vol. 23 [1858], p. 1—144. Separatim impressa, *Étude sur le texte et le style du Nouveau Testament par J. Berger de Xivrey*, Paris, 1856, 8°. pp. (4), 164.

[3] Westcott, *The Bible in the church*, Lond. 1864; *An introduction to the study of the Gospels*, Cantabr. et Lond. a. 1851, ed. 6, a. 1881; *A general survey of the history of the canon of the N. T.* Cantabr. et Lond. a. 1855, ed. 5, 1881; *St. John's Gospel. Introduction, commentary, and critical notes*, in *The Holy Bible* etc. *edited by F. C. Cook*, N. T., vol. ii. Lond. 1880; „New Testament", „Vulgate" et tractatus alios multos in libro Smithii, *Dictionary of the Bible;* — Hort, *Two dissertations* I On ΜΟΝΟΓΕΝΗΣ ΘΕΟΣ *in scripture and tradition* II *On the „Constantinopolitan" creed and other eastern creeds of the fourth century*, Cantabr. et Lond. 1876, „Bardaisan," „Basilides" et tractatus alios multos in libro Smithii, *Dictionary of Christian biography.*

multos susceptis, textum Graecum ad tempus constitutum cum viris nonnullis doctis communicaverunt editores annis 1871—1876, tum iterum recognitum introductione uberrima atque appendice ornatum opus duobus tomis anno 1881 ediderunt. Iam supra, p. 198—201, dictum est de laboribus virorum cll. quod ad textus familias attinet, ex quibus apparebit quae methodus textus recensendi iis probetur. „Volunt editores verba Novi Testamenti originalia accurate exhibere quatenus ex testibus hodie cognitis constitui possunt. Ubique diligenter consideraverunt unamquamque testium classem, pariter atque ea quae experientia rerum criticarum multifaria per saecula duo proxima docet. Iudicium de textu constituerunt auctoritate testium, et in auctoritate unicuique testi pariter atque testium classi attribuenda fundamentum necessarium habuerunt historiam atque genealogiam testium.“ Ex conlatione infra posita videbit lector quam saepe textus Westcotti et Hortii cum illo Tischendorfii ut et Tregellesii consentiat neque lectores latebit consensum multo maiorem futuram fuisse, si Tischendorfius lectiones marginales praebuisset. Editionis pretium praeterea inde maius est quod ubique lectiones quae textui auctoritate fere aequales sunt in margine posita sunt; neque missa fecerunt editores nonnulla Occidentalia, quae, etsi minime textus partem faciunt, propter textus tamen historiam virorum Novi Testamenti studiosorum interesse possunt; haec signis ⊣ ⊢ inclusa margini adsociantur. Editores docti praeterea emendationes ex coniectura prorsus reicere nolunt, etsi ipsi in editione populari quam fecerunt nihil dant quod non testibus codicibus nititur: loci quibus lectionem veram nullus fere testis servasse videtur signo † in margine notantur, ut qui coniecturae auxilio egeant.

V. cl. Bernhardus Weissius, professor Berolinensis, condidit in adnotationibus librorum, quos supra (p. 127, adn. 4) commemoravimus, multa maximi aestimanda de lectionibus

veris praesertim in evangeliis, fructus studiorum accuratissimorum et indefessorum.

Viri docti tam Angli quam Americani qui versionem Novi Testamenti Anglicam iam annis 1870—1881 curaverunt, quamquam textum Graecum non constituerunt, locos tamen multos diligentissime tractaverunt. Quae eis placuerunt haurienda sunt ex N. T. Gr. editionibus Scriveneri (cf supra, p. 272, et p. 273 adn. 1) et E. Palmeri.[1]

De emendationibus textus Novi Testamenti ex coniectura haustis disseruerunt viri clarissimi Van Manen[2] et Van de Sande Bakhuysen,[3] qui incautius coniecturas liberrime adhiberi volunt.

(4.) DE TISCHENDORFII EDITIONIBUS: 1841—1872.

Anno 1840 mense octobri ineunte ad finem perduxit Tischendorfius editionem suam primam: „Novum Testamentum Graece" Lipsiae a. 1841; vide supra, p. 8.

Prolegomenorum fuerunt partes quattuor, quarum prima pagg. i—l commentationem exhibuit „de recensionibus quas dicunt textus Novi Testamenti, ratione potissimum habita Scholzii," quam commentationem Tischendorfius exeunte mense illo octobri publice defendens theologiam in academia Lipsiensi docendi veniam impetravit; pars altera tractavit de editionis ornandae consilio et ratione,

[1] Palmer, *The Greek Testament with the readings adopted by the revisers of the authorised version*, Oxonii a. 1881. V. cl. Eduardus C. Mitchellus, professor ecclesiae Baptistae Parisiensis, tabulas codicum, versionum, patrum optime edidit in libro: *Critical handbook*, Londinii et Andoverae a. 1880, p. 65—143; *Les sources du Nouveau Testament*, Parisiis a. 1882.

[2] W. C. Van Manen, *Conjecturaal-kritiek toegepast op den tekst van de schriften des Nieuwen Testaments*, Harlemi a. 1880.

[3] W. H. Van de Sande Bakhuysen, *Over de toepassing van de conjecturaal-kritiek op den tekst des Nieuwen Testaments*, Harlemi a. 1880. Cf. v. cl. Oscarum de Gebhardt, *Theologische Literaturzeitung*, Lipsiae a. 1881, col. 540—543.

tertia de editionibus cum textu edito conlatis, quarta de subsidiis criticis. Fautor huius editionis praeter ceteros exstitit David Schulzius[1] professor Vratislaviensis, — qui et posthac Tischendorfium diligenter laborantem amore favoreque locupletavit, — neque elapsi sunt anni multi antequam exemplaria omnia venierunt quamquam Lachmanno, nescio an discipulum non cognoscenti vel famae rivalem iam providenti, editio „tota peccatum“[2] fuit. Teste Reussio consensit Tischendorfius hac in editione cum textu recepto non nisi locis 280 ex mille Reussianis, cum Griesbachio locis 569, cum Lachmanno locis 735. Lectiones novas in locis Reussianis praebet 35.

Post biennium fere publici iuris factae sunt editiones duae Parisiis:

a. altera, „N. T. Gr. ad antiquos testes recensuit, lectionesque variantes Elzeviriorum Stephani Griesbachii notavit C. T.“ Parisiis, Ambr. Firm. Didot. a. 1842, Fr. Petro Guilelmo Guizotio dedicata. Textus nonnullis praesertim in evangeliis mutatis plerumque accommodatus est ad editionem Lipsiensem anni 1841 (Reussius enumerat inter suos locos quinquaginta quibus editio Parisiensis a Lipsiensi differt, atque lectiones novas duodecim), cui editioni iterum lectiones editionis Parisiensis Neapoli Lipsiam missas aestate anni 1843 addidit Tischendorfius. Praeterea continet editio haec Parisiensis non Catholica paginas viginti duas prolegomenorum novis studiis ornatorum, et paginas nonaginta unam lectionum variantium in appendice. Dolebat editor quod liber pessime typis expressus est, neque sciebat utrum correctiones postea Parisios missae adhibitae essent.

b. altera, „N. T. Gr. et Lat. In antiquis testibus textum versionis Vulgatae Latinae indagavit, lectionesque

[1] Schulzius scripsit censuram uberrimam in actis, *Neue Jenaische allgemeine Litteratur-Zeitung*, no. 145.146.147. Conferendus est etiam Doedes (*ut supra*, p. 268, adn. 1), p. 212—222.

[2] Lachmannus, *N. T. Gr. et Lat.* Berolini a. 1842, vol. 1, p. xxiii.

variantes Stephani et Griesbachii notavit, viro s. venerabili Jager in consilium adhibito, C. T.“ Parisiis, Ambr. Firm. Didot. a. 1842, archiepiscopo Parisiensi Dionysio Augusto Affreio dedicata. Editio haec Parisiensis Catholica ita comparata est ut textus Graecus cum testibus antiquis et in primis cum Latino Vulgatae versionis textu quoad fieri posset consentiret. Jagerus, qui consilium libri ita edendi Tischendorfio dederat, rapuit posthac laboris honorem et nomen suum in titulo posuit tanquam auctor „una cum C. Tischendorf“ delevitque Tischendorfii nomen sub finem dedicationis. Nisi fallor, dignior fuit editio raptore tali Jagero quam theologo Lipsiensi.

Peto ex lectore ut catalogum operum Tischendorfii supra p. 8—10 inde ab anno 1842 usque ad annum 1848 legat quo facilius intelligat quantis laboribus Tischendorfius se praeparaverit ad editionem novam parandam. Haec prodiit hoc titulo, „N. T. Gr. Ad antiquos testes recensuit, apparatum criticum multis modis auctum et correctum apposuit, commentationem isagogicam praemisit C. T. Editio Lipsiensis secunda“ a. 1849. Prolegomena paginarum nonaginta sex fusius quam ante rem criticam tractaverunt, sed hic illic non bene in ordinem redacta sunt. De textu mox dicam. Iam anno ineunte 1856 venierunt exemplaria ultima huius editionis.

Commemorandae sunt hoc loco editiones Novi Testamenti vel evangeliorum nonnullae, quae magis in usum communem vel academicum quam in usum rei criticae studiosorum elaboravit Tischendorfius:

a. Tauchnitiana. Haec editio stereotypa, quam dicunt, prodiit anno 1850 apud Bernhardum Tauchnitium, non tantum sola, sed etiam cum Vetere Testamento a Carolo G. Guilelmo Theilio anno 1849 edito. Exhibuit, non nisi paucis recognitis, textum editionis anni 1849, lectione Elzeviriana sub textu notata. Iterum repetita est anno 1862 eodem textu sed novis prolegomenis et anno 1873 cum

textu editionis octavae, lectionibus codicis Sinaitici additis. Hanc ultimam editionem recognovit v. cl. Oscarus de Gebhardt paulatim per annos hos; absoluta recognitione anno 1880, nomen eius additum est editioni in prolegomenorum epilogo.[1]

b. Synopsis. Anno 1851 edita est apud (Avenarium et) Mendelssohnium, Lipsiae, „Synopsis evangelica ex quattuor evangeliis ordine chronologico concinnata brevi commentario illustrata, ad antiquos testes recensita", textu nonnullis locis emendato; repetita est editio anno 1854. Editio anni 1864 emendata est adhibito codice Sinaitico,[2] itidem editio anni 1871 ad normam editionis octavae criticae recensita; haec repetita est anno 1878. Videtur synopsis haec in Britannia Magna plerumque in usu esse.

c. Academica. Novum Testamentum Graece quod primum in triglottis (Gr. Lat. Germ.) anni 1854 apud (Avenarium et) Mendelssohnium, Lipsiae prodiit, editum est separatim anno 1855 nomine editionis academicae, argumentis et locis parallelis notatis, sectionibus Ammonii Eusebiique canonibus additis, lectionibus textus quem dicunt receptum in margine commemoratis. Postquam mille exemplaria venierunt, repetita est editio anno 1857; anno 1858

[1] Repetiit Gebhardtus textum Tischendorfianum bis in libris, *N. T. Gr. et Germanice*, Lipsiae a. 1881, et *N. T. Gr.* Lipsiae a. 1881, additis textui Graeco lectionibus Tregellesii et Westcotti Hortiique, textui Germanico lectionibus editionis Erasmianae secundae et editionum versionis Lutheri praecipuarum. Praebet etiam *N. T. Gr.* sub finem nonnulla ex codicibus melioribus praesertim novas aliquas lectiones ex codice Rossanensi (Σ) a Gebhardto atque Harnackio reperto.

[2] Synopsis editio anni 1864 inde nisi fallor memorabilior est quia tum primum adhibuit Tischendorfius codicem novum Sinaiticum in textu constituendo. V. cl. Fridericus Gardinerus edidit evangeliorum synopsim sub titulo: *A harmony of the four gospels in Greek, according to the text of Tischendorf; with a collation of the textus receptus, and of the texts of Griesbach, Lachmann, and Tregelles*, Andoverae a. 1871; ed. repetita, addita dissertatione de principiis criticae artis, a. 1876.

prodiit in Novo Testamento Graece et Latine ex triglottis. Eadem editio (ad textum denique editionis octavae recognita a. 1873), repetita est annis 1861.1864.1867.1870.1873. 1875.1878.1880.1881.1883.

d. Brockhausiana. Editio Novi Testamenti Graece, quae ultima e manibus Tischendorfii prodiit, „N. T. Gr. ad editionem suam VIII criticam maiorem conformavit, lectionibusque Sinaiticis et Vaticanis item Elzevirianis instruxit C. de T.“ Lipsiae F. A. Brockhaus a. 1873, data est mense ianuario anni 1873, quo anno die 5 mensis maii morbus ille lethalis editorem cepit.

Redeo ad annum 1859. Iterum lectorem ad catalogum, supra p. 11—15, ablego, ut praeparationes editionis huius anni percurrat, quod ante tempus emiserat Tischendorfius in vulgus plus quindecim exemplarium milibus Novi Testamenti. Post I Lipsiensem anni 1841, II et III Parisienses anni 1842, IV Lipsiensem secundam anni 1849, V Lipsiensem-Tauchnitianam anni 1850, VI Lipsiensem-triglotto-academicam annorum 1854—1858 — numerata est editio anni 1859 septima. Typis exscripta sunt forma duplici, maiore et minore, exemplarium tria milia et quingenta. Forma maior duobus voluminibus exhibuit apparatum criticum usque tunc uberrimum, quo uberiorem editio nulla nisi haec Tischendorfii ipsius octava exhibet. Prolegomena quamquam partim ex editione anni 1849 exscripta, locupletissima, paginas 278 impleverunt; fortasse propter iter, quod eo tempore molitus est, hic illic minus ad mentem auctoris exacta sunt. Forma minor ex maiore excerpta est eo modo ut testimonia fusiora minoraque omitterentur, praebuit tamen ipsa apparatum criticum pleniorem iis, qui in editionibus Wetstenii, Griesbachii, Scholzii, Lachmanni infuerunt.

Editio octava haec etiam forma duplici exscripta est. Formae maioris volumina prior et altera prodierunt annis 1869 et 1872, sed morbo et morte impeditus est Tischendorfius quominus prolegomena pararet.

1849 1859 1869—1872.

Restant nonnulla addenda de textus recensionibus Tischendorfianis, id est, de editionibus eius principibus tribus annorum 1849 1859 1869—1872. Reussius testatur textum anni 1849 cum Elzeviriano locis 352, cum Griesbachiano locis 622, cum Lachmanniano locis 655 consentire, et ex his Tischendorfium et Lachmannum locis 212 inter se consentientes a ceteris discrepare; locis 853 ex mille servare Tischendorfium lectionem iam ab illis expressam. Textus ita lectiones receptas et Griesbachianas commendans, Lachmannianas respuens, deserit editionem Lipsiensem anni 1841 locis 183, Parisiensem anni 1842 locis 201. Invenit Reussius lectiones plures primum a Muralto receptas, et nonnullas Complutenses, Harwoodianas, Macianas; ex novis lectionibus decem affert.

Textus anni 1859, quod ad evangelia attinet, propius ad textum receptum accedit, unde et hodie in primis viris textui recepto deditis probatur; errore attamen huius methodi viso in epistulis longius a textu recepto recedit quam anno 1849. Reussius invenit locos 395 (ex eius mille) quibus Tischendorfius cum Elzeviriano, 671 cum Griesbachiano, 662 cum Lachmanniano consentit; lectionem plane novam observavit Reussius nullam. Scrivenerus, textus recepti defensor, locos 1296 (430 nihil sunt nisi orthographica) enumerat, quibus haec editio ab editione anni 1849 differt; locis 595 ex his quaerit Tischendorfius iterum lectiones receptas quas dicunt. Ita inde ab anno 1841, quo anno Tischendorfius longius quam Lachmannus a textu recepto discessit, paulatim ad textum receptum redibat. Editione tamen anni 1859 vix absoluta in orientem festinans invenit Tischendorfius codicem ℵ praestantissimum, tum per aliquot annos eum omni industria tractavit terque edidit, unde amore textus veteris, quem ad manum habuit, quem ipse comparaverat, inflammatus

statim profecit ad textum novum constituendum, quem textum hac in editione octava habes.

Dolendum est quod Tischendorfius textum suum novissimum ipse defendere non potest. Iam supra p. 46—68, praesertim p. 52.53 verba Tischendorfii de legibus eius legimus, quibus addi possunt ea quae annis 1870 et 1873[1] editor doctus scripsit: In antiquis testibus „antiquissimos paucos codices Graecos magnae reliquorum multitudini anteponentes ipsum textum ad testium fidem non conformavimus nisi adhibitis simul certis de cuiusvis scripturae probabilitate legibus. . . . Postquam vero Deo providenti placuit litteras Christianas tanto thesauro augere, quo maiorem nullum habent, fieri non potuit quin, quid potissimum in re exercenda critica prodesset, denuo deliberandum censeremus. Qua ex deliberatione illam rationem ita mutandam censuimus ut textum ederemus qui totus ab antiquissimis auctoritatibus penderet, posthabito opinionis de lectionum probabilitate arbitrio. Hac enim in probabilitate pensanda quam proclive sit errare, innumeris doceri potest exemplis; paene enim nihil tam certum inde prodiit ut excludat quod contra dici queat. Illud certe fieri nequit, ut ab ipsis peritissimis ad probabilitatis normam

[1] Tischendorf, *Synopsis evangelica*, ed. 3, Lipsiae a. 1871, p. liii; *Haben wir den ächten Schrifttext der Evangelisten und Apostel?* ed. 2, Lipsiae a. 1873, p. 18: „Bei der Verarbeitung des Materials zum Zwecke der Herstellung des ältesten Textes unserer evangelischen und apostolischen Bücher, bin ich nach längerem mir öfters zum Vorwurf gemachten Schwanken zu Grundsätzen gelangt, die sich am nächsten mit denen des englischen Kritikers Richard Bentley vom Jahre 1720, auch Carl Lachmanns vom Jahre 1831 berühren: Grundsätze, deren erfolgreiche Anwendung allerdings erst durch die glückliche Sicherstellung und wesentliche Vermehrung des maassgebenden Apparats ermöglicht worden ist. . . . Sie gehen darauf hinaus, vom hergebrachten Texte, dem seit Erasmus unbedingt bevorzugten byzantinischen Texte, gänzlich abzusehen und dafür den dokumentlich beglaubigten Text des zweiten Jahrhunderts unter möglichster Verzichtleistung auf das eigene Gutdünken herzustellen."

talis editio conficiatur quae plerisque satisfaciat et quovis versu ipsi scripturae apostolicae proxima videatur. Propterea litteris Christianis maxime consulitur tali textu edendo qui ubique antiquissimas probatissimasque auctoritates sequatur."

Hoc modo textum saeculi secundi quaerens constituit Tischendorfius textum longe a textu editionis septimae et longius a textu quem dicunt recepto discedentem. V. cl. Scrivenerus notat variationes[1] 3369 inter editiones septimam et octavam. Enumeravi variationes 3572[2]. Quam stricte secutus sit editor codicem ℵ Sinaiticum inde apparet a numero locorum 120 quibus solis ex illis multis codicem Sinaiticum deserit; plerumque pertinent hae variationes ad vocum formam ut πειλᾶτος (ℵ πιλ.) ἡλείασ (ℵ ἡλίασ). Codicis B Vaticani lectionem respuit editor locis 956 (ne oblitus sis, Apoc hic non inclusam esse). Testimonium codicis ℵ solum accepit editor locis 145 (ex quibus 39 in Apoc), codicis vero B non nisi locis 14 (Apoc excepta).

Si evangeliorum loci 1832 accuratius excutiuntur inveniuntur loci 581 quibus codicis B lectio neglegitur, 76 quibus codicis ℵ lectio. Contra leguntur loci 68 cum ℵ solo, 7 cum B solo. Si quaeritur de locis quibus editor codicum paucorum fidem habet, exstant loci 130 quibus codicum ℵB testimonium probatur, 8 AC, 110 ℵD, 32 ℵL, 22 ℵBC, 52 ℵBD, 79 ℵBL, 16 ℵBCL, 48 ℵBDL, 61 ℵBL + T vel X vel Δ vel Ξ. De evangeliis singulis haec: praeferuntur in Mt ℵB, ℵBD, ℵD, ℵBL, ℵ, ℵBC, ℵBDL, — in Mc ℵBLΔ, ℵ, ℵBL, ℵD, ℵB, ℵBCL, — in Lc ℵBL, ℵB, ℵBDL, ℵD, ℵBD, ℵBLΞ, et saepe coetus ℵBDLΞ, — in Io ℵD, ℵ, ℵB, ℵBL.

[1] Lectiones variae hae variis modis enumerari possunt; lectio una praebere potest voces plures quae iterum inter se variant; interdum exstant lectiones duae intra vocem unam.

[2] Cf Abboti catalogum apud Hudsonium, *A critical Greek and English concordance of the N. T.* Bostoniae a. 1877, p. 489—508.

Ex locis 1455 in Act Cath Paul, sunt 375 quibus B respuitur, 29 quibus ℵ. Leguntur cum ℵ solo 39, cum B solo 7, ℵB 93, ℵA 63, ℵAB 107. Praeferuntur in Act ℵAB, ℵB, ℵABD, ℵABC, ℵABE, ℵA, ℵAE, ℵ, ℵBD, — in Cath ℵB, ℵA, ℵAB, ℵABC, ℵ, — in Paul ℵB, ℵAB, ℵABC, ℵA, ℵAC, ℵ, ℵABP, ℵD, ℵBC, ℵAP.

Mutati sunt loci 285 in Apoc, 15 contra ℵ. Praeferuntur ℵ, ℵB^{apoc}, ℵAP, ℵACP, ℵA, ℵB^{apoc}P, ℵCP.

(5.) CONLATIO CRITICA TEXTUUM NOVI TESTAMENTI A TREGELLESIO ET A WESTCOTTO HORTIOQUE EDITORUM CUM TISCHENDORFII EDITIONE OCTAVA.

add: addit etc; si nihil dicitur spectat ad versus finem
enc: enclitica
et.: etiam
ox: oxytonon
parox: paroxytonon
pon: ponunt etc
pr: primum
praem: praemittit etc
s.: sine
s. comm.: sine commate
sec: secundum
sec. cur.: secundis curis
s. d. p.: sine diaeresis punctis
s. i. s.: sine iota subscripto
s. p.: sine puncto
s. u.: sine uncis

T: Tischendorf
Tr: Tregelles (cf supra, p. 269 ss.)
H: Westcott-Hort (cf supra, p. 277)
tr et h: Tr et H margo
[Tr] [H]: a Tr et H uncis inclusa
[[H]]: primis temporibus interpolata
h⊣⊢: a h signis ⊣⊢ inclusa (cf supra, p. 278)
Tr§ H§: quae modo indicato a Tr et H in textu habentur, sed in margine eandem atque T lectionem praebent
h†: lectio primitiva non exstat
H††: videtur coniectura antiqua et bona esse

Tregellesius adamat *εμπ* pro *ενπ* etc; et scribit *-ῤῥ-*. Scribunt H ut Ln Ti *γεγραπται Λοτε* Tr *γεγραπται, Λοτε.* Nonnulla vel saepius adhibita vel minoris aestimanda in hoc loco pono. De H cf supra, p. 107.108. Scribunt H *ἀββά, ἀλληλουιά* s. d. p., *γαῖοσ* s. d. p., Tr H *γολγοθά*, H *εἰκῇ, ζῆν, ζῷον, ἡῤῥδησ* etc, Tr *θλῖψισ*, H *κανά*, Tr *κρῖμα*, Tr H *μωυσῆσ* s. d. p., H *στύλοσ* (et. Tr Apoc 10,1), Tr *τρωάσ* s. i. s., H *τύχικοσ*, Tr H *ὡσαννά*, — item Tr *ἄρα γε*, Tr H *διὰ παντόσ, διὰ τί*, Tr *ἐάν περ*, Tr H *εἴ γε*, Tr *εἴ περ*, Tr H *εἴ πωσ*, Tr *εἴ τισ* (H Mc 8,34), Tr H *ἵνα τί, καί γε*, Tr *καί περ, καθώσ περ, μή γε*, Tr H *μή ποτε, μή πωσ*, Tr *μή τι*, H *ὅτι*, Tr *τουτέστιν*, — item H *ἀπειθία* (non He 4,6.11),

Tr H *δουλεία*, *ἐθελοθρησκεία*, H *εἰδωλολατρία*, Tr *εἰλικρίνεια*, H *ἐλεισάβετ*, *ἐξέφνης* (Act 22,6 *-αίφ-*), *ἐριθία*, *ἑρμηνία*, Tr (*ἐρρήθη* in Mt), *ἡλίασ*, Tr H *θρησκεία*, Tr *ἱεριχώ*, H *ἱερουσαλημ* et *ἱεροσ.*, Tr *ἰσραηλῖται*, Tr *ἰωάννησ* (non Lc 1,13.60.63 3,15 etc), H *ἰωάνησ* (non Act 4,4 13,5), Tr *καισάρεια*, *λαοδίκεια*, *μεθοδεία*, Tr H *παιδεία*, Tr *πιεῖν* (non Io 4,7.9.10), *πιλᾶτοσ*, *ῥαββί*, *σαμάρεια*, Tr H *σαμαρείτησ -ρεῖτισ*, H *σφυρίσ*, *τάχειον*, *φαρμακία*, Tr *φιλαδέλφεια* Apoc 1,11 3,7. Tregellesius, ut videtur ex incuria, nonnullis locis minus constanter scribit accentus, diaeresis punctaque, iota subscriptum, particularum coniunctionem. Ubi lectiones varias brevius notavi, levabit nisi fallor Tischendorfii commentarius dubium. Signa nonnulla a. v. cl. Gebhardto (cf supra, p. 282, adn. 1) mutuatus sum.

ΚΑΤΑ ΜΑΘΘΑΙΟΝ.

*Tr *ευαγγελιον κατα μαθθαιον*

1, 3 H *ἔσρωμ* bis 5 Tr *βοοσ* bis 9 H *ιωαθάμ*, *ιωαθὰμ* | H *αχασ* bis 9.10 H *ἐξεκί.* bis 18 Tr [H] om $\overline{\iota\bar{\upsilon}}$ h *χριστου* $\overline{\iota\bar{\upsilon}}$ 19 H *λαθρα* 20 H^{s} *μαριαν* 24 Tr *ο ιωσηφ* H [*ο*] *ιω.* 25 *ου* [H] **2,** 5 Tr *ειπον* 13 Tr *κατ οναρ φαιν.* h *κ. ον. εφανη* 14 H *παρελαβε* 16 Tr *πασιν* sed T quoque hanc lectionem videtur probare 18 Tr *ῥαμᾶ*, tr *ηθελησεν* 21 H *παρελαβε* 22 Tr [*επι*] *τ. ιουδ.* 23 H *ναζαρετ* **3,** 2 Tr [*και*] *λεγων* 7 Tr *βαπτ.* [*αυτου*] 12 Tr h *αποθηκην αυτου* 14 Tr [*ιωαννησ*] *διεκωλ.* | Tr H *πρόσ με;* 15 tr H^{s} *ειπ. αυτω* | H *ουτω* 16 H *ηνεῳχ.* | Tr h *αυτω οι* | Tr *το πνευμα του θ.* | Tr [*και*] *ερχ.* 17 h *μου, ο αγαπητοσ εν* | Tr H *ευδοκησα* **4,**1 H [*ο*] $\overline{\iota\bar{\sigma}}$ 2 Tr H *νυκτασ τεσσ.* 3 H *ειπον ινα* 4 Tr *εν παντι* 16 Tr H *σκοτιᾳ* 17 h om *μετανοειτε* et *γαρ* 18.19 Tr *αλιεισ* bis 23 Tr *περιην.* [*ο* $\overline{\iota\bar{\sigma}}$] 24 *απηλθ.* tr *εξηλθεν* | *και δαιμ.* Tr H om *και* tr [*και*]

5,1 *αυτω* [H] 3 Tr *εστιν* enc 4.5 H *μ. οι πεν. κ. τ. λ. μ. οι πρα. κ. τ. λ.* h ut T sed ⊣⊢ 9 Tr H *οτι* [*αυτοι*] *υιοι* 10 Tr *εστιν* enc 11 Tr H *διωξωσιν* T sec. cur. *-ξουσιν* | tr [*ψευδομενοι*] 13 Tr *εστε* enc | Tr H *αλασ* bis T sec. cur. *αλα* 14 Tr *εστε* enc 18 H *κερεα αν* sec [H] 20 Tr *η δικαιοσυνη υμων* 22 *αυτου* pr Tr^{s} add [*εικη*] Tr H *ρακα* 23 tr *και εκει* 25 Tr *ο κριτησ* [*σε παραδω*] 28 Tr *επιθυμησαι αυτην* H *επ.* [*αυτην*] 32 *,και οσ . . . μοιχαται* [H] | *οσ εαν απ. γαμ.* tr *ο απ. γαμησασ* 37 *εστω* h *εσται* | Tr *εστιν* enc 39 tr *ραπισει επι* | Tr *σιαγονα σου* H *σ.* [*σου*] 42 Tr *δανεισασθαι* 46 *τ. αυτο* Tr h *ουτωσ* **6,** 1 *δε* pr Tr om [tr] [H] | Tr H *τοισ ουρανοισ* 4 Tr H *οπωσ ᾖ σου ἡ ελεημοσυνη* 6 Tr *ταμιειον* 7 Tr *βαττολογησητε* 8 H *γαρ* [*ο θεοσ*] *ο π.* 10 Tr^{s} *ελθετω* 15 Tr *ανθρωποισ τα παραπτωματα αυτων* H *ανθρ.*

[τ. π. αυ.] 18 h νηστευων τοισ ανθρ. 21 και [H] 22 tr εστιν ο οφθαλμοσ [σου] | Tr H εαν ουν | Tr ο οφθαλμοσ σου απλουσ η | H φωτινον 23 H σκοτινον | Tr ποσον; 25 Tr φαγητε η τι πιητε H φ. [η τι π.] | H εστι 28 Tr κοπιουσιν 33 Tr τ. βασιλειαν του θεου 34 H μεριμνησει αὑτησ **7,** 4 Tr H οφθαλμω σου; 8 Tr§ h ανοιγεται 9 εστιν Tr H om 12 Tr αν 13 Tr h πλατεια η πυλη H ut T sec. cur. om η π. 14 οτι Tr τί | Tr H στενη η πυλη T sec. cur. om η π. 15 Tr [δε] απο | Tr ενδυμασιν T sec. cur. -σι 17 H ουτω | h ποιει καλουσ 18 ενεγκειν pr Tr ποιειν sec Tr H ποιειν 21 h ουρανοισ ⊣ ουτοσ εισελευσεται εισ την βασιλειαν των ουρανων ⊢ 24 Tr H [τουτουσ] | ομ. tr ομοιωσω αυτον 25 Tr H ηλθαν 27 H ηλθαν 29 h αυτων ⊣ και οι φαρισαιοι ⊢ **8,** 1 Tr H καταβαντοσ δε αυτου 3 Tr εκαθαρισθη 5 Tr H εκατονταρχοσ 7 Tr [και] λεγει αυτω [ο ιησουσ] 8 tr και αποκριθεισ | Tr H εκατονταρχοσ 9 H εξουσιαν [τασσομενοσ] 10 tr ακολ. [αυτω] | Tr H παρ ουδενι τοσ. πιστ. εν τ. ισρ. ευρον 12 Tr H εκβληθησονται h ⊣ εξελευσονται ⊢ 13 Tr υπαγε [και] 18 πολ. οχλ. tr H οχλον h [πολλουσ] οχλουσ 22 Tr H ο δε ιω 23 το Tr H om 25 tr σωσον [ημασ] 32 Tr H απηλθαν 34 του Tr H§ τω **9,** 3 Tr H ειπαν 4 Tr H§ ειδωσ 6 Tr (τοτε λ. τω παραλ.) | Tr H§ εγειρε 9 Tr H ηκολουθησεν 10 Tr H και ιδου 12 Tr ο δε [ιησουσ] | Tr H αλλα 14 Tr h νηστευομεν πολλα 15 νυμφωνοσ h ⊣ νυμφιου ⊢ | Tr εστιν enc 18 εισελθων Tr είσ ελθων H§ [είσ] προσελθων | Tr H λεγων οτι 19 h ηκολουθησεν 22 Tr H ο δε ιω 26 tr h αυτησ 27 αυτω [Tr] H§ om | H§ υιε 28 Tr H προσηλθαν | h τουτο δυναμαι 30 Tr H ηνεωχθησαν 32 ανθρ. [Tr] H om 34 H [οι δε ... δαιμονια] 36 Tr ὡσ

10,2 και sec Tr om 3 λεββ. Tr H θαδδαιοσ h ⊣ λεββαιοσ ⊢ ὰ ο sec Tr om 13 προσ H§ εφ 14 εκ Tr H§ om 15 Tr γομορρασ 16 h ο οφισ 21 h επαναστησεται 23 h ετεραν ⊣ καν εκ ταυτησ διωκωσιν υμασ, φευγετε εισ την αλλην ⊢ | του pr Tr [H] om | Tr εωσ αν 25 h τω οικοδεσποτη | H βεεζεβουλ | h τοισ οικιακοισ 28 φοβεισθε pr H φοβηθητε | H αποκτεινοντων | φοβεισθε sec Tr φοβηθητε 32 Tr [τοισ] ουρ. H s. u. 33 δ αν Tr H§ δε | Tr [τοισ] ουρ. H s. u. 42 Tr H αν | απ. τ. μ. h ⊣ απολησται ο μισθοσ ⊢ **11,**4 H ιωανει 5 και pr [Tr] (h nihil nisi ,) 6 Tr H αν 8 Tr H ιδειν; ανθρωπον (T sec. cur. ; ανθ. ιδ.) | Tr βασιλεων εισιν 9 Tr§ εξηλθατε ιδειν; προφητην; 10 Tr ουτοσ [γαρ] 11 Tr εστιν enc 15 Tr [ακουειν] ακουετω 19 εργων tr τεκνων 21 Tr βηθσαϊδα H βηθσαιδαν s. d. p. 23 Tr H καταβηση 26 Tr εγενετο ευδοκια **12,**4 Tr εφαγεν 10 H εξεστι | Tr H θεραπευειν 11 εσται Tr [H] om 15 Tr [οχλοι] πολλοι 18 Tr εν ω ηυδ. | H ευδοκησεν 20 Tr λῖνον 22 tr H§ τοτε προσηνεγκαν αυτω δαιμονιζομενον τυφλον και κωφον 24.27 H

βεεζεβουλ bis 29 διαρ. Tr H διαρπασει 31 h αφεθησεται υμιν τοισ 32 ουκ αφεθ. h ου μη αφεθη 35 τα Tr H§ om 44 και sec Tr [H] om 46 tr λαλουντοσ δε αυτου | H ιστηκεισαν 47 Tr h s. u. H om 49 χειρα add Tr [H] αυτου **13,1** εκ Tr H§ om [tr] seu [απο] 2 H ιστηκει 4 Tr h ηλθον H ελθοντα | και tert H§ om 7 Tr H§ απεπνιξαν 9 Tr [ακουειν] ακουετω 11 Tr h ειπεν αυτοισ 13 Tr H συνίουσιν 16 Tr H [υμων] sec 17 Tr H αμην γαρ | ιδαν Tr H ειδαν 22 Tr συμπνιγει 23 ὃ Tr ὁ ter 27 Tr εσπειρεσ 28 δουλοι H om | Tr H αυτω λεγουσιν 29 Tr H δέ φησιν 30 μεχρι Tr H εωσ h αχρι vel μεχρι | Tr H [εισ] δεσμασ | Tr H§ συναγετε 33 H [ελαλ. αυτοισ] 35 ησαιου Tr H om h ησ. post δια 36 Tr H προσηλθαν | φρασον Tr§ H διασαφησον 40 Tr καιεται 43 Tr [ακουειν] ακουετω 44 παντα H§ om 45 ανθρωπω H§ om 48 tr αναβιβ. [αυτην] 52 ειπεν h λεγει 57 ιδια Tr H§ om **14,1** Tr τετραρχὴσ 3 Tr εδησεν αυτον | Tr εν τη φυλ. | [φιλιππου] Tr H s. u. 4 H ο ιω. | Tr αυτω ο ιωαννησ. 7 H μετα | Tr ο αν 13 Tr H§ πεζη 15 Tr H προσηλθαν | Tr H§ ηδη παρηλθεν· απολυσον τουσ οχ. 16 Tr H ο δε ις 18 tr [ωδε] 19 h εκελευσεν . . . και λαβων | Tr ηυλογησεν 22 Tr κ. ευθεωσ ηναγκ. H κ. [ευθ.] ην. | το πλοιον Tr H§ om το 24 μεσ. τ. θ. ην Tr§ H§ σταδιουσ πολλουσ απο τησ γησ απειχεν 26 Tr και ιδοντεσ αυτον οι μαθηται H οι δε μαθ. ιδ. αυτον 27 Tr ελ. αυτ. ο ις (tr [ο ις]) H ἐλαλ. [ο ις] αυτ. 28 H ο πετρ. ειπεν αυτω 29 και ηλθεν Tr§ h ελθειν 30 Tr ανεμ. ισχυρον 33 Tr ελθοντεσ προσεκυν. tr [ελθ.] πρ. 34 H ηλθαν 36 H [αυτον] **15,2** Tr τασ χ. [αυτων] 4 ενετ. λεγ. Tr H ειπεν 5(6) η την μητ. αυ. [tr] H om 6 νομον Tr H§ λογον 12 Tr μαθ. αυτου tr μ. [αυ.] 14 Tr H§ τυφλοι εισιν οδηγοι | tr h [τυφλων] H om 22 Tr H§ εκραζεν | h υιε δαυ. 25 tr προσεκυνησεν 26 εξεστιν Tr H εστιν καλον 27 H [γαρ] 30 H χωλ. κυλλ. τυφ. κωφ. h † | Tr ερριψαν 31 Tr h τουσ οχλουσ | λαλ. h ακουοντασ | κυλλ. υγ. [tr] H§ om | Tr H§ εδοξασαν 32 ηδη [H] | Tr H νηστεισ T sec. cur. νηστισ 33 Tr μαθ. [αυτου] 34 H ειπαν 36 και sec Tr om | tr εδωκεν | Tr μαθηταισ [αυτου] 38 h ησαν ωσ | Tr H§ γυν. κ. παιδ. 39 Tr§ ανεβη **16,1** οι [H] | Tr H§ επηρωτησαν 2.3 Tr s. u. H [[οψιασ . . . δυνασθε.]] 5 h λαβειν αρτουσ 8 ελαβετε H εχετε 12 των φ. κ. σαδδ. pr Tr των αρτων H [των αρ.] 13 T sec. cur. καισαριασ | tr τινα [με] 17 Tr βὰρ ἰωνᾶ | Tr H [τοισ] 19 Tr και δωσω | Tr αν bis 20H§ επετιμησεν 21 Tr [ο] ις H ις χριστοσ 22 ηρξ. ε. αυ. λ. h λεγει αυτω επιτιμων 23 ει εμου tr μου ει 24 H [ο] 28 οτι Tr om **17,1** h τον ιακωβον 3 Tr συλλαλ. | tr μετ αυτου συλλ. 4 Tr§ ποιησωμεν h σκηνασ τρεισ 5 H φωτινη | Tr ηυδοκησα 7 Tr κ. ηψατο αυ. και ειπ. 8 τον H§ αυτον 9 εγερθη h αναστη 12 Tr H αλλα 15 Tr§ H§ εχει 17 α. δε h [τοτε] αποκριθεισ 19 H ειπαν 21 Tr [τουτο δε το γενοσ

ουκ εκπορευεται, ει μη εν προσευχη και νηστεια] tr om 22 tr *αναστρεφομενων* 23 *εγερθ.* h *αναστησεται* 24 Tr H *τελει τα δ.* 25 *εισελθοντα* Tr H§ *ελθοντα* | *τινων* h *τινος* 27 Tr H§ *σκανδαλισωμεν* **18,1** H *εκεινη δε* | *ωρα* tr *ημερα* 5 Tr *αν* | Tr *τοιουτον* 7 *εστιν* Tr H om 8 Tr *χωλον η κυλλον* 10 *εν ουρανοις* h [*εν τω ουρανω*] 12 Tr H *αφησει . . . και πορευ.* 14 Tr H *του πα. μου* h *τ. πα. υμων* 15 Tr *αμαρτ. εισ σε* tr *αμ.* [*εισ σε*] 16 Tr H *μετα σου* | h *ετι ε. η δ. μετα σου* 17 Tr *ειπε* 18 Tr *αν δησ.* | Tr *εν* [*τω*] *ουρ.* bis 19 Tr *παλιν αμην* H *π.* [*αμ.*] | H *συμφωνησωσιν* 21 H [*αυτω*] pr 22 T *αλλα* sec. cur. 24 Tr H *προσηχθη* | Tr *αυτω εισ* 25 Tr *τ. γυν. αυτου* | *ειχεν* Tr H *εχει* 26 *εκεινοσ* Tr H om | Tr *επ εμε* 27 tr H [*εκεινου*] | H *δανιον* 29 Tr *επ εμε* 31 *γινομ.* Tr H *γενομενα* 34 H [*ου*] | *αυτω* Tr H om **19,3** H *προσηλθαν* | *οι* Tr H om | Tr *εξεστ. ανθρωπω* 4 *ποιησασ* Tr H *κτισασ* 7 h *απολ. αυτην* 9 *οτι* Tr h om | *μη ε. πορν. κ. γ. αλ. μ.* h *παρεκτοσ λογου πορνειασ, ποιει αυτην μοιχευθηναι* | add [Tr] h *και ο απολελυμενην γαμησασ* (tr *γαμων*) *μοιχαται* 10 Tr *μαθ. αυτου* 11 H *χωρουσι* | *τουτον* H om 14 *αυτοισ* Tr H§ om | Tr H *προσ με* 17 Tr§ H§ *τηρει* 18 Tr H§ *λεγει αυτω ποιασ* | *ειπεν* H§ *εφη* 20 Tr H§ *ταυτα παντα* 21 *εφη* tr h *λεγει* | Tr H *τοισ* (H [*τ.*]) *πτωχ.* | Tr H *ουρανοισ* 22 Tr *νεανισκοσ τον λογον* H *ν. τον λογ.* [*τουτον*] 24 *οτι* Tr H§ om | H§ *τρηματοσ* | tr h *ραφ. διελθειν* | Tr *πλουσιον* [*εισελθειν*] h s. u. | tr H *βασ. του θεου* 26 Tr H *παντα δυνατα* 28 Tr *παλιγγεν.* | H *καθησεσθε* | *αυτοι* tr H§ *υμεισ* 29 tr H§ *οικιασ η* ante *αδελφουσ* pon | Tr H *ενεκεν* | Tr *του ονομ. μου*

20,4 Tr *κακεινοισ* 5 tr H [*δε*] *εξελθ.* 8 Tr *αποδ.* [*αυτοισ*] h s. u. 9 *και ελθ. οι* H *ελθοντεσ δε οι* 10 *ελθ. δε* Tr H *και ελθοντεσ* | Tr H *πλειον* | tr *ελαβον και αυτοι* | tr H [*το*] *ανα* 12 Tr§ h *ημιν αυτουσ* | Tr *βαστασασιν* 13 Tr h *ειπεν ενι αυτ.* | tr *συνεφωνησα σοι* 14 *δε* h [*εγω*] 15 *η* pr Tr H om 16 Tr add [*πολλοι γαρ εισιν κλητοι, ολιγοι δε εκλεκτοι*] h¬⊢ 17 *κ. αναβ. ο ις* tr H§ *μελλων δε αναβαινειν ις* | H *δωδ.* [*μαθητασ*] | *και εν τ. οδω* tr *εν τ. οδω και* 18 *εισ θανατον* Tr [H] *θανατω* 19 *εγερθησ.* tr h *αναστησεται* 20 *παρ αυτου* Tr§ H§ *απ αυτου* 21 *λεγ. αυ.* h *η δε ειπεν* | Tr *δεξιων σου* 23 *και* tr h *η* | *τουτο* Tr H§ om 24 *ακουσ. δε* Tr§ H *και ακουσ.* 26 Tr H *ουτωσ εστιν* | Tr H *οσ αν* | h *μεγ. εν υμιν* 27 *εν υμ. ειναι* h *ειναι υμων* 30 Tr H *κυριε, ελεησον* 30.31 Tr§ H§ *υιοσ* bis 32 H· [*ο*] *ις* **21,1** Tr *βηθφαγη* | tr *προσ το οροσ* | H *Οροσ τ. Ελ.* | Tr *ο ις* 2 Tr *ευθεωσ* | *αγαγ.* Tr h *αγετε* 6 Tr H *συνεταξεν* 7 tr *ιματ.* [*αυτων*] 8 *εστρωσ.* sec Tr H *εστρωννυον* 12 Tr [tr] H h¬⊢ om *του θεου* 18 tr *πρωιασ* | Tr§ h *επαναγων* 19 *ου* Tr§ om 22 Tr *εαν* 23 H *προσηλθαν* 24 H [*δε*] 25 *παρ* Tr H§ *εν* 27 Tr *ειπον* 28 h *δυο τεκνα* | Tr h *και προσελθ.* | h *αμπελ. μου* 29 *ου*

ϑ. υ. μ. απ. H εγω κυρ. και ουκ απ. | Tr υστερον δε 30 ετερω Tr H δευτερω | εγω κ. και ουκ απ. H ου ϑελω· υστ. μεταμ. απ. 31 πρωτος Tr H υστερος | λεγ. ο ις. h† 32 ου Tr H ουδε 33 Tr εξεδοτο 43 οτι h om 44 Tr [tr] [H] και ὁ πεσων επι τον λιθον τουτον συνϑλασϑησεται· εφ ον δ αν πεση, (H s. comm.) λικμησει αυτον 45 ακουσαν. δε Tr§ H§ και ακου. **22**,7 tr το στρατευμα 10 Tr οσους ευρον (non T sec. cur.) | νυμφων Tr§ γαμος 13 tr ειπεν ο βασ. 16 tr λεγοντες 17 Tr§ ειπε 20 ο ις Tr H§ om 21 Tr λεγουσιν αυτω 27 Tr απεϑαν. [και] 30 ϑεου Tr H om | Tr εισιν enc 32 Tr ο ϑεος νεκρων H [ο] ϑ. ν. 34 H αυτο. 37 τη pr H om 39 Tr δευτερα δε | ομ. αυ. h ομοιως | H αὕτη h αὐτῇ 43 Tr H§ αυτον κυριον 45 Tr εστιν enc **23**,1 H [ο] 3 Tr αν 4 βαρεα Tr add [και δυσβαστακτα] h s. u. 5 H πλατυνουσι et μεγ-σι 6 H φιλουσι 19 h μωροι και τυφλοι 20 H πασι 21 Tr h κατοικησαντι 23 Tr H ταυτα δε εϑ. 24 οι Tr H om | H δυλιζ. s. u. 25 Tr [εξ] 26 H ἔντ. Tr ἐντὸσ ita vult T | ποτηριου Tr [H] add και τησ παροψιδοσ 27 Tr§ h ομοιαζ. 30 Tr H αυτ. κοινων. 32 h πληρωσετε 36 Tr§ h παντα ταυτα 37 Tr H [αυτησ] | tr πτερυγας [αυτησ] 38 ερημοσ H§ om **24**,2 ου pr [tr] 3 H Ορ. τ. Ελ. | H ειπον 7 Tr H επι εϑνοσ | tr [λοιμοι και] λιμοι 15 Tr (ο αναγ. νοει.) 16 Tr H§ εισ τα ορη 21 ουκ εγεν. Tr H ου γεγονεν 24 Tr H πλανασϑαι h πλανησαι 29 Tr H απο του ουρ. 30 Tr H κ. τοτε κοψονται 31 Tr h σαλπ. φωνησ | Tr εωσ των ακρων H ε. [τ.] α. 32 Tr ἐκφυῇ 33 tr H παντα ταυτα 34 Tr H οτι ου μη | H [αν] | tr ταυτα παντα 36 ουδε ο υιοσ Tr om 37 δε Tr H γαρ 38 Tr H τ. ημ. [εκειναισ] τ. | Tr εκγαμιζ. tr [εκ]γαμ. 39 και tert Tr H om 40 Tr δυο εσονται 48 Tr H δουλοσ εκεινοσ | tr κυριοσ [ελϑειν]

25,1 Tr H εαυτων | νυμφιου h add ⊣ και τησ νυμφησ ⊢ 3 Tr λαμπαδασ αυτων H λ. [α.] 4 Tr αυτων 6 Tr απαντησιν αυτου 9 ουκ Tr H§ ου μη 11 Tr [και] 15 Tr απεδημησεν ευϑεωσ 16 Tr πορευϑεισ [δε] | Tr ειργασατο | εποιησεν Tr H εκερδησεν | ταλαν. sec Tr H om 17 Tr h ωσαυτωσ και tr ωσ. [κ.] 20 Tr αλλα πεντε [ταλαντα] 22 Tr προσελϑ. δε και 23 h πιστοσ ησ 27 Tr το αργυριον | Tr τραπεζιταισ 32 αφορισει Tr αφοριει 37 Tr H ειδαμεν 38 H ειδαμεν 41 Tr οι κατηραμ. tr [οι] κ. | το ητοιμ. h ⊣ ο ητοιμασεν ο πατηρ μου ⊢ 42 H [και] εδιψησα κ. **26**,7 πολυτιμου Tr§ H βαρυτιμου 9 Tr ηδυνατο 10 Tr ειργασατο 15 Tr H καγω | αργυρ. h ⊣ στατηρασ ⊢ 20 Tr [H] om μαϑητων 27 Tr H [και] sec 28 Tr καινησ διαϑηκησ 29 tr καιν. μεϑ υμ. 30 H Ορ. τ. Ελ. 35 H ειπαν 36 Tr γεϑσημανεῖ | tr μαϑητ. αυτου | ου [H] 39 H§ προελϑων | Tr πατερ [μου] H s. u. 42 λεγων [H] 44 tr [εκ τριτου] | h ειπων. παλιν τ. | παλιν sec Tr om 45 το [Tr] H om | h ιδου γαρ 48 Tr H αν 50 H παρει. 53 tr αρτι post δυναμαι Tr λεγεωνασ H λεγιωνασ

1,5 H σε, 8 Tr h σου, o θεοσ, | H [του αιωνοσ] | σου sec H§ αυτου 9 αδικιαν Tr H ανομιαν 10 H εισιν enc 12 αλλαξεισ Tr§ H ἑλιξεισ | Tr αυτουσ [ωσ ιματιον], H αυτουσ, ωσ ιματιον **2**,3 H σωτηριασ, 4 H θελησιν; 6 Tr H δέ που τισ | Tr αυτου· H αυτου, 7 Tr H εστεφ. αυτον, [και κατεστησασ αυτον επι τα εργα των χειρων σου· (H,)] 8 H [αυτω] pr 9 χαριτι tr χωρισ 14 H εστι 16 H δη που **3**,2 tr H [ολω] 6 tr H [μεχρι τελ. βεβ.] 7—11 H αγιον . . . καταπ. μου· h αγιον, . . . μου. 13 tr h εξ υμων τισ 15 h ακουσητε, — 17 Tr H αμαρτησασιν, . . . ερημω; **4**,2 μη . . . ακουσασιν h† | Tr H§ συγ(H συν-)κεκερασμενουσ 3 γαρ tr h ουν | Tr H [την] pr 7 h προειρηκεν 12 H δικν. s. d. p. 15 Tr συμπαθ.

5,1 Tr H [τε] 2 H αγνοουσι 3 εαυ. tr αυτου 12 H τινὰ | ου [Tr] h praem και **6**,2 H§ διδαχην | τε sec [Tr] H§ om 4 Tr h φωτισθεντασ, 18 τον Tr H§ om 19 Tr ασφαλην **7**,1 o sec Tr οσ H†o† h sec. cur. „MSS. οσ“ 4 και Tr H§ om 5 Tr λευεϊ | H ιερατιαν 11 Tr λευϊτικησ | Tr (o λαοσ . . . νενομοθετηται) 20.21 Tr H (οι μεν . . . αιωνα,) 22 και Tr [tr] om 23 tr ιερεισ γεγονοτεσ 26 H [και] pr 27 H (τουτο . . . -ενεγκασ) | Tr εφ απαξ | Tr§ H§ ανενεγκασ 28 H υιον, **8**,5 H (οιτινεσ . . . ορει) 6 νυνι tr H§ νυν | Tr§ τετευχεν 8 Tr§ h αυτοισ 10 Tr H§ καρδιασ **9**,1 Tr ειχεν | Tr H [και] 2 tr αρτων [και το χρυσουν θυμιατηριον] | h τα αγια | H§ αγια· 3 Tr h τα αγια των αγιων 4 tr [χρυσουν] εχουσα [θυμιατηριον και] 10 δικ. [Tr] h praem και 11 μελλ. tr H§ γενομενων 12 Tr εφ απαξ 14 υμων tr H§ ημων | Tr ζωντι; 17 ποτε H§ τοτε | h διαθεμενοσ; 18 Tr H ουδε | Tr εγκεκ. 19 Tr H τον νομον 23 H κρειττοσι

10,1 κατ . . . τελειωσαι h† | h αυτ. θυσ. αυτων | αισ Tr H ασ | Tr H (H§ sec. cur.) δυνανται 4 h τραγων κ. ταυρ. 6 H ευδοκ. 7 Tr (εν κεφαλιδι . . . εμου) 8 H ευδοκ. 10 Tr εφ απαξ 11 ιερ. tr h αρχιερευσ 16 H αυτουσ, — (sec) 22 Tr H ῥεραντ. 23 (22) Tr λελουμενοι 23 Tr (πιστ. γ. o επαγγ.) | Tr H επαγγειλαμενοσ· 34 δεσμ. tr δεσμοισ μου 37 tr χρονιει 38 H [μου] pr **11**,1 h υποστασισ πραγματων, 4 H καὶν et s. d. p. | αυ. τ. θῡ Tr αυ. τω θεω h† 5 H ἐνωχ | H ευαρεστηκεναι 6 Tr H [τω] θεω 8 Tr [o] καλουμενοσ 9 Tr συγκληρ. 11 h αὐτῇ σάῤῥᾳ 12 h εγενηθησαν 15 H εμνημονευον 20 πιστει [Tr] H

add *και* 25 Tr *συγκακ.* 35 H †*γυναικεσ*† h sec. cur. „MSS. *γυναικασ*“ 37 Tr§ h *επρισθ., επειρασθ.* h† | H *αιγιοις* 38 Tr *κοσμοσ·* H. s. p. | *επι* h *εν* | H *ορεσι* **12,3** H§ *εαυτουσ* 7 H *υπομενετε·* | Tr H *θεοσ·* 8 H *γεγονασι* 11 *μεν* pr Tr§ h *δε* h† 13 h *ποιησατε* 15 *δια τ.* tr H§ *δι αυτησ* 16 H *απεδετο* 19 *μη* H§ om 21 tr h *εκτρομοσ* 22.23 (22) H *αγγελων, πανηγυρει κ.* 23 Tr *πνευμασιν* 25 h *ουρανου* 27 H [*την*] **13,5** Tr H *εγκαταλιπω* 6 Tr [*και*] *ου* 9 h *περιπατησαντεσ* 10 H [*εξουσιαν*] 15 *ουν* [Tr] H§ om 16 H *ευποιιασ* s. d. p. 21 Tr *εργω αγαθω* | h *αυτ., αυτω ποιων* h† | *ημ.* Tr§ *υμιν* 22 h *ανεχεσθαι* 25 Tr h add *αμην* Tr add *προσ εβραιουσ*

ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ Ā

*Tr *α′* H *α*

1,4 H *παρεχουσι* | H *πιστει,* — 9 Tr *ασεβεσιν* 12 h *ενδυναμουντι* 16 Tr H§ $\overline{χσ}$ $\overline{ισ}$ 18 tr H§ *στρατευη* 20 H *παιδευθωσι* **2,3** tr *τουτο·* [*γαρ*] 7 H *κῆρυξ* | Tr (*αληθ. λ., ου ψευδ.*) H — . . . — 8 H§ *διαλογισμων* 9 Tr *ωσαυτωσ* [*και*] | *κοσμιω* h *κοσμιωσ* | H§ *χρυσιω* 12 Tr *αλλα* 13 Tr *εὖα* H *εὕα·* **3,1** H *λογοσ.* verba *π. ο λογ.* ad antecedentia mittit 5 Tr H (*ει δε . . . επιμελ.;*) 14 H [*προσ σε*] | *ταχιον* Tr H *εν ταχει* **4,1** H *πνευμασι* 3 *κωλυον. . . . απεχ.* h† | Tr *επεγνωκοσιν* 6 h *παρηκολουθησασ* 10 *αγων.* tr h *ονειδιζομεθα* | h *ηλπισαμεν* 12 H *αγνια* 16 H *διδασκαλια·* **5,2** H *αγνια* 4 Tr *αποδεκτὸν* 5 *επι* Tr [H] add *τον* (non h) | *θεον* h *κυριον* 8 tr H§ *προνοει* 16 *επαρκεισθω* H§ *επαρκειτω* 20 H *τουσ* [*δε*] 21 tr *προσκλησιν* **6,2** h *αγαπητοι, οι* 3 Tr H *προσερχεται* | H *υγιαινουσι* | H *,τοισ τ.* $\overline{κυ}$ *ημ.* $\overline{ιυ}$ $\overline{χυ}$, 7 *οτι ουδε* h† 8 h *διατροφην* 11 h *του θεου* | Tr *παυπαθειαν* 13 Tr H *παραγγελλω σοι* | Tr H *του θεου* | tr h $\overline{ιυ}$ $\overline{χυ}$ 17 Tr H§ *υψηλοφρονειν* | h *τω θεω τω* 21 *μεθ υμων* tr *μετα σου* Tr add *προσ τιμοθεον α′*

ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ B̄

*Tr *β′* H *β*

1,2 tr h (sec. cur.) *και κυριου ιησου χριστου του κυριου* 3.4 Tr H , *νυκτοσ και ημερασ επιπ.* 4 H *πληρωθω* s. comm. 5 H *λωιδι* s. d. p. 8 Tr *συγκακοπ.* 10 tr $\overline{ιυ}$ $\overline{χυ}$ 11 H *κῆρυξ* | Tr *διδασκαλοσ εθνων* 13 *ων* h† 15 Tr H *ἑρμογενησ* 18 H — *δωη . . . ημερα·*— **2,3** Tr *συγκακοπ.* 4 Tr *πραγματειαισ* 9 H *κακουργοσ.* 12 Tr H *συμβασιλ.* 14 *θεου* tr h *κυριου* 16 Tr *περϊϊστασο* 17 H *φίλητοσ* 18 *λεγ.* [tr] h add *την* 19 Tr *μεν τοι* 21 Tr *τιμην ηγιασ.* 22 *μετα* [tr] h add *παντων* 25 h *δώῃ* **3,10** h *παρηκολουθηκασ* 15 Tr [*τα*] *ιερα* **4,1** h *κριναι* 2 Tr H§ *επιτιμησον, παρακαλεσον*

8 Tr *ηγαπηκοσιν* 10 H§ *εγκατελειπεν* | *γαλλ.* Tr§ H *γαλατιαν* 13 H§ *απελειπον* 14 H — *αποδωσει . . . αυτου·*— 16 H§ *εγκατελειπον* | H — *μη αυτ. λογισθειη·*— 20 H§ *απελειπον* 21 Tr *λῖνοσ* | H [*παντεσ*] 22 h *κυριοσ ιησουσ* Tr add *προσ τιμοθεον β′*

ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ

1,1 h *χριστου* [*ιησου*] 2.3 H *αιωνιων εφαν. . . . ιδιοισ, τον . . . κηρυγματι ο* 5 H§ *απελειπον* 6 H *εἴ τίσ ἐστιν* 13 H [*εν*] **2**,3 h *,μη οινω* (T non vult *μη*) 4 H *σωφρονιζωσι* 5 Tr *οικουργοὺσ αγαθασ,* 6.7 Tr H *σωφρονειν,* (H·) *περι παντα σεαυτον* 7 h *εργων εν τη διδασκαλια, αφθορ.* 9 H *υποτασσεσθαι εν πασιν, ευαρ.* 9.10 h *αντιλεγοντασ μηδε* | *πιστ. ενδεικ. αγαθ.* h *ενδεικνυμενουσ αγαπην* 13 h *ημων,* | h *ῑυ χῡ* **3**,1 H *υποτασσεσθαι πειθαρχειν,* 5 Tr *παλιγγεν.* 7 Tr *γενήθωμεν* 9 *εριν* Tr *ερεισ* | H *περιστασο* s. d. p. 13 Tr *απολλω* | Tr H§ *λειπη* Tr add *προσ τιτον*

ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ

5 *προσ* Tr H§ *εισ* 6 *του* Tr [H] om | Tr§ H§ *ημιν* 9 *πρεσβ.* h† | h *νυν* 10 H — *παρακαλω* 11 *και* pr Tr H§ om 11 (12) Tr *ανεπεμψα· σοι.* H s. p. | tr [*συ δε*] *αυτον* | tr *σπλαγχνα* [*προσλαβου*] 16 Tr H *ουκετι* 25 Tr h *κυριου ημων* Tr add *προσ φιλημονα*

ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ΙΩΑΝΝΟΥ

*Tr H *αποκαλυψισ ιωανου*

1,1 H *ιωανει* 2 Tr H *ειδεν* 3 Tr H *τουσ λογουσ* 4 *α* Tr§ h *των* 5 H [*ημων*] 6 H — *και επ. . . . πατρι αυτου,* — | *ημασ* Tr§ h *ἡμιν* | *των αιωνων* H om 8 H *ὡ* 9 Tr *συγκοιν.* | Tr H om *δια* sec 10 h *φωνην μεγαλην οπισθεν μου* 11 Tr H *σμυρναν.* 13 Tr *των* [*επτα*] *λυχν.* | *υιον* Tr h *υιω* | Tr H *μαστοισ* 15 Tr§ H *πεπυρωμενησ* h *-μενοι* 18 H — *και εγεν. . . . των αιωνων,* — 19 Tr H *γινεσθαι* 20 Tr *εισιν* pr enc | *επτα επτα* h† **2**,1 *τησ* Tr§ H *τω* | Tr *χρυσεων* 5 Tr *πεπτωκασ* 6 Tr *νικολαΐτων* 7 h *θεου μου* 8 *τησ* H *τω* | Tr H *σμυρνη* 10 *μηδεν* Tr H§ *μη* | H *εχητε* h *εξετε* vel *εχετε* 12 *τησ* h† 13 *μου* sec [Tr] H add *και* | Tr H *αντιπασ* h† | Tr H [*μου*] tert 14 H *αλλα* | h om *οτι* et scribit *ολιγα·* 15 *των* [Tr] H om 16 Tr H *μετανοησον ουν* 17 H *νικωντι* 18 *τησ* H *τω* | H [*αυτου*] pr | Tr H *φλογα* 19 Tr (err. de test.) *τ. πιστιν κ. τ. αγαπ.* H *τ. αγ. κ. τ. πιστ.* (cf infra caput XII) | Tr H *υπομονην σου* 20 Tr H *αλλα* | h *γυναικα σου* | Tr *ιεξαβὲλ* | Tr H *εαυτην* 22 h

εργων αυτων 28 H *πρωινον* s. d. p. **3**,1 *τησ* h *τω* † 2 *τα* sec [Tr] H§ om 3 tr H§ *γνῳσ* 7 *τησ* h *τω* † | tr h *ο αληθ.* (h,) *ο αγ.* | *του* Tr H§ om | *κλειων* h *κλειει* | H *ανοιγει* 8 H, — *ιδου . . . αυτην*, — | Tr§ *ανεωγμ.* 9 Tr *δίδω* | H *ψευδονται*, — *ιδου* 14 *τησ* pr h† | H [*ο*] *αληθινοσ* 17 H *ελεινοσ* h *ο ελεινοσ* 18 H *κολλουριον* | H *εγχρῖσαι* 19 tr *ζηλωσον* 20 *και* tert Tr H§ om **4**,1 Tr H *ειδον* 1.2 H *γενεσθαι. μετα ταυτα ευ.* 3 tr [*κ. ο καθημενοσ*] 4 *θρονουσ* pr Tr H§ *θρονοι* | Tr H *τεσσαρεσ* pr | *εν* H§ om | Tr *χρυσεουσ* 5 Tr *αι εισιν* 6 Tr H *εμπροσθεν* 7 h *εχον* 8 *καθ εν* Tr *εκαστον* | Tr *εξ κυκλοθεν, κ.* 9 H§ *του θρονου* **5**,3 Tr *ηδυνατο* | *ουτε* pr et sec Tr H§ *οὐδε* 4 *και* Tr H add [*εγω*] 6 tr H§ *εστηκοσ* | *επτα* tert [H] | Tr H§ *απεσταλμενοι* 8 Tr *εικοσιτεσσαρεσ* | Tr *χρυσεασ* | Tr H *αι εισιν* h *α εισ.* ita T vult 9 Tr *θεω ημασ* 10 Tr§ H *βασιλευουσιν* 11 *ωσ* H§ om 12 Tr H§ *αξιον* 13 tr [*και υποκατω τησ γησ*] | H *θαλασσησ* [*εστιν*], | Tr H , *ηκουσα* sine *και* | *λεγ.* h *λεγοντα* | Tr H§ *του θρονου* **6**,1 Tr H *ειδον* | H *φωνη* 2 Tr H *ειδον* 4 tr H [*αυτω*] pr | H [*εκ*] 5 H *ηνοιξε* | Tr H *ειδον* 7 Tr [*φωνην*] 8 Tr H *ειδον* | H [*αυτου*] pr | *αυτω* Tr [H] add *ο* | Tr *αδησ* s. i. s. | *μετ αυ.* tr *αυτω* 9 Tr H *ειδον* 11 H *αναπαυσονται* | H§ *πληρωθωσιν* 12 Tr H *ειδον* | Tr H *εγενετο μελασ* 13 Tr H *βαλλει* 14 tr h *ελισσομενοσ* 16 H *πεσατε* | Tr§ H *του θρονου* **7**,1 *και* [Tr] H§ om | Tr H *ειδον* | *παν* Tr [h] *τι* 2 Tr H *ειδον* | h *ανατολων* | h *εκραζεν* 3 tr h *και την θαλ.* | Tr *αχρισ* 6 H *νεφθαλιμ* | Tr (err. de test.) *μαννασση* 7 Tr H *ισσαχὰρ* 9 Tr H *ειδον* | Tr H *φοινικεσ* 10 H *κραζουσι* 11 H *ιστηκεισαν* 12 H [*αμην*] sec 17 Tr *αναμεσον* **8**,2 Tr H *ειδον* | h *εδοθη* 3 *του θυσι.* h *το θυσιαστηριον* 5 h *αστραπαι και φωναι* 6 H *αὐτουσ* 7 Tr§ H *μεμιγμενα* 8 Tr *εσαλπισε* 11 Tr om *ο* 12 Tr *φανῇ* 13 Tr H *ειδον* | h *τοισ κατοικουσιν* **9**,1 Tr H *ειδον* 2 Tr *εσκοτισθη* 3 Tr H *αυταισ* 4 Tr H *ερρ. αυταισ* | Tr§ *αδικησωσιν* | H *εχουσι* 5 Tr§ H§ *αυταισ* 6 h *ευρωσιν* 7 *ομοιοι* pr Tr H§ *ομοια* 9 H *ειχαν* 10 Tr§ h *ομοιοισ* h† 11 Tr H om *ω* | 13 Tr H om *τεσσαρων* 16 Tr *δυο μυριαδεσ* H *δισ μυριαδεσ* 17 Tr H *ειδον* 19 Tr *ἔστιν* 20 *ουδε* Tr *ουτε* H *ου* h *ουτε* vel *ουδε* 21 Tr *φαρμακειῶν* tr H§ *φαρμάκων*

10,4 Tr H *ημελλον* 6 H [*κ. τ. θαλ. κ. τα εν αυ.*] | H§ *εσται* 7 h *σαλπιζειν* 8 Tr H *βιβλιον* 9 Tr *απηλθον* **11**,2 H [*και*] *δυο* 3 Tr§ H *περιβεβλημενουσ* h† 4 H [*αι*] tert 5 *θελεση* h *θελει* vel *θελησει* | Tr *αυτουσ θελεση* 6 Tr H *την εξουσιαν κλ.* 10 Tr H *πεμψουσιν* 11 Tr *τασ τρεισ* H [*τασ*] *τρ.* (non vult T *τασ*) | *εν* Tr [H] om 12 h *φωνην μεγαλην εκ τ. ουρ. λεγουσαν* (non vult T) 15 Tr *λεγουσαι* 16 H [*οἱ*] *ενωπιον του θ. καθημενοι* h *οἳ ενωπ. του θ. καθηνται* 17 *και* sec Tr H§ om | H *ειληφεσ* 18 Tr H *τουσ μικρουσ*

και τουσ μεγαλουσ **12**,2 και sec Tr h om | Tr εχουσα, κραζει h εχουσα κραζει, 3 H§ μεγασ πυρρ. | Tr δεκα· 4 H ἔστηκεν 5 H, αρσεν, 6 tr [εκει] | H§ τρεφωσιν 7 Tr H του πολεμησαι 8 H§ ισχυσεν 9 H ολην, — εβλη. 10 Tr κατηγοροσ | αυτουσ Tr αυτων 12 h οι ουρανοι | H υμασ, 17 H ιησου· 18 Tr H εσταθη **13**,1 h ονομα 2 Tr H§ λεοντοσ 3 Tr§ H εθαυμασθη | Tr§ (err. de test.) εν ολη τη γη 4 τω θηριω sec h το θηριον | Tr θηριω; και τισ 5 H [και] δυο 6 H ηνοιξε 7 tr H [και εδοθη . . . νικησαι αυτουσ] 10 Tr om εισ αιχμαλωσιαν, | h† αποκτεινει 13 Tr H εκ του ουρανου καταβαινειν 15 H εδοθη αυτη h† | tr h ποιησει | ποιη. Tr [H] add ινα | Tr§ H προσκυνησωσιν | h προσκυν. την εικονα 16 h† δωσει 17 ινα Tr [H] praem και | Tr μητισ | h δυναται 18 Tr ανθρ. εστιν, | Tr h αριθμοσ αυ. εστιν | H εξακοσιοι (h-σιαι) εξηκοντα εξ **14**,1 Tr H ειδον 3 ωδην pr [Tr]§ H praem ωσ 3.4 γησ. ουτοι εισιν οι h γησ, οι 4 Tr H υπαγει (H·) 5 γαρ [tr] H om 6 tr [αλλον] 7 Tr H και θαλασσαν sine την 8 Tr δευτεροσ αγγελοσ H δευτ. [αγγ.] 10 αγγ. αγιων h των αγγελων 13 H απ αρτι 14 Tr H ειδον | Tr υιω 16 h την νεφελην 18 H [εξηλθεν] | tr H [ο] εχων 19 τον μεγαν tr την μεγαλην

15,1.2 Tr H ειδον bis 3 εθνων H§ αιωνων 4 H σου, οτι μ. οσιοσ; 5 Tr H ειδον 6 H εξηλθαν | H [οι] εχοντεσ | Tr H λιθον κ. | tr καθαρουσ λινουσ λαμπρουσ **16**,1 Tr§ φωνησ μεγαλησ | Tr (err. de test.) εκχεατε 3 ζωησ tr ζωσα 4 h εγενοντο 5 ο tert Tr [tr] [H] om 6 Tr H αιμα αγ. | Tr§ H§ δεδωκασ 12 Tr H [τον] ευφρατην | tr h ανατολων 13 Tr H ειδον 14 ημ. τ. μεγ. h μεγαλησ ημερασ 15 H — ιδου . . . ασχημ. αυτου. — | Tr βλεπωσι 16 H ἑβραϊστι | H ἋΡ μαγεδών 17 H — και εξηλθεν . . . γεγονεν — 18 tr H§ ανθρωποι εγενοντο | Tr ουτωσ **17**,3 Tr γεμον τα ον. | εχ. Tr εχον H§ εχων 4 H§ χρυσιω | Tr H§ γεμον 5 Tr H γεγραμμενον, 6 H ειδον | εκ τ. αι. pr tr τω αιματι 7 Tr H§ ερω σοι 8 H§ υπαγει | Tr H πάρεσται | H θαυμασθησονται 9 Tr H αυτων. 10 Tr εστιν enc 10.11 H§ μειναι, και . . . ουκ εστιν. 11 αυτοσ Tr ουτοσ | Tr εστι sec 12 Tr εισιν enc 13 την sec Tr H§ om 16 H μισησουσι | πυρι Tr [H] praem εν **18**,2 επεσ. sec Tr [tr] om 3 Tr H [του οινου] | Tr H§ πεπτωκαν tr πεπτωκασιν 4 Tr§ h εξ αυτησ (,h) ο λαοσ μου, | Tr συγκοιν. 6 H [τα] διπλα 7 H αὑτην 8 H [κυριοσ] 9 Tr H κλαυσουσιν h κλαυσονται ita vult T | h επ αυτη οι 10 H ουαί ουαί, | h μιαν ωραν 12 h† μαργαριτασ | Tr σηρικου | H θυινον s. d. p. vult T θύϊνον 14 Tr H απωλετο | ουκετι Tr om (err. de test.) 16 H ουαί ουαί, | εν Tr [H] om | Tr^{b} H§ χρυσιω 18 Tr H εκραξαν 19 h επεβαλον | tr H εκραξαν | H ουαί ουαί, 21 μυλ. H μυλινον 22 H [πασησ τεχνησ] 23 Tr φανῇ | H [οι] εμποροι | Tr φαρμακεια 24 Tr H αιμα

19,5 *εκ* Tr H *απο* | Tr [*και*] *οι φοβ.* 6 h *λεγοντεσ* | H [*ημων*] 7 H§ *δωσομεν* 8 Tr *εστιν* enc 9 h *οι αληθινοι* | Tr *εισιν* enc 10 H *συνδουλόσ σού ειμι* | Tr *εστιν* enc 11 Tr *πιστοσ καλουμενοσ* tr [*καλ.*] *π.* H *π.* [*καλ.*] 12 h *ωσ φλοξ* 13 *περιρεραμμενον* Tr *βεβαμμενον* H *ῥεραντισμενον* h† 14 H *τα εν τω ουρ.* | *βυσσ. λευκ.* h *λευκοβυσσινον* | Tr *και καθαρον* 17 *εν* sec Tr [H] om | H *πασι* 18 *αυτ.* Tr H§ *αυτουσ* 19 Tr H *ειδον* 20 h *ο μετ αυτου, ο ψευδ.*

20,1 Tr H *ειδον* | tr *εν τη χειρι* 2 tr h *τον οφιν τον αρχαιον* | Tr H *οσ εστιν διαβολοσ* 3 H *λυθηναι αυτον* 4 Tr H *ειδον* 5 Tr h *και οι λοιποι* 6 H *αλλ* | H [*τα*] *χιλια* 8 H *τεσσαρσι* | Tr [*τον*] *μαγωγ* 9 Tr *εκυκλωσαν* | Tr h *πυρ απο του θεου εκ* 10 *του* sec Tr H§ om | tr *οπου* [*και*] 11 *επ* Tr§ *επανω* | *αυτον* Tr H§ *αυτου* 14 *ο θαν. ο δευτ.* Tr *ο δευτεροσ θανατοσ* **21**,3 Tr (err. de test.) *εκ του ουρανου* | h *λαοσ* | Tr H *μετ αυτων εσται* h add *αυτων θεοσ* 4 *εκ* h *απο* | Tr H *ο θανατοσ* | Tr *ετ· [οτι] τα* H§ *ετι. τα* | h *απηλθεν* 5 *λεγ.* [Tr] h add *μοι* 6 Tr *εγω ειμι το* | Tr H om *αυτω* 8 H *πασι* 9 H *φιαλασ,* 12 Tr§ *επι τουσ πυλωνασ* Tr [*τα ονοματα*] *των δωδ.* 16 Tr (Tr in adnot. *σταδιων* praetulisse videtur) h *σταδιουσ* 17 Tr *τεσσαρακοντα* 18 Tr *ην η ενδωμ.* 19 Tr *και οι θεμ.* 21 Tr *μαργαρίται* 22 Tr *εστιν* enc 27 H [*ο*] **22**,1.2 H *αρνιου εν . . . αυτησ· και* 2 Tr H§ *ποιουν* | H§ *αποδιδουν* 5 H *φωσ ηλιου* | H *φωτισει* [*επ*] *αυτουσ* 6 *ο* pr h om | H *ταχει·* 7 H *ταχυ·* 8 Tr§ H *ακουων κ. βλεπων* | *εβλεψα* h *εβλεπον* | Tr H *δεικνυοντοσ* 11 h *ρυπαρευθητω* 12.13 H — *ιδου . . . τελοσ.* — 13 h om *ο* bis | Tr om *η* et om *το* tert 15 Tr H *φιλων κ. ποιων* 16 *επι* tr h *εν* | Tr H *πρωινοσ* s. d. p. 17 h om *το* et *η* 18 Tr H *ο θεοσ επ αυτον* 19 Tr [*εκ*] 20 Tr *ταχυ· αμην.* H *ταχυ. αμην·* 21 H *ιησου* [*χριστου*] | Tr H *μετα των αγιων* Tr add *τελοσ*

VII.

DE CODICIBUS UNCIALIBUS.

		paginae
	Praemonenda	337—344
1.	Ad evangelia	345—409
2.	Ad actus et epistulás catholicas . . .	409—417
3.	Ad epistulas Pauli	418—435
4.	Ad apocalypsim	435—437
	Tabulae signorum mutatorum . . .	437—438

VII.

DE CODICIBUS UNCIALIBUS.

Testes praestantissimi textus Novi Testamenti codices litteris uncialibus inde a saeculo quarto fortasse medio usque ad saeculum decimum exarati, quibus non adsociamus lectionaria quippe quorum scriptura uncialis plerumque non tam vetusta sit, numero sunt octoginta octo, ut liber nullus antiquus testimonium tale habeat: ℵ ABB^{apoc}CD$^{evv\ act}$D^{paul}EE^{act}E^{paul}FF^{a}F^{paul}GG^{act}G$^{b\ act}$G^{paul}HH^{act} H^{paul} I$^{1.2.3.4.5.6.7}$ I^{b} KK$^{cath\ paul}$ L L$^{act\ cath\ paul}$ M M^{paul} N N^{a} N^{paul} O O$^{a\ b\ c\ d\ e\ f\ g}$O^{paul} O$^{b\ paul}$ P P$^{act\ cath\ paul\ apoc}$ Q Q^{paul} R R^{paul} S T T$^{b\ c\ d\ e\ f}$ T^{woi} U V W$^{a\ b\ c\ d\ e\ f\ g\ h}$ X Y Z Γ Δ Θ$^{a\ b\ c\ d\ e\ f\ g\ h}$ Λ Ξ Π Σ (Δ^{evv}G^{paul} unius codicis sunt).

Ne putaris tamen quemque codicem ex his Novum Testamentum integrum, aut librum nonnullum integrum exhibere, nam codex unus solus ille ℵ Sinaiticus totum Novum Testamentum continet.[1] Accuratius inquirentes invenimus, ex codicibus:

[1] Codices Graeci continent rarissime Novum Testamentum integrum, *uncialium* non nisi ℵ cui A et C mutili haud adsociandi sunt, *minusculorum* ut videtur non nisi 18.35.(61.)(69.)131.141.149.(175.)180.201.205.206.209.(218.)241.242.339.367.(368.)386.390.462.466.(498.)506.(522.)578.579.582 et alii pauci.

Saepissime exscripta sunt evangelia sola, tum actus cum epistulis; Pauli epistulae nunc evangeliis nunc actibus et epistulis catholicis coniunctae, nunc solae, nunc accedente apocalypsi exscriptae sunt, unde fit ut saepius exstent hae quam actus et epistulae catholicae; apocalypsis rarius exscripta est, et latet liber parvus nonnunquam inter libros non sacros.

1. ad *evangelia* pertinentibus 66:

sex: ℵBKMSU integrum textum comprehendere .	6
quattuor: ELΔΠ textum fere integrum	4
undecim: ACDFGHVXΓΛΣ textus maximam vel certe magnam partem	11
decem: NPQRTW$^{b\ g}$YZΞ plurima textus fragmenta	10
triginta quinque: F^{a}I$^{1.3.4.7}$I^{b}N^{a}OO$^{a\ b\ c\ d\ e\ f\ g}$T$^{b\ c\ d\ e\ f}$ T^{woi}W$^{a\ c\ d\ e\ f\ h}$Θ$^{a\ b\ c\ d\ e\ f\ g\ h}$ pauca fragmenta .	35
	66

2. ad *actus* pertinentibus 15:

tres: ℵAB integrum textum	3
duos: EP textum fere integrum	2
quattuor: CDHL maximam partem	4
sex: F^{a}I$^{2.5.6}$GG^{b} fragmenta pauca	6
	15

3. ad *epistulas catholicas* pertinentibus 7:

quinque: ℵABKL textum integrum	5
duos: CP maximam textus partem	2
	7

4. ad *epistulas Pauli* pertinentibus 20:

unum: ℵ textum integrum	1
duos: DL textum fere integrum	2
octo: ABCEFGKP maximam textus partem . .	8
novem: F^{a}HI^{2}MNOO^{b}QR pauca	9
	20

5. ad *apocalypsim* pertinentibus 5:

tres: ℵAB textum integrum	3
duos: CP maximam textus partem	2
	5

Si amplitudo saepe exigua codicum uncialium cognita spem dubitationis de lectionibus variis tollendae diminuerit, idem faciet aetatis codicum cognitio, quatenus palaeographicis argumentis definiri potest; de aetate duorum tantum codicum, S anno 949 et Γ anno 844 (979?) scriptorum,

aliunde constat. Videntur codices nostri saeculorum horum esse:

duo: ℵB . . . . . quarti,

decem: ACI$^{1.2.3}$I^{b}QQ^{paul}TT^{woi} . . . . . quinti,

viginti duo: D$^{evv\ act}$D^{paul}E^{act}H^{paul}I$^{4.7}$NN^{a}O^{paul} O$^{b\ paul}$O^{c}P^{evv}RT^{b}T^{c}T^{e}Z$\theta^{c}\theta^{e}\theta^{f}\theta^{g}\Sigma$ . . . . . sexti,

novem: F^{a}G^{act}I$^{5.6}$O^{d}T$^{d}\theta^{a}\theta^{b}$R^{paul} . . . . . septimi,

octo: B^{apoc}E^{evv}L^{evv}W^{a}W^{b}Y$\theta^{d}\Xi$ . . . . . octavi,

triginta unus: E^{paul} F^{evv} F^{paul} G$^{b\ act}$ G^{paul} H^{act} K^{evv} K^{epp} L$^{act\ epp}$ M^{evv} M^{paul} N^{paul} OO^{a} O^{e} O^{f} O^{g} P$^{act\ epp}$ apoc$^{}$T^{f}VW^{c}W^{d}W^{e}W^{f}W^{g}W^{h}X$\Gamma\Delta\Lambda\Pi$ . . noni,

sex: G^{evv}H^{evv}O^{b}SUθ^{h} . . . . . decimi.

Codices plurimi emendati sunt a manu prima vel recentiore aliquoties textum cum insigni quodam exemplari conferente, ut in codice evangeliorum Λ legimus *εγραφη και αντεβληθη εκ των ιεροσολυμοις παλαιων αντιγραφων· των εν τω αγιω ορει αποκειμενων*, et in codice H^{paul} *εγραψα και εξεθεμην προσ το εν καισαρια αντιγραφον τησ βιβλιοθηκησ του αγιου παμφιλου*. Vide etiam codices Evv 20.157.164. 215.262.300.376.428.565.566. Act 15.(83.) Lectiones hae emendatae non nunquam sunt magni aestimandae, multo tamen saepius textum ad codicum deteriorum inferioris aetatis pravitatem conformant. Signantur —* —**—*** vel —*—^{2}—^{3} vel —*—^{b}—^{c} id est a prima secunda, tertia manu; habemus etiam in ℵ —^{a}—^{b}—^{c}—^{ca} —^{cb}—^{cc}—^{cc}*—^{e} (vide infra, p. 346).

Quicunque codices Graecos excutere voluerit libris Bernardi Montefalconii,[1] Guil. Wattenbachii,[2] Victoris Gardthausenii consulat;[3] neque neglegenda sunt specimina Silvestrii,[4]

[1] Montfaucon, *Palaeographia Graeca*, Parisiis a. 1708, in fol.

[2] Wattenbach, *Anleitung zur griechischen Palaeographie*, ed. 2, Lipsiae a. 1877, in 4 et fol.

[3] Gardthausen, *Griechische Palaeographie*, Lipsiae a. 1879 in 8.

[4] J. B. Silvestre, *Paléographie universelle*, deuxième partie, Grecs et Latins, Parisiis a. 1841, in fol.

Wattenbachii,[1] Sabae,[2] societatis palaeographicae Londinensis,[3] et quod ad Novum Testamentum attinet adhibenda sunt opera Matthaeii, editiones codicum a Tischendorfio factae, opera Scriveneri, de quibus omnibus iam supra in capite sexto dictum est.

Praeter Q^{paul} folia duo papyracea Porfiriana, exarati sunt codices unciales omnes in membrana ex pellibus, nunc fortasse antiloparum vel asinorum, nunc vitulorum vel ovium, plerumque quo antiquiore eo tenuiore. Membranarum latera molliora, quibus carnem attingebat pellis et quibus minus bene adhaerebat atramentum, cum mollioribus iuncta sunt, itemque fortiora cum fortioribus, binis bina excipientibus; prima fasciculi sive quaternionis pagina mollior est; lineae in fortioribus ductae sunt.[4] Ut codices splendidiores essent tinctae sunt non nunquam membranae colore purpureo, scriptura auro et argento ducta. Praeterea interdum deleverunt librarii scripturam vetustiorem sacram ut novam saepe profanam membranae inscriberent, quo opere laborem magnum litteras occultas eruendi viro textus sacri studioso paraverunt, cuius rei exemplum optimum habetur codex C rescriptus.

Codex ℵ Sinaiticus exhibet quaternas columnas in singulis paginis, codex B Vaticanus ternas, alii multi ut

[1] Wattenbach, *Schrifttafeln zur Geschichte der griechischen Schrift*, Abth. I. II, Berolini, a. 1876—77, in fol., cum 40 tabb. — Wattenbach et A. von Velsen, *Exempla codicum Graecorum litteris minusculis scriptorum*, Heidelbergae, a. 1868, in fol., cum 50 tabb.

[2] Sabas, *Specimina palaeographica codicum Graecorum et Slavonicorum bibliothecae Mosquensis synodalis*, saec. VI—XVII, Mosquae, 1863, in 4.

[3] *The paleographical society, facsimiles of manuscripts and inscriptions edited by E. A. Bond and E. M. Thompson*, Part I—XII, London, 1873—82, in fol., cum 229 tabb.

[4] Methodus haec, quam Tischendorfius de codice ℵ Sinaitico tractans memorabilem praedicavit, regula fuit codicum componendorum, quod iam exposui in actis *Literarisches Centralblatt*, Lipsiae a. 1880, num. 43, col. 1410.

AFGI$^{1.2.3.4.6.7}$I^{b}LMNPQRTUW$^{a\ b\ g}$XΛM^{paul}binas, alii CEHI^{5}KV W$^{d\ e\ h}$YZΓΞP$^{act\ epp\ apoc}$H^{paul}B^{apoc} singulas. Conligitur codicum ℵ et B vetustas ex columnarum numero, quippe qui propior papyris vel membranis convolutis antiquissimis sit. De verbis continua serie scriptis, de scriptura per stichos, de interpunctione iam dictum est supra in capite IV, 1, (2.), E, p. 111—116.

Huius loci non est de litterarum uncialium forma fusius tractare; id unum degam formas antiquissimas rotundas et quadratas simplicissimas tempore posteriore cessisse formis oblongis et varie flexis.

Compendia scribendi, in ipsis antiquissimis codicibus ut ℵABCD adhibita, sunt inter alia haec:

$\overline{\text{ΑΝΟC}}$ $\overline{\text{ΑΝΟΥ}}$ $\overline{\text{ΑΝΟΙ}}$ etc: pro *ανθρωποσ* etc.

$\overline{\text{ΔΑΔ}}$: pro *δαυειδ*

$\overline{\text{Θϛ}}$: pro *θαι*

$\overline{\text{ΘC}}$ $\overline{\text{ΘΥ}}$ etc: pro *θεοσ* etc.

$\overline{\text{ΙΗΛ}}$ $\overline{\text{ΙCΛ}}$ $\overline{\text{ΙCΗΛ}}$: pro *ισραηλ*

$\overline{\text{ΙΛΗΜ}}$ $\overline{\text{ΙΗΜ}}$ $\overline{\text{ΙΛΜ}}$ $\overline{\text{ΙЄΛΜ}}$ $\overline{\text{ΙΗΛΜ}}$ alia: pro *ιερουσαλημ*

$\overline{\text{IC}}$ $\overline{\text{IΥ}}$ rarius $\overline{\text{ΙΗC}}$ $\overline{\text{ΙΗΥ}}$ etc: pro *ιησουσ* etc.

Ϗ : pro *και*

$\overline{\text{KC}}$ $\overline{\text{KΥ}}$ etc: pro *κυριοσ* etc.

$\overline{\text{Μ}^{\text{o}}}$: pro *μου* et *μοι*

$\overline{\text{ΜΗΡ}}$ $\overline{\text{ΜΡC}}$ $\overline{\text{ΜΡΙ}}$ etc: pro *μητηρ* etc.

—— $\overline{\ }$: pro *ν* ut $\overline{\text{ЄΙΠЄ}}$, $\overline{\text{ΤΟ}}$ pro *ειπεν, τον*

$\overline{\text{ΟΥΝΟC}}$ $\overline{\text{ΟΥΝΟΥ}}$ $\overline{\text{ΟΥΝΟΙ}}$ etc: pro *ουρανοσ* etc.

$\overline{\text{ΠΗΡ}}$ (in D $\overline{\text{ΠΑΡ}}$) $\overline{\text{ΠΡC}}$ $\overline{\text{ΠΡЄC}}$ etc: pro *πατηρ* etc.

$\overline{\text{ΠΝΑ}}$ $\overline{\text{ΠΝC}}$ $\overline{\text{ΠΝΙ}}$ $\overline{\text{ΠΝΑΤΑ}}$ $\overline{\text{ΠΝΙΚΟC}}$ $\overline{\text{ΠΝΙΚΩC}}$: pro *πνευμα* etc

ⲣ̅ⲏ̅ : pro *προ* et *προσ*

ⲥ̅ⲏ̅ⲣ̅ ⲥ̅ⲣ̅ⲥ̅ ⲥ̅ⲣ̅ⲓ̅ etc: pro *σωτηρ* etc.

ⲥ̅ⲣ̅ⲟ̅ⲩ̅ ⲥ̅ⲣ̅ⲱ̅ etiam ⲥ̅ⲧ̅ⲣ̅ⲩ̅ ⲥ̅ⲧ̅ⲣ̅ⲛ̅ : pro *σταυρου* etc.

ⲥ̅ⲧ̅ⲣ̅ⲑ̅ⲏ̅ ⲉ̅ⲥ̅ⲣ̅ⲱ̅ⲑ̅ⲏ̅ : pro *σταυρωθη, εσταυρωθη*

ⲧ̅ⲓ̅ : pro *ται*

ⲩ̅ⲥ̅ ⲩ̅ⲩ̅ etc: pro *υιοσ* etc.

ⲭ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲩ̅ rarius ⲭ̅ⲣ̅ⲥ̅ ⲭ̅ⲣ̅ⲩ̅ etc pro *χριστοσ* etc.

Coniunguntur passim litterae hoc modo: ⲛⲏ ⲏⲛ ⲙⲏ ⲏⲙ ⲡⲏ ⲛⲛⲏ.[1]

In codicibus tum uncialibus tum minusculis notandis disserendum est ad codicem unumquemque in primis de tribus: *a.* de ratione codicis palaeographica, quam dicunt, *b.* de iis quae in codice insint, *c.* de codicis historia.

a. Ponuntur primum nomen urbis et bibliothecae ubi codex adservatur atque numerus plutei, codicis saeculum, magnitudo sive forma, utrum in folio an quarto an octavo sit (ubi fieri potest adduntur codicis vel etiam textus altitudo et latitudo centimetris quos dicunt expressae), materia utrum membrana an bombycina an charta sit. Deinde compendiis indicantur haec:

Carp : epistula ad Carpianum, vide supra, p. 145.146.
Eus-tab : tabula canonum Eusebii, vide supra, p. 146—152.
prol, *ὑποθ* } prologi vel *ὑποθέσεισ.*
capp-tab : tabulae capitum, vide supra, p. 141—143.
capp : signa capitum maiorum ad marginem adscripta.
titl : tituli capitum maiorum etiam ad summam vel ad imam paginam dati.

[1] De compendiis scribendi vide Gardthausenium, *Griechische Palaeographie*, Lipsiae a. 1879, p. 243—260, ubi tabulam signorum invenies.

Amm : sectt Amm in marg, vide supra, p. 143.144.
Eus : canones Eusebiani ad marginem notati, vide supra p. 143.
lect : notatio pericoparum vel sectionum quae diebus certis legendae sint, cf supra, p. 162.163, si (init) additur, indicat lectionum initia etiam in margine stare.
ἀναγν : *ἀναγνώσματα* numerata, cf supra, p. 161.162.
subscr : subscriptiones ad libros singulos.
ῥημ : *ῥημάτων* numeri ad finem librorum, cf supra p. 113.
στίχ : *στίχων* numeri ad finem librorum, cf supra, p. 112.
syn: *συναξάριον*, cf supra, p. 163.
men: *μηνολόγιον*, cf supra, p. 163.
pict : codex tabulas pictas habet.
mus : signa musica insunt.
mut : mutilus. rescript : rescriptus.
purpur-argent : codex membrana purpurea et litteris aureis argenteisque exaratus.
atr: atramentum. rubr: rubrum.

b. His brevissime dictis, datur post colon (:) *continet* sive ea quae in codice insunt, additis interdum nonnullis de textu. *c.* Tum demum historia codicis.

Ut lector percipiat quo modo litterae nonnullae unciales propter formarum similitudinem in codicibus antiquissimis facile permutari potuerint, adscribenda sunt hoc ipso loco versus aliquot ex codicibus ℵABC, adhibitis typis ad imitationem librorum quinti potissimum saeculi iussu Tischendorfii paratis; versus in codice C longiores sunt quam quae in pagina stare possint.

Codex ℵ, Hebr 13,3.4



ΤΕCΕΝCΩΜΑΤΙ
ΤΙΜΙΟCΟΓΑΜΟCΕΝ
ΠΑCΙΝΚΑΙΗΚΟΙΤΗ
ΑΜΙΑΝΤΟCΠΟΡΝΟΥC
ΓΑΡΚΑΙΜΟΙΧΟΥC
ΚΡΙΝΙΟΘC

Codex A, Luc 12,38 sq. fol. 56 recto, a, ll. 1—6.

ΕΛΘΗΕΝΤΗΔΕΥΤΕΡΑΦΥΛΑΚΗ·
ΚΑΙΕΝΤΗΤΡΙΤΗΦΥΛΑΚΗΙΚΑΙ
ΕΛΘΩΝΕΥΡΗΟΥΤΩC·ΜΑΚΑΡΙ
ΟΙΕΙCΙΝΟΙΔΟΥΛΟΙΕΚΕΙΝΟΙ·
ρns ΟΥΤΟΔΕΓΕΙΝΩCΚΕΤΕΟΤΙΗ
ē ΕΙΔΙΟΟΙΚΟΔΕCΠΟΤΗCΠΟΙΑ

Codex B, Marc 1,1 sq.

ā ΑΡΧΗΤΟΥΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ
ΙΥ ΧΥ ΥΙΟΥ ΘΥ ΚΑΘΩCΓΕ
ΓΡΑΠΤΑΙΕΝΤΩΗCΑΙΑΤΩ
ΠΡΟΦΗΤΗΙΔΟΥΑΠΟCΤΕΛ
ΛΩΤΟΝΑΓΓΕΛΟΝΜΟΥ
ΠΡΟΠΡΟCΩΠΟΥCΟΥΟC
ΚΑΤΑCΚΕΥΑCΕΙΤΗΝΟΔ·Ō
CΟΥΦΩΝΗΒΟΩΝΤΟC

Codex C, Marc 16,14

Υ CΤΕΡΟΝΑΝΑΚΕΙΜΕΝΟΙCΑΥΤΟ...
ΘΗΚΑΙΩΝΕΙΔΙCΕΝΤΗΝΑΠΙCΤΙ...
ΚΑΡΔΙΑΝΟΤΙΤΟΙCΘΕΑCΑΜΕΝ...
ΕΚΝΕΚΡΩΝΟΥΚΕΠΙCΤΕΥCΑΝ·
cāh ΚΑΙΕΙΠΕΝΑΥΤΟΙCΠΟΡΕΥΘΕΝΤΕ...
Ζ Ξ Ψ

1.

AD EVANGELIA.

ℵ: Sinaiticus nunc Petropolitanus.

saec. IV, in fol, membr, in quaternionibus (ast duo sunt terniones), foll. $346^1/_2$ quorum $147^1/_2$ ad Novum Testamentum Barnabam Pastorem spectant, alt. 43 cm. lat. 37.8 cm. (primo maiora erant folia, sed decurtata sunt) quaternis columnis et quadragenis octonis lineis in singulis paginis; membrana tenuis est ex pellibus ut videtur asinorum vel antiloparum; litterae unciales nitidissimae continue scriptae apostrophum punctumque simplex hic illic habent sed spiritibus vel accentibus non ornatae sunt; signum > usurpatur nunc ad versus finem ut quae sequuntur arctius cum iis quae praecedunt iuncta sint, nunc ornamenti vel explendi spatii causa, quo de signo vide etiam infra, Δ F^{paul} G^{paul}; lineola passim versibus interiecta est ad textum distinguendum; orationis ad alia transitus passim indicatur nova linea et littera non maiore sed litterarum seriem excedente; litterae minores ubique usurpantur eiusdem indolis atque magnae; puncta diaeresis super ι et υ saepius omissa sunt neque accurate potest distingui utrum nonnunquam a manu prima an semper a correctoribus posita sint; compendia usitata occurrunt; numeri saepe non nisi litteris exprimuntur; ex itacismo confusae sunt ει et ι, αι et ε, rarius υ et οι, η et ει, ο et ω; errores multi ex ὁμοιοτελεύτῳ exorti sunt; formae grammaticae „Alexandrinae" passim inveniuntur; (Amm et Eus minio ab alia manu fortasse non multum recentiore scripta sunt); librorum inscriptiones et subscriptiones perbreves sunt; dinumeravit Tischendorfius in codice Sinaitico scribas quattuor: „A cum Chronicorum fragmento librum Maccabaeorum primum et quarti folia posteriora quattuor cum dimidio (37*), item totum Novum Testamentum exceptis foliis septem et Pastore scripsit, B prophetas et Pastoris librum, C libros ex more antiquissimo versibus editos, D libros Tobith et Judith, item quarti Maccabaeorum libri folia tria priora cum dimidio, in Novo vero Testamento duo Matthaei folia: 10 et 15; ultimum Marci folium et primum Lucae: 28 et 29; prioris ad Thessalonicenses epistulae folium alterum et folium epistulae ad Hebraeos tertium: 88 et 91. Quibus nescio an apocalypsis initium addam, quod prima paginae 126* columna usque ad verba ο μαρτυς ο πιστος ο πρωτοτοκος των νεκρων

scriptum est;" scriba ille D idem fuit qui ut videtur Novum Testamentum totum in codice Vaticano exaravit:[1]

continet Novum Testamentum integrum, cui accedunt Barnabae epistula et post folia sex amissa Pastoris fragmentum; — folia eiusdem codicis priora 199 et codex Lipsiensis Friderico-Augustanus, et folia vel fragmenta tria Porfiriana Chiovensia et fragmentum unius horum foliorum Caesareum Petropolitanum, quae omnia olim unum librum fecerunt, continent haec ex Vetere Testamento (Porfiriana uncis inclusimus, Lipsiensia litteris cursivis scripsimus): [Gen 23,19—24,4.5—8.]9.10.[10—14.17.18.25—27.30—33.36—41.] 41—43.[43—46 Num 5,26—30 6,5.6.11.12.17.18.22—27 7,4.5.12. 13.15—26] 1 Chron 9,27—11,22 *11,22—19,17 2 Esdr 9,9—finem, Neh Esth Tob 1,1—2,2* 2,2—finem, Judith 1 Macc 4 Macc Esai Hierem 1,1—10,25 *10,25—finem, Thren 1,1—2,20* Joel Obad Jonas Nah Hab Sophon Hag Zach Mal Ps Prov Eccl Cant Sap-Sol Sap-Sir Iob—; ordo in Novo Testamento est Evv Paul Act Cath Apoc Barn Herm, et tenet Heb locum post 2 Th; textus Novi Testamenti optimae notae consentit saepe cum B, praebet tamen lectiones multas sibi proprias; testibus vv. cll. Westcotto Hortioque praebet ℵ textum Prae-Syriacum sed (magis in Evv, praesertim in Io et partim in Lc, et ut videtur in Apoc) cum lectionibus Occidentalibus atque Alexandrinis commixtum; Barnabae epistula primum ex hoc codice integra Graece hausta est neque hodie habetur alioqui integra nisi in codice Constantinopolitano anni 1056. De Novi Testamenti correctoribus statuit Tischendorfius haec:

ℵ^{a}: aetate vix differre ab ipso scriptore; eiusdem saeculi quarti certe esse quicquid lectionum nota ℵ^{a} insignitum est;

ℵ^{b}: saeculi fere sexti esse; attigisse autem ℵ^{b} locos tantum paucos praeter Matthaeum cuius primas paginas curiosius tractavit;

ℵ^{c}: ineuntis fere saeculi septimi esse; hoc signo notatur ℵ$^{c\,a}$ nisi ubi, qui statim sequitur, ℵ$^{c\,b}$ ab eo discedit;

ℵ^{cb}: saeculi septimi esse, neque longo intervallo a ℵ$^{c\,a}$ distare;

ℵ^{cc}: saeculi septimi esse, codicem diutius possedisse (laudatur in Apoc cf 1,9.11.19 2,2 etc);

ℵ^{cc*}: saeculi septimi esse, pauca in Apoc correxisse (cf Apoc 11,1. 3.8 12,6 18,9);

ℵ^{c}: saeculi duodecimi esse, paucissima correxisse (cf Mt 19,3 1 Ti 3,16).

[1] Tischendorf, *N. T. Vaticanum*, p. xxii; ibi l. 11 ab ima pagina legendum est *sexies* pro *septies;* l. 10 *undecies* pro *duodecies* et *novies* pro *septies;* l. 8 *quater* pro *ter.* Videtur D in codice Sinaitico lineas triginta duas primae columnae apocalypsis scripsisse. Cf de codice Sinaitico v. cl. Iohannem Gwynnium, apud Scrivenerum, *Introd.* ed. 3, a. 1883, p. xii.xiii.

Ex membranis tenuibus antiquis, quaternis columnis pariter atque in papyris evolutis videtur, litterarum formis vetustissimis, columnarum simplicitate sine litteris ceteras multum excedentibus, punctatione rara, orthographia grammaticisque formis minus puris, librorum ordine quo sicut in Syra vetere versione Paul ante Act ponatur, inscriptionum subscriptionumque simplicitate, capitibus evangeliorum maioribus nondum notatis, versibus duodecim Mc 16,9—20 nondum additis, Barnaba et Pastore adiunctis ut qui usque adhuc publice in ecclesia legerentur, — ex his fere conlegit Tischendorfius codicem saeculo quarto medio exaratum esse. V. cl. Hilgenfeldius[1] voluit codicem saeculi sexti esse, subscriptione libri Esther fretus, quae subscriptio codicem Pamphili (mortui a. 309) „vetustissimum" dicit, et propter vitia praetermissiones lectiones falsas barbarismos codicis. Tischendorfius[2] respondit codicem Sinaiticum non vitiosiorem esse quam codicem Vaticanum, subscriptionem libri Esther a manu saeculi circiter septimi additam esse; neque haec refutare potuit id quod Hilgenfeldius[3] posthac proposuit. Quae de horum codicum diversa aetate disseruit v. cl. Burgonius,[4] qui Vaticanum Sinaitico 50 vel 75 vel 100 annorum intervallo anteponit, ea nullo fundamento inniti demonstravit luce clarius v. cl. Ezra Abbotus.[5] V. cl. Victori Gardt-

[1] Hilgenfeld, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, a. 1864, p. 74—82; vide etiam Donaldsonium, *Theological Review*, num. lix, Londinii a. 1877, p. 514.

[2] Tischendorf, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, 1864, p. 202—210; *Appendix codd. celeberr.* Lipsiae a. 1867, p. viii.

[3] Hilgenfeld, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, 1864, p. 211—219.

[4] Burgon, *The last twelve verses of the gospel according to S. Mark*, Londinii a. 1871, p. 291—294: „On the relative antiquity of the codex Vaticanus (B) and the codex Sinaiticus (ℵ)".

[5] Abbot, *Journal of the American Oriental Society*, vol. x, num. 1, Novi-Portus (New Haven) a. 1872, p. 189—200, et p. 602.

hausenio[1] videntur litterarum formae documento esse codicem anno circiter 400 scriptum esse. Nego ullo modo ex inscriptionibus, quae usque hodie prolatae sunt, distinctionem accuratam conligi posse inter formas anni 331 a Tischendorfio positi et formas anni 400. Praeterea etiamsi quod ad litterarum formas attinet codex anno 400 potuisset scribi, nihil habeo quod Tischendorfii coniecturae, codicem ex quinquaginta illis Constantini imperatoris esse, opponam; teste Eusebio[2] anno 331 Constantinus quinquaginta exscribi statuit (teste Athanasio[3] curavit etiam Constans codices exscribendos). Quamdiu argumenta nova ex inscriptionibus novis novisve codicibus non adferantur, inclinat animus ut arbitrer codices Sinaiticum quaternis columnis et Vaticanum ternis columnis ex iis quinquaginta fuisse, qui *τετρασσά* et *τρισσά* scripti sint.[4]

Mense maio anni 1844 in monasterio s. Catharinae ad montem Sinaiticum repperit Tischendorfius inter codicum variorum reliquias, in sportam coniectas ut comburerentur, folia multa codicis antiquissimi versionis Veteris Testamenti LXX virorum, et folia quadraginta tria ei concessa Lipsiam reportavit. Haec posthac in bibliotheca universitatis Lipsiensis recondita edidit in libro, *Codex Friderico-Augustanus*, Lipsiae a. 1846, ad imaginem foliorum exactis facsimilibus. Anno 1845 invenit eodem monasterio v. cl. Porfirius fragmenta duo codicis eiusdem ex codicum recentiorum tegumento protracta, quae fragmenta Porfiriana edita sunt a Tischendorfio in libro, *Appendix*

[1] Gardthausen, *Griechische Palaeographie*, Lipsiae a. 1879, p. 143—150.

[2] Eusebius, *De vita Constantini*, iv, 36.37.

[3] Athanasius, *Opera*, ed. Bened. vol. 1, p. 297[d] *πυκτία κ. τ. λ.*

[4] Cf Gebhardt, *Herzog's Real-Encyklopädie*, ed. 2, vol. 2 (Lipsiae a. 1878), p. 402, adn. 412; Westcottus vero Hortiusque, *N. T.* vol. 2, p. 74.264—267, codices et ℵ et B in Occidente et fortasse Romae scriptos esse suspicantur.

codicum celeberrimorum Sinaitici Vaticani Alexandrini, Lipsiae a. 1867, p. 1—6. Cum Tischendorfius monasterium iterum adiit anno 1853 nihil invenire potuit nisi fragmentum, nunc Caesareum Petropolitanum, ex Genesi, quod in *Mon. sacr. ined.* vol. 2, Lipsiae a. 1857, p. xxxxvi et 321 inest, et desperans de codice inveniendo edidit in *Mon. sacr. ined.* Lipsiae a. 1855, vol. 1, proll. p. xxxx, text. p. 211—216 folium Iesaiae finem Hieremiae initium continens, quod iam anno 1844 ex foliis monasterio relictis transcripsit. Anno denique 1859[1] die 4 mensis februarii codicem iterum vidit gaudioque magno percepit Novum Testamentum Barnabam Hermae partem nunc inesse. Huius loci non est ea repetere quae Tischendorfius in actis diurnis, in libris variis, accuratissime retulit de negotiis quae ad codicem obtinendum spectant. In summa haec: codicem viris duobus Germanis[2] in auxilium vocatis intra menses duos transcripsit; die 28 mensis septembris anni 1859 ei concessus est codex Cairae, ut codicem in Europam edendum et denique Petropolim transferret; editione Lipsiae confecta in voluminibus quattuor formae maximae anno 1862 absoluta tradidit codicem imperatori Russorum Alexandro in oppido Zarskoje Seló die 10 mensis novembris (die 29 octobris apud Russos) anni 1862. Anno demum 1869 donatione perfecta transiit codex ex eorum scriniis qui imperatori Russico a rebus externis sunt in bibliothecam imperialem.[3]

V. cl. Donaldsonius[4] dolet quod Tischendorfius nihil de codicis historia referat id est de fatis eius intra annos 1844—1859, adseverat suspicionem doli facile posthac

[1] Vide supra, p. 5.6.

[2] Saepe iniuria Copti fuisse dicuntur.

[3] Tischendorf, *Die Sinaibibel*, Lipsiae a. 1871, p. 85—92; Ebers, *Durch Gosen zum Sinai*, Lipsiae a. 1872, p. 302—309.

[4] Donaldson, *Theological Review*, Londinii a. 1877 (mense ianuario), p. 37.

excitatum iri, reprehendit Tischendorfium quod testimonium externum de codicis historia non attulerit. Istis quae viro doctissimo Donaldsonio vix digna videntur omnibusque talibus querellis respondeo haec: codicem intra annos dictos historia ut ita dicam caruisse in monachorum cubiculo degentem ubi viderunt viri cll. Porfirius et Macdonaldius; verba haec Donaldsonii ipsius suspicionem ut videtur iniustissimam Tischendorfio mortuo movisse iniecisse excitasse, quo sensu hic illic laudata sunt ab aliis viris rei non peritis; Tischendorfium testimonium quod potuit externum re vera attulisse.

Quid non dixerit? Dixit quo loco codex inventus, a quo sibi ipsi monstratus, quo panno scilicet rubro involutus, quo modo per noctem primam a se partim lectus partimque exscriptus, a quo et qua auctoritate ex monte Sinaitico Caïram delatus, a quibus Caïrae exscriptus fuerit, omnia alia usque ad volumina typis expressa et publici iuris facta. Quid plusculi addere potuisset? Equidem nescio.

De malae fidei suspicionibus, quas Tischendorfii adversarii moverunt, nonnisi pauca dicam, quoniam animo lectoris candido res satis evidens erit. Mihi videor fortasse ad rem sine ulla opinione praeiudicata adire posse, qui natu Americanus Tischendorfium nunquam viderim, nunquam litteras ad eum dederim neque ab eo acceperim. Rem ex utraque parte spectavi, verba amicorum eius et inimicorum ad aures meas accesserunt, schedas et litteras Tischendorfianas nemine impediente exploravi, partem codicis Sinaitici eam priorem, quam codicem Friderico-Augustanum dicunt, in manibus habui. Re accuratissime explorata neque notam neque vestigium malae fidei invenire possum.

Unum restat. Fertur, id quod quidem inter viros doctos ipse audivi, Tischendorfius codicem ex monasterio primum ad transcribendum petitum postremo Caïra in Europam sine compensatione rapuisse. Testatur vir doctissimus Philippus Schaffius[1] monachos monasterii s. Catharinae fabulam hanc sibi narrasse; et neganti subpraefectum concessisse imperatorem Russorum pecuniam dare voluisse, monasterium autem spreta pecunia codicis restitutionem frustra flagitasse. Respondeo:

1. Quod ad rei modum spectat, Tischendorfium unoquoque temporis momento auctoritate antistitum nunc monasterii nunc monachorum ordinis usum esse; nec mei neque alius hominis exteri esse de regulis monasterii vel ordinis disputare.

2. Quod ad compensationem non solum monachis oblatam sed etiam ab iis acceptam attinet, me has litteras apud ministerium Russicum datas habere:

St. Petersburg le $\frac{1}{13}$ Juin 1878.

Monsieur: Par suite de Votre lettre concernant le manuscrit de l'Ancien et Nouveau Testament découvert par le Professeur Tischendorf au Mont Sinai, j'ai l'honneur de Vous transmettre cisûs une notice redigée au Ministère Impérial des Affaires étrangères par rapport à l'acquisition de dit manuscrit.

Veuillez agréer l'assurance de ma considération très distinguée

Sacken.

Par un acte delivré le 18 novembre 1869 les Pères du Mont Sinai ont reconnu avoir fait hommage à Sa

[1] Schaff, *Through Bible lands*, Novi Eboraci [anno 1878], p. 191; cf Westcott-Hort, *N. T.* ed. Amer. [vol. 1], p. xix, adn.

Majesté l'Empereur de Russie d'un manuscrit de l'ancien et du nouveau Testament decouvert par le Professeur Tischendorf.

En retour de cette donation Sa Majesté l'Empereur a fait parvenir à la Bibliothèque du Mont Sinai la somme de 7000 roubles et au Couvent de Mont Thabor 2000 r. Le Gouvernement Impérial est en possession d'un reçu des dites sommes.

Outre cette récompense pécuniaire quelques uns des Pères Sinaites ont obtenu des décorations russes.

Quod testimonium hac in re gravius potest esse? Neque prius cessit codex ex aula eorum qui imperatori Russico sunt a rebus externis neque in bibliotheca imperiali receptus est quam negotium illum ad finem perductum esset.

3. Quod ad archiepiscopum ordinis antistitem spectat, haec ex epistulis tribus ad Tischendorfium missis rei satisfacere: in litteris die 15 mensis iulii anni 1869 datis dicitur codex imperatori dedicatus esse, pretium codicis nondum acceptum esse: *ὅτι δὲ ἡ ὑμετέρα φίλη σοφολογιότησ καὶ ἀγαθὸσ φίλοσ καὶ προστάτησ πολύτιμοσ τυγχάνει, δῆλον καὶ αὖθισ ἐξ ὅσων ἀφηγεῖται Ἡμῖν ἐν τῇ ἐριτίμῳ αὐτῆσ ἐπιστολῇ περὶ τοῦ τῆσ Βίβλου τιμαλφοῦσ πρωτοτύπου καὶ τῶν ὑπὲρ τοῦ Σινᾶ ἐνεργειῶν αὐτῆσ παρὰ τῷ Μεγαλειοτάτῳ αὐτοκράτορι πασῶν τῶν Ῥωσσιῶν, ᾧ καὶ τελευταῖον, ὡσ γιγνώσκει, ἡ περιώνυμοσ αὕτη Βίβλοσ ἐδωρήθη εἰσ ἔνδειξιν τῆσ ἀϊδίου Ἡμῶν καὶ τοῦ Σινᾶ εὐγνωμοσύνησ. Τὰ ἀποτελέσματα τῶν ἐνεργειῶν τούτων ἐνκαίρωσ μὲν ἐκοινοποιήθησαν καὶ Ἡμῖν, ἀλλ' οὐδὲν μέχρι τοῦδε ἀπεστάλη, οὔτε τὸ παράσημον, οὔτε τὸ αὐτοκρατορικὸν δῶρον. Ἐν τοσούτῳ Ἡμεῖσ θεωρούμεθα εὐδαίμονεσ, ὅταν ἀπολαύωμεν τῆσ ὑψηλῆσ καὶ κραταιᾶσ αὐτοκρατορικῆσ εὐνοίασ, ἧσ τοσαύτην χρείαν ἔχομεν ὑπὲρ τοῦ ἐν Σινᾷ Ἱεροῦ Καταγωγίου.* Subscripsit litteras has † *ὁ Ἀρχιεπίσκοποσ Σιναίου Καλλίστρατοσ.*

Tum re absoluta accepit Tischendorfius anno 1870 bis litteras amicissimas ex archiepiscopo, quarum alterae, die 14 mensis octobris datae, memorabiles sunt non solum propter verba prorsus non infensa sed etiam propter nomina ter vel quattuor patrum nomini archiepiscopi addita ut quae pro monachis omnibus subscripserint: „† *ὁ Σιναίου Καλλίστρατος· | Καὶ ἡ περὶ Ἡμᾶς Ἱερὰ τῶν Πατέρων σύναξις | ὁ Δικαίος Ἀρχιμανδρίτης Παρθένιος | ὁ Πρωτοσύγγελλος Κορνήλιος Κοσμίδης | ὁ Φιλόθεος Μοναχός | ὁ Μακάριος* [? videtur hoc nomen typo, ut ita dicam, expressum esse.]“

Tischendorfius codicem suum re vera praestantissimum fortasse plus aequo miratus est. Cavendum est aliis ne contra plus quam iustum sit codicis vitia notent, codicem contemnant. Vv. cll. Westcottus Hortiusque, qui codicem B ante omnes extollunt, etsi codicem Sinaiticum in secundo loco ponunt, hunc tamen aliis praeter codicem B longe excellere dicunt.[1]

Codex Sinaiticus amplissime accuratissime splendidissime editus est[2] auspiciis Alexandri Russorum imperatoris

[1] Viri hi clarissimi accuratissime indagaverunt, fusius exposuerunt ea quae codicum horum peculiaria sunt: Westcott-Hort, *The N. T. in the original Greek*, Cantabr. et Lond. a. 1881, [vol. 2] introd. p. 207—271. Scriba codicis B omittit vel repetit saepissime verba vel litteras nonnullas, codicis ℵ scriba hoc rarius facit sed saepius menda alia quae ex celeri exscriptione oriuntur exhibet et verbum unum pro altero non raro substituit; cf Scrivenerum (ut supra, p. 273, adn. 1), et Ph. Buttmannum *Recensus* etc Lipsiae a. 1865.

[2] Lectoris fortasse intererit iudicia virorum doctorum de codice Sinaitico quaerere posse: H. Ewald, *Gött. gel. Anz.* a. 1860, die 5 nov. (huius anni vol. 3), p. 1761—1768, et a. 1868 (vol. 3), p. 1378—1392; A. Kuenen, *Algemeene Konst- en Letterbode*, a. 1860, num. 2 et 14, et *Teekenen des Tijds*, vol. 1, num. 32, et *Alg. Konst- en Letterb.* a. 1861, die 9 febr. p. 41—44; Ph. Buttmann, *Studien u. Kritiken*, a. 1860, p. 730—738; Car. Wieseler, *Stud. u. Krit.* a. 1861, p. (790) 803—810; A. Buttmann, *Zeitschrift für das Gymnasialwesen*, XV, Berolini a. 1861, vol. 1, p. 123—129; A. Dutau, *Études de théologie*, Parisiis, a. 1861 mense dec. p. 660—675 (673?); A. Noroff, *Vertheidigung der sinaitischen Bibelhandschrift gegen*

a Tischendorfio voluminibus quattuor: *Bibliorum codex Sinaiticus Petropolitanus. Auspiciis augustissimis imper. Alexandri II. ex tenebris protraxit in Europam transtulit ad iuvandas atque illustrandas sacras litteras edidit* C. T. Cum 21 tabulis. Prolegomena, commentarius, facsimilia[1] in tomo primo insunt. Tomus quartus Novum Testamentum exhibet, Barnabae epistulam, Hermae pastoris fragmentum. Anno proximo 1863 publici iuris factum est: *N. T. Sinaiticum*, Lipsiae, in fol., p. lxxxi, foll. 148 cum facsimili. Denique anno 1864: *N. T. Gr. Ex Sin. cod. omn. antiquissimo Vaticana itemque Elzevir. lectione notata*, Lipsiae a. 1865 in 8. p. lxxxix, 616 cum facsimili; huic libro additae sunt anno 1869 paginae octo quae varia ex codice Vaticano de novo conlato praebent. Anno 1867 prodiit *Appendix codd. celeberr. Sin. Vat. Alex.* Lipsiae. Brugschii fragmenta[2] non sunt ex codice Sinaitico.

A: Alexandrinus Londinensis musei Britannici MS. reg. I. D. v—viii; propalam conlocatus est N. T.

saec. V, in fol, membr, quattuor tomis foll. 773, ex quibus tomo quarto foliis 143 (144) Novum Testamentum et epistulae Clementis continentur, alt. 32 cm, lat. 26,3 cm; folium recens quae in tomo quarto insunt recenset; binis columnis et 49—51 lineis in singulis paginis; litterae unciales parvae elegantes simplices continue scriptae plerumque spiritum vel apostrophum non habent, etsi invenimus ὁ ὀπισω et εγ᾽καναα εκ᾽θυ αλλ᾽ινα, neque accentibus ornantur etsi serior manus (Babero Tregellesio Westcotto[3] aliis iudicibus) ad lineas priores

die Angriffe des Archimandrits Porphyrios Uspenski [libellus 15 paginarum lingua Russica conscriptus], Petropoli a. 1863, mense ian.; A. Ph. Buttmann, *Ztschr. f. wiss. Theol.* a. 1864, p. 367—392 (395).

[1] Facsimilia apud Porfirium, *Oriens* (cf infra, p. 384) tabb. xv. xvi; cf de Porfirio verba H. Martiani, *Études*, Paris. a. 1863, num. 11, p. 933—942. Facsimile praebet etiam *Palaeogr. society*, part. 1—8, Londin. a. 1873—1878, num. 105.

[2] Brugsch, *Neue Bruchstücke des Codex Sinaiticus*, Lipsiae a. 1875. Cf Oscarum de Gebhardt, *Theol. Literaturzeitung*, Lipsiae a. 1876, coll. 28—30.

[3] Westcott, *Smith's Dictionary of the Bible*, Novi Eboraci a. 1870, vol. 3, p. 2118, adn. d.

quattuor utriusque columnae in pagina prima libri Geneseos accentus supplevit; punctum simplex adhibetur et spatium vacuum pro loci natura; ϊ et ϋ passim scribuntur ut ϊϊσσ, interdum etiam ί ΐ et ύ ΰ; orationis ad alia transitus passim indicatur littera multo maiore extra litterarum seriem posita, quae littera passim non vocis primae initium est nec littera initialis alicuius vocis, sed littera quae forte ad initium lineae proximae stabat;[1] lineae priores uniuscuiusque libri nonnullae minio scriptae sunt, ut linea prima Marci, lineae tres Lucae, lineae 1.2.5.6 epistulae Petri alterius, lineae 1 et 3 primae Iohannis epistulae, lineae 1 et 4 Iohannis tertiae; videntur folia 20—95 Lc 1,1—1 Co 10,8 ab alia manu atque caetera esse scripta et membranas minus tenues exhibere; errores ex itacismo occurrunt, litteris ε et αι, ι et ει, η et ι, aliis confusis; compendia usitata adhibentur; signum > in margine positum indicat ea quae ex Vetere Testamento laudantur; capp-tab, capp; Amm; Eus minio scripta sunt (nullus vetustior codex capp Amm Eus accurate exhibet); tituli plerumque a bibliopego Anglico exscissi sunt; Euthalii divisiones actuum et epistularum non insunt; subscriptiones simplices sunt ut *ευαγγελιον κατα ματθαιον*:

continet Vetus Testamentum Novum Testamentum 1 Clem 2 Clem; desunt Gen 14,14—17 15,1—5.16—19 16,6—9 1 Sam 12,18—14,9 Ps 49(50),20—79(80),11 *Novi Testamenti* Mt 1,1 *βιβλοσ—νυμφιοσ* 25,6 Io 6,50 *ινα τισ—και συ λεγ* 8,52 2 Co 4,13 *νον επιστευσα—και τ*[*η ϋπερβολη*] 12,7 et folia tria epistularum Clementis; passim margine abscissa exciderunt litterae nonnullae; ex spatii ratione habita demonstravit post Wetstenium et alios v. cl. Scrivenerus[2] pericopam Io 7,53—8,11 in foliis duobus illis exscissis non infuisse; olim infuisse Solomonis psalmos octodecim declarat catalogus sub initium primi tomi codicis, in quo catalogo legimus post *αποκαλυψισ ιωαννου* haec:

κλημεντοσ επιστολη ά
κλημεντοσ επιστολη β́
ομου βιβλια (numerus exscissus est)
ψαλμοι σολομωντοσ ιη̄

unde potest conligi psalmos hos non inter libros canonicos quos

[1] V. cl. Cowperus (vide infra, p. 358) p. vii, laudat codicem Evv 117, qui, ex manuscripto ita exarato transcriptus, haec praebet:

ουρανοισ . ουτωσ γαρ εΔιω-
ξαν.
et *οψιασ δε γενοΜενησ προσηλθον*
et *αυτοισ α*
Μαρτιαν — —

[2] Scrivener, *Intr.*[3], a. 1883, p. 95, adn. 1.

vocant eo tempore stetisse;[1] in Vetere Testamento psalterio praefixa sunt Athanasii (mortui anno 373) epistula ad Marcellinum et Eusebii in psalmos hypotheses, item *περιοχαι, κανονεσ ημερινοι* et *νυκτερινοι*; ad calcem vero psalterii hymni ex Vetere Testamento et Lc 1 et 2 desumpti unaque *υμνοσ εωθινοσ* leguntur; ordo librorum Novi Testamenti est Evv Act Cath Paul Apoc; He epistulis pastoralibus praecedit:[2]

Saeculo quinto medio vel exeunte ut videtur in Aegypto (vide infra p. 358) exaratus, cubiculo patriarchali Alexandriae dono datus est anno 1098 unde Alexandrinus. Quae Arabice de Thecla martyre in folio primo tomi primi leguntur, codicem ab illa scriptum esse, haec sive fluxerunt ex nomine monasterii s. Theclae ubi scriptus esset liber, sive ut credit Tregellesius ex errore de lectione ecclesiastica nunc prima in pagina Novi Testamenti Mt 25, (1)6—13 cuius lectionis titulus in summa pagina hodie exciderit, nugae sunt. Alexandria, qua in urbe patriarcha fuit Cyrillus, vel ut Wetstenius vult ex monte Atho, Constantinopolim translatus est a Cyrillo Lucare, qui tum patriarcha Constantinopolitanus (mortuus a. 1638) codicem anno 1628 per Thomam Roe ex legatione Turcica Londinium redeuntem Carolo I Britanniae regi misit. Patricius Iunius (*Anglice* Young) bibliothecae regalis sub Carolo I praefectus contulit Novum Testamentum in usum Usserii et Grotii sed minus accurate et anno 1633 primus epistulas Clementis edidit; folia Novi Testamenti numeravit, lacunas notavit in margine, capitum numeros hodiernos adscripsit, et in Clementis epistulis libri sui pa-

[1] De psalmis talibus non publice legendis vide concilii [Laodiceni] anni 363 canonem undesexagesimum: *ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺσ ψαλμοὺσ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*; pseudo-canon sexagesimus exhibet ordinem Evv Act Cath Paul et inter Paulinas He 1 et 2 Ti Tit Philem; vide Mansium, *Sacrorum conciliorum nova . . . collectio*, Florentiae a. 1759, vol. 2, col. 574.

[2] De Vetere Testamento in codice Alexandrino vide Tischendorfium, *V. T. Gr.* ed. 6, ab E. Nestleio, Lipsiae a. 1880. p. lii—lxiii

ginarum numeros. Alexander Huishius contulit codicem quod ad Novum Testamentum spectat, siglo A notatum, in usum Waltoni Polyglotta anno 1657 edentis. Millius[1] usus est Alex. et plurimi aestimavit. Bentleius contulit codicem anno 1716; conlatio exstat in exemplari *N. T. Gr.* Felliani anni 1675 in bibliotheca collegii Trinitatis Cantabrigiae B. 17. 9. Wetstenius[2] codicem bis vidit, disputavit etiam fusius de eo et in primis de loco 1Ti3,16. Anno 1786 editum est Novum Testamentum ex codice hoc a Carolo Godofredo Woidio (mortuo a. 1790), *Novum Testamentum Graecum e codice MS. Alexandrino . . .*, Londini a. 1786, in fol., prolegomenis amplis instructum et conlatione codicis cum Millii *N. T. Gr.* editione Kusteriana. Editio haec magna cum cura absoluta est. Codicem perlustravi et invenio Tischendorfium in prolegomenis *N. T. Gr.* editionis septimae p. cxxxvi, ubi de Woidii editione dicit, quater verum coniectura attigisse: Mc 6,8 *ζωνην* non *ζον*. Lc 9,13 *αγορασωμεν* non *αγωρ.* 9,36 *ευρεθη* non *ευρη*. Iac 2,2 *εισελθη* non *ειση.*; ter falsam, nam habet codex Mc 13,20 *τους εκλεκτους ους* Lc 13,14 *συνερχομενοι* 2Co 1,9 *τους νεκρους*.[3] Anno 1788 excerpsit ex Woidii editione et edidit Gottlieb Leberecht Spohnius Woidii praefationem et lectiones codicis in libro, C. G. Woidii *Notitia codicis Alexandrini cum variis eius lectionibus omnibus*, Lipsiae a. 1788, multaque ipse addidit; duo facsimilia codicis in libro insunt. Pauca errasse Spohnium Tischendorfius, ibidem ait; quod vero ad Apoc 19,2 de *δικαιαι κρισεις* tacetur non error est, habet enim codex *δικαιαι αι*

[1] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster. Amstelodami a. 1710, proll. paragr. 1338—1358.

[2] Wetstein, *N. T. Gr.* Amstelaedami a. 1751, vol. 1, p. 8—22. Vide etiam Blanchinum, *Evangeliarium quadruplex*, Romae a. 1749, part. 1, vol. 2, p. cdxcvi[b]—cdxcix[b].

[3] De libro Fordii, *Appendix ad editionem N. T. Gr. e codice ms. Alexandrino*, vide infra ad versiones Aegyptiacas, IX, 1, (2).

χρισεισ et apparatus Tischendorfii ad locum corrigendus est. Anno 1860 edidit v. cl. B. H. Cowperus librum, *Codex Alexandrinus. Novum Testamentum Graece . . . ad fidem ipsius codicis denuo accuratius edidit B. H. C.* Londini 1860 in 8, p. xxxviii, 503, sed, quod dolendum est, spiritus atque accentus addidit, lacunas ex editione Millio-Kusteriana explevit, paragraphos vetustissimas interdum neglexit; in pag. xxii.xxiii conlegit Cowperus ex picturis codicis eum in Aegypto exaratum esse;[1] miror Cowperum etiam ut iam Woidium errasse de loco Apoc 19,2 δικαιαι αι χρισεισ ubi uterque αι omittit. Editum est a v. cl. E. H. Hansellio *N. T. Gr. Antiquissimorum* [ABCD] *codicum textus in ordine parallelo dispositi. Accedit collatio codicis Sinaitici*, Oxonii a. 1864, tribus voluminibus in 8; neque tamen satis diligenter curata est editio. Anno denique 1879 et rursus 1880 photographice ediderunt Musei Britannici curatores illam codicis partem qua Novum Testamentum continetur: *Facsimile of the codex Alexandrinus.* Vol. IV. *New Testament and Clementine epistles*, p. 6, foll. 144, qua editione melior fingi ne voto quidem potest; Vetus Testamentum eodem modo editum est voll. I—III. Vidi codicem Ian. et Dec. a. 1883.

B: Romae Vaticanus 1209.

saec. IV, in 4, membr, in quinionibus, foll. 759, ex quibus foll. 142 Novum Testamentum continetur; alt. 27 vel 28 cm, lat. 27 vel 28 cm (olim maiora erant haec folia); ternis columnis et lineis 42 in singulis paginis; 16—18 litteris in singulis lineis; membrana tenerrima; litterae unciales parvae simplices purae continue scriptae nec spiritibus neque accentibus a prima manu ornatae sunt; apostrophus invenitur hic illic in Novo Testamento; interpunctio rarissima est et plerumque parvo vacuo spatio compensata (de interpunctione re vera a manu prima adhibita cf Tischendorf. *Cod. Vat.* praef. p. xix.xxi); ϊ et ϊ̈ saepe ita; litterae maiores initiales non adhibentur sed nonnunquam excedit littera novi capitis prima

[1] Cf librum: *The Bible dictionary illustrated* etc. Londinii, apud Cassell, Petter et Galpin, s. vv. *Alexandrian manuscript* (v. cl. S. P. Tregellesio auctore), vol. 1, p. 49 sq. Facsimile praebet *Palaeogr. soc.* pars 1—8, num. 106.

paulum litterarum seriem; litterae minores sub finem linearum sunt eiusdem formae atque aliae; signum > in margine indicat ea quae ex Vetere Testamento citantur; compendia usitata saepe non adhibita sunt; errores ex itacismo abundant, praesertim litteris ει pro ι positis; formae „Alexandrinae" usurpantur; non habet codex Amm, Eus, Euth; praebet tamen capitum divisionem in evangeliis numeris minio scriptis sibi propriam, nisi quod et in codice Ξ invenitur, Mt170 Mc62 Lc152 Io80; in actibus est divisio duplex 36 et 69 capitum, et cum divisione 69 consentiunt fere capita 42 quae ad priorem actuum partem in codice Sinaitico adscribuntur; de divisione vetustiore in capita 36 vide supra, p. 155 sq. In epistulis cum catholicis tum Pauli sunt sectionum numeri divisionis vetustioris adscripti nisi ad 2Pe (vide supra, p. 156); memorabile hoc est quod Pauli epistulae tanquam unum continuum opus dividuntur, unde per numeros constat epistulam ad Hebraeos in codice priore aliquo, unde numeri fluxerunt, post epistulam ad Galatas stetisse; inscriptiones et subscriptiones simplicissimae sunt; lineae ad paragraphorum initium notandum passim additae sunt in margine exteriore; saeculo fere decimo vel undecimo rescripsit aliquis[1] textum atramento novo, addidit spiritus et accentus, eo autem modo ut quae verba vel litterae ei displicerent neque atramento rescriberet neque accentibus vel spiritibus ornaret; litteras maiores ad initium librorum manus posterior in margine pinxit:

continet utrumque Testamentum; semper defuerunt Maccabaeorum libri; nunc desunt Gen 1,1—46,28 Ps 105,27—137,6 et in Novo Testamento He 9,14 ϱιει την συνειδησιν — υμων 13,25 1 et 2 Ti Tit Philem Apoc; quae ex Hebr et Apoc desunt, supplevit manus saeculi decimi quinti ex codice cardinalis Bessarionis; textus est optimae notae quamquam ut Sinaiticus ita et codex Vaticanus erroribus scribae scatet[2]; teste Tischendorfio scripserunt codicem hunc tres scribae,[3] quorum unus Novum Testamentum

[1] Editores Romani, *Prolegomena*, p. xvii^{b}, dicunt Clementem monachum haec fecisse saeculo fere xv ineunte.

[2] Scrivener, *A plain introduction* etc. ed. 3, Cantabrigiae a. 1883, p. 116: v. cl. Scrivenerus auctoribus Dobbinio et Burgonio adseverat in codice fere 2556ies verba vel phrases omitti, et saepe verba repeti, sed Scrivenerus lectores horrescentes celat boni Dobbinii *normam* textus puri, nempe editionem Elzevirianam a. 1624! Veram huius rei rationem exposuit Hortius, *N. T.* [vol. 2], introd. §§ 312—314, p. 233—237.

[3] V. cl. Ezra Abbotus, *Journal of the American Oriental Society*, vol. 10 (a. 1872), p. 189—200, callide demonstravit, ex paragra-

totum scripsit qui idem folia nonnulla in codice Sinaitico scripsit (cf supra, p. 346); correctus est codex a duabus manibus quarum altera διορθωτὴς B² signata eiusdem fere aetatis atque B* sive manus prima fuit, altera B³ iam supra notata saeculi decimi vel undecimi fuit; manus alia posterior notas liturgicas addidit; textus primi est ordinis; vv. cl. Westcottus Hortiusque eum optimum praedicant et fere totum, nisi in Paul ubi lectiones Occidentales inveniuntur, Prae-Syriacum; certe cum codice ℵ testimonium praestantissimum de textu praebet.

Eiusdem saeculi patriae eiusdem videtur esse atque codex ℵ Sinaiticus, nec facile refutari possunt rationes quibus fultus Tischendorfius[1] adseverat scribam quartum codicis ℵ Sinaitici etiam codicem Vaticanum scripsisse. Bibliotheca Vaticana a Nicolao papa anno 1448 instituta, codex fortasse eo tempore bibliothecae inerat, nam invenitur in bibliothecae catalogo primo anni 1475. In editione Complutensi paranda non adhibitus est hic codex, sed anno 1521 scripsit Paulus Bombasius bibliothecae Vaticanae praefectus epistulam ad Erasmum, in qua codicem commemoravit, et anno 1533 dedit litteras de codice ad Erasmum Iohannes Genesius de Sepulveda lectionesque 365 addidit. Videtur Erasmus καῦδα ad Act 27,16, quam lectionem codicis Graeci bibliothecae pontificalis in adnotationibus ad actus anno 1535 laudat, ex his lectionibus Sepulvedanis hausisse; lectio non reperitur in codice Graeco nisi in B et in ℵ^{c}. Wernerus Noviomagensis, Atrebatensis collegii praeses, lectiones fere viginti ex codice excerpsit in usum Lucae Brugensis (cf supra, p. 216). Laudatus est codex, quod

phorum et compendiorum usu, scribam alterum paginas 41—334 in Vaticano codice, alterum 290 paginas quae sequuntur scripsisse; ex. gr. paragraphi littera ordinem litterarum excedente notatae inveniuntur in paginis 294 illis prioribus 1441ies, in paginis 290 posterioribus non nisi bis; in paginis 294 prioribus occurrit vox πνευμα 42ies ex quibus 40ies compendio redditur, in paginis 290 posterioribus occurrit 41ies ex quibus 40 compendio non redditur; fere ita se habet vox ισραηλ.

[1] Tischendorf, *N. T. Vat.*, Lipsiae a. 1867, p. xxi—xxiii.

nunc constat, inter lectiones Barberinas (vide supra p. 219. 220) a Caryophilo conlectas, a Possino editas. Iulius Bartoloccius bibliothecae Vaticanae custos contulit codicem cum editione Aldina anni 1518 ut videtur anno 1669; conlatio haec exstat in bibliotheca nationali Parisiensi MS. Gr. Supplem. num. 53 addita epistula die 11 mensis novembris a. 1699 scripta, nomine monastico „Giulio di Sta. Anastasia;" postquam Scholzius[1] conlationem adiit, disseruit Tischendorfius de ea,[2] inspexit eam Muraltius, Tregellesius transcripsit anno 1849. Laurentius Alexander Zacagnius bibliothecae Vaticanae praefectus[3] notavit anno 1698 sectiones codicis proprias. Millio[4] videbatur codex hic (Vat.) ut Latinizans minoris pretii esse, sed non habuit lectiones codicis nisi imperfectas quas ex Luca Brugensi hausit.

Bartoloccius.

Impensis Bentleii editionem Novi Testamenti Graece parantis contulit anno circiter 1720 Mico abbas Romanus codicem cum exemplari N. T. Gr. Argentoratensis, Wolfii Cephalaei anni 1524, nunc Cantabrigiae servato in bibliotheca collegii Trinitatis B. 17. 3, et conlatio haec a C. G. Woidio in editionem N. T. Gr. Oxoniensem anni 1675 transcripta, edita est a Fordio,[5] sed propter ea in quibus differebant editiones hae Argentoratensis et Oxoniensis et propter incuriam eorum, qui librum Woidio-Fordianum adhibuerunt,

Mico-Bentleius.

[1] Scholz, *Biblisch-kritische Reise*, Lipsiae et Soraviae a. 1823, p. 34.35.

[2] Tischendorf, *Theol. Studien und Kritiken*, Heidelbergae a. 1842, p. 510, et 1847, p. 129—152, quo altero loco auctoris nomen natalem Bartoloccium nominat a viro Molza Romae instructus.

[3] Zacagni, *Collectanea monumentorum veterum ecclesiae Graecae ac Latinae*, Romae a. 1698, proll. p. lvi.

[4] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster. Amstelodami a. 1710, proll. paragr. 1479.1480.

[5] Ford, *Appendix ad editionem N. T. Gr. e codice ms. Alexandrino*, Oxoniae a. 1799, p. 1—119 quae praefationem sequuntur.

haud paucae lectiones iniuria codici adscriptae sunt, qua in re etiam Lachmannus erravit. Thomas Bentleius anno 1726 Romae degens specimina ex locis tribus Act 27 Gal 6 Eph 4 a se conlatis ad avunculum mittens, auctor videtur fuisse ut codex iterum conferretur, quod lectiones praesertim manus primae multas Mico omiserit. Hanc conlationem a Rulotta abbate de novo factam diu deperditam repperit Tischendorfius auxilio Ios. Edlestonii bibliothecarii anno 1855 in bibliotheca collegii Trinitatis Cantabrigiae (nunc B. 17. 20), edidit v. cl. Arthur Ayres Ellisius[1] anno 1862. Blanchinus[2] contulit codicem ad locos selectos. Wetstenius lectiones ex Luca Brugensi hausit. Anno circiter 1780 conlatus est codex ab Andrea Birchio[3] nisi in Lc et Io in quibus acceperat ille a Woidio conlationis Mico-Bentleianae apographum, et lectiones editae sunt in libris Birchianis annorum 1788.1798.1800.1801; vide supra, p. 251—254.

Rulotta-Bentleius.

Birch.

Obtigit Leonhardo Hugio[4] anno 1809 ut codicem Roma Parisios advectum videret et perscrutaretur, et primus librum recte aestimavit, indolem et praestantiam libri ante omnium oculos proposuit, adseveravit etiam eum saeculi quarti medii esse. De errore Hugii, verba *εν εφεσω* in margine exordii epistulae ad Ephesios a prima manu esse putantis, non est quod hodie scribamus. Annis 1828—1838 typis expressa est codicis editio Maiana, quam statim commemorabimus, qua editione ut ita dicam *in petto* habita nec publici iuris facta, adiit Tischendorfius

[1] Ellis, *Bentleii critica sacra*, Cantabrigiae, a. 1862, p. 121—154; cf etiam supra, p. 230.

[2] Bianchini, *Evangeliarium quadruplex*, part. 1, vol. 2, p. cdxci—cdxcvi et facsimile.

[3] Birch, *Variae lectiones ad textum quattuor evangeliorum*, Hauniae a. 1801, p. xv—xxvii.

[4] Hug, *De antiquitate codicis Vaticani commentatio*, Friburgi a. 1810, in 4; typis repetita in libro Granvillii Penni, *Annotations to the Book of the New Covenant*, Londinii a. 1837, p. 91—112.

Romam anno 1843, sed ei per aliquot menses ibi commoranti non concessus est codicis usus nisi per biduum intra horas sex; hoc tempore librum totum attente percurrit, locos dubiae in primis lectionis viginti quinque contulit, specimina scripturae quattuor confecit,[1] et posthac misit Maius ad Tischendorfium lectiones alias triginta quattuor. Eduardus de Muralt[2] codicem inspexit per tres dies anno 1844, unde nomen editionis suae Novi Testamenti Graece. Tregellesius[3] Romam ivit anno 1845, sed per menses quinque Romae degens frustra facultatem codicis conferendi petiit, etsi codice viso memoria lectiones nonnullas tenuit. Anno 1855 misit ad Tischendorfium editionem N. T. Gr. septimam parantem Albertus Dresselius lectiones Vaticanas ducentas triginta.

Maius.

Iam dixi editionem Maianam annis 1828—1838 typis expressam esse, sed Maius vitiorum editionis non ignarus volumina noluit publici iuris facere. Post mortem Maii (die 9 mensis septembris anno 1854) foras dedit librum Carolus Vercellone quinque tomis anno 1857 (Vercellonio demandata est cura editionis perficiendae d. 6 mensis maii anno 1857). Tomi 1—4 continuerunt Vetus Testamentum, quintus p. 1—498 Novum Testamentum cum facsimili; p. 499—502 tomi quinti exhibuerunt comparationem conlationis Birchii cum editione. In tomo primo praebuerunt p. i—xxvii praefationes breves Caroli Vercellone et Angeli Maii. Cum nunc editionem meliorem habeamus, non est quod vitia editionis Maii longius vel fusius tractemus, quam necesse sit ad Maii

[1] Tischendorf, *Allgemeine Kirchenzeitung*, Darmstadii a. 1843, die 25 mensis iulii, coll. 961—966, et *Theol. Studien und Kritiken*, Heidelbergae a. 1847, p. 129—152: „Nachricht vom Vaticanischen Bibelcodex"; cf praeterea supra, p. 4.

[2] Muralt, *N. T. Gr. ad fidem codicis principis Vaticani*, Hamburgi a. 1848, p. xxxv.

[3] Tregelles, *An account of the printed text of the Greek N. T.* Londinii a. 1854, p. 156.

labores cognoscendos. Quod ad codicis B lacunas attinet, explevit Maius epistularum Pauli lacunam e codice Vaticano 1761 (Act158 Paul192); apocalypsim e codice Vaticano 2066 (B^{apoc}); Mc16,9—20 e codice Vaticano Palatino 220 (Evv151); Act28,29 e codice Vaticano 1761. Ex vulgatis editionibus recepit Maius Mt12,47 Mc15,28 Lc22,43.44 23,17.34 Io5,3.4 7,53—8,12 1Pe5,3 1Io5,7. Typographo nihil tradidit Maius nisi exemplum textus Sixtini nitidum, et codicis lectiones in paginis, quas plagulas typographicas dicunt, inscripsit. Vitia hoc modo plurima inlata postea corrigere voluit litteras manu abradens vel addens aliquoties vel nova folia imprimens, scilicet, in Novo Testamento folia sex; tabulas errorum parans quos tamen cum non inveniret Vercellonius ipse similes construxit. Prolegomena quae Maius scripturus fuit, nunquam scripsit, unde factum est ut editio brevibus supra laudatis praefationibus foras daretur. Praeterea consilium editionis eo minus aptum fuit, quod saepe neglecta erat distinctio inter lectiones primae manus et lectiones correctoris, saepe nihil nisi correctio data est. Quod ad formam exteriorem spectat, impediverunt litterae minusculae, accentus signaque reliqua, interpunctio, capitum paragraphorumque distinctio columnis et lineis non ad modum codicis datis, quin lector codicis veram speciem detegeret; facsimile etiam ductus correctoris, non primae manus, exhibuit. Nihilominus nonnulla, sane plurima, etsi incerta ex editione haurienda fuerunt.

Accuratius edidit Vercellonius: „N. T. ex vet. cod. Vat. secundis curis editum studio Angeli Maii", Romae a. 1859, formae minoris, sed lectiones minime recte curatae, sunt in hac quoque editione.[1] Editio a vv. cll. A. Kueneno et C. G. Cobeto, Lugduni Batavorum a. 1860 curata praefationem doctam manu Cobeti scriptam praebet

[1] Etiam Lipsiae a. 1859 edita est *Cod. Vat.* ad fid. ed. Rom.

(vult lectiones Novi Testamenti etiam ex coniectura hauriri).[1]

Henricus Alfordius mense februario anni 1861 codicem per quinque dies consuluit, et qui Alfordio a secretis fuit v. cl. E. C. Cureius mense aprili anno 1862, unde ornata est Alfordii N. T. Gr. editio (cf supra, p. 272) catalogis utilibus de locis multis et dubiis in codice B.

Anno 1864 edidit v. cl. M. Heidenheimus epistulam Iudae ex codice Vaticano,[2] adhibitis typis uncialibus Tischendorfii, ad modum fere codicis impressam.

Anno 1866, copia editionis omni numero perfectae edendae Tischendorfio non concessa, concessum tamen est ut locos nonnullos, quibus codicis lectiones a variis varie redditae essent, conferret per dies quattuordecim, unoquoque die per tres horas; edidit tum „N. T. Vaticanum" Lipsiae a. 1867, quod secutus est anno 1869 „Appendix N. T. Vaticani"; lectiones inter conferendas exscripserat viginti paginas et has columnis ut in codice reddidit, alibi nihil nisi columnarum initium et finem notans.[3] Mirari potest nemo, quod nonnulla conlatorem latuerunt qui tam celeriter codicem conferret; editio attamen hodie quoque editione Romana absoluta minime sine fructu adhibenda est.

Auspiciis Pii Noni instituerunt vv. cll. Carolus Vercellone et Iosephus Cozza editionem novam typis Tischendorfianis exarandam; mortuo Vercellone eum excepit v. cl. Caietanus Sergio, cui denique oculis laboranti successit v. cl. Henricus Fabiani canonicus; ediderunt Vercellone et Cozza

[1] Cf Vercellone, *Dell' antichissimo codice Vaticano . . .*, Romae a. 1860. Edidit v. cl. Philippus Buttmannus *N. T. Gr. ad fidem codicis Vaticani*, Lipsiae a. 1856.1860.1865, Berolini a. 1862; cf Buttmann, *Theol. Stud. u. Krit.* a. 1860, p. 341—382.

[2] Heidenheim, „Die Epistel Judä aus dem Codex Vaticanus in der Unzialschrift. Zum ersten Male mitgetheilt," *Deutsche Vierteljahrsschrift für englisch-theologische Forschung und Kritik*, Gothae a. 1864, num. 7, p. 351—354 cum tabula.

[3] Tischendorf, *Append. codd. cel.* Lips. a. 1867, p. viiii.

volumina tria, Novum Testamentum anno 1868, Veteris Testamenti volumina tertium et quartum; vv. cll. Cozza et Sergio volumina duo publici iuris fecerunt, V. T. primum et secundum; vv. cl. Cozza et Fabiani volumen ultimum idque totius operis sextum anno 1881: „Bibliorum sacrorum Graecus codex Vaticanus, auspice Pio IX. pontifice maximo, collatis studiis Caroli Vercellone sodalis Barnabitae, et Iosephi Cozza monachi Basiliani editus. Romae typis et impensis s. congregationis de propaganda fide.“ Volumina primum et secundum habent in titulo „Carolum Vercellone excepit Caietanus Sergio sodalis Barnabites“; volumen sextum prodiit „auspice Leone XIII. pontifice maximo cum prolegomenis, commentariis et tabulis Henrici canonici Fabiani et Iosephi Cozza abbatis Cryptaeferratae“. Dolendum est quod vv. cll. lectiones variarum manuum vix satis accurate[1] inter se distinxisse videntur; ubi quod hic illic fit testimonium firmum Tischendorfii vel reiciunt vel non curant, non cautum erit rem pro absoluta habere; nihilominus aliquid profuerunt labores eorum ad codicis lectiones explicandas.

C. Ephraemi Syri rescriptus Parisiensis bibliothecae nationalis 9 olim Reg. 1905 vel Colbertinus 3769. saec. V, in fol, membr, rescr, foll. (2 et 3) 209 ex quibus continent Novum Testamentum 145; singulis columnis et 41 (40, 42, quater 46) lineis in singulis paginis; linea unaquaeque habet quadragenas fere litteras; membranae leves sunt et tenues; litterae unciales paulo maiores quam in codicibus ℵAB spiritibus vel accentibus non ornatae sunt; apostrophus raro usurpatur; interpunctio rarior est fortasse quam in codice A, punctum simplex usurpatur in primis ad summam litteram adpositum, et post punctum hoc unius fere litterae spatium relictum est, quo in loco manus tertia passim crucem posuit; litterae aliis maiores passim adhibitae sunt, neque ad

[1] Eduardus Nestle, *Literarisches Centralblatt*, Lipsiae 1882, num. 4, coll. 105—108, et *Theologische Literaturzeitung*, Lipsiae 1882, num. 6, coll. 121—124. Opinio Romana de editione hac codicis Vaticani reperitur in libro, *De editione Romana codicis Graeci Vaticani* etc. Romae, ex typographia Polyglotta, a. 1881. Facsimile codicis B praebet *Palaeogr. soc.* pars 1—8, num. 104.

initium solum sectionum Ammonianarum; capp-tab, Amm; Eus nunc desunt, etsi fortasse minio scripti erasi sunt; nulla capitum notatio in Act Cath Paul Apoc; subscriptiones simplicissimae sunt; mut:

continet *evangeliorum* haec: *Mt* 1,2 *και τουσ αδελφουσ αυτου — ουδε καιουσι λυ* 5,15 7,5 *δοκον· και — αρα* 17,26 18,28 *μοι ει — επιγραφη* 22,20 23,17 *η ο ναοσ — αλληλουσ* 24,10 24,45 *εαυτου — εκβαλεται* 25,30 26,22 *εισ εκαστοσ — ιουδαιων* 27,11 27,47 *τινεσ — ποιησομεν* 28,14 *Mc* 1,17 *υμασ — ηυκαιρουν* 6,31 8,5 *πον επτα — ει[σ] εστιν* 12,29 13,19 *γαρ αι — σημειων* 16,20 *Lc* 1,2 *και υπηρεται — εμνηστευμενη* 2,5 2,42 *λυμα κατα — λαον* 3,21 4,25 *επι ετη — εδωκεν* 6,4 6,37 *και μη — λαον αυτου* 7,16 8,28 *νη μεγαλη — δωματων* 12,3 19,42 *σου οτι ηξουσιν — αυτον* 20,27 21,21 *τοτε οι — εισ την* 22,19 23,25 *εισ την — ανθρωπου* 24,7 24,46 *και ειπεν* — finem 24,53 *Io* 1,3 *δε εν· ο γεγονεν — ιωαννου* 1,41 3,33 *την μαρτυριαν — εν σαββατω* 5,16 6,38 *ω το θελημα — ινα και* 7,3 8,34 *πασ ο — και ειπεν* 9,11 11,8 *γουσιν αυτω — εποιησεν ιησουσ* 11,46 13,8 *λεγει αυτω — εωρακατε·* 14,7 16,21 *οτι εγεννηθη — κοσμου του* pr 18,36 20,26 *και μεθ — βιβλια* 21,25; de Act Cath Paul Apoc vide infra, p. 410, 418, 437; folia priora 64 spectant ad Vetus Testamentum; passim perierunt litterae et verba; lineae priores tres uniuscuiusque libri minio exaratae paene totae evanuerunt; C^2 saeculi sexti; C^3 saeculi noni.

C^2 C^3 Videtur codex ante medium saeculum quintum (in Aegypto?) scriptus esse, tum uno fere saeculo post (in Palaestina?) primum correctus a manu C^2 vel^b, deinde saeculo fere nono (Constantinopoli?) secundum correctus unaque ad usum ecclesiasticum instructus manu C^3 vel ^{c}; vetere scriptura spongia deleta rescriptus est codex saeculo duodecimo tractatibus 38 Ephraemi Syri Graece versis.

Fuit fortasse codex hic inter codices, qui ab Andrea Iohanne Lascari Rhyndaceno (mortuo a. 1535), post interitum regni Graeci in Orientem iussu Laurentii de Medicis misso, Florentiam translati sunt. Certe fuit cardinalis Florentini Nicolai Ridolfi (in libro Rodulphi), quo mortuo anno 1550 emptus est codex a mareschallo Petro Strozzio, unde pervenit ad Catharinam de Medicis reginam Parisiosque translatus est. Compactus est codex anno 1602. Fragmenta

antiqua a Petro Allixio (mortuo a. 1717) detecta et a Montefalconio perlustrata,[1] conlata sunt a Iohanne Boivinio qui plura cum Bernardo Lamio communicavit,[2] et cum Kustero (Paris. 9) Millii editionem curante. Anno 1716 Ioannes Iacobus Wetstenius Bentleii in usus (quinquaginta libris quas dicunt Anglicis Sterling acceptis) contulit[3] codicem cum Novo Testamento Roterodami a. 1654 apud Leersium edito.[4]

Post Wetstenium inspexerunt codicem G. Lessius,[5] Griesbachius,[6] qui textum codicis iure praestantissimum praedicavit, Scholzius. Anno 1834 tractavit codicem Ferdinandus Florens Fleckius,[7] professor Lipsiensis, ad cuius precem Carolus Hasius Simonino mandavit ut codici tincturam Giobertinam quam vocant inferret: nihilominus quae pauca Fleckius de codice haurire potuit errorum plena erant. Annis denique 1840—1842 (decem. 1840—septem. 1842) eruit Tischendorfius quam accuratissime „scripturam prorsus evanidam" ediditque Novi Testamenti fragmenta: *Codex Ephraemi Syri rescriptus sive fragmenta Novi Testamenti*, Lipsiae a. 1843 cum facsimili; in prolegomenis fusius de codicis historia tractavit et in appendice de locis fere mille et quingentis a manibus secunda et tertia correctis vel dubiis. Non est quod dicam de

[1] Montfaucon, *Pal. Gr.* Paris. a. 1708, p. 213, facs. p. 214.

[2] Lamius, *Comm. in harm. evv.* Venet. a. 1735, in addendis ad p. 272.

[3] Cf supra, p. 229 et vide Iebbium, *Bentley*, Londinii a. 1882, p. 159.160. Exstat conlatio haec Cantabrigiae in bibliotheca collegii Trinitatis B. 17. 7,9.

[4] Cf etiam Bianchini, *Evang. quadr.* Romae a. 1749, pars 1, vol. 2, p. cdxcix^{b} — di^{a} et facsim. tab. 2, p. cdxcii.

[5] Less apud I. D. Michaelem, *Orientalische und exegetische Bibliothek*, Francofurti ad Moenum a. 1775, part. 9, p. 142—144.

[6] Griesbach, *Symbolae criticae*, Halae, a. 1785, vol. 1, p. iii—liv, et *Commentarius criticus* (cf supra, p. 247 adn. 1).

[7] Fleck, *Theologische Studien und Kritiken*, Heidelbergae a. 1841, p. 126—152.

difficultate locorum semel vel bis correctorum legendorum in codice rescripto. Addidit Tischendorfius excursum de 1 Tim 3,16. In volumine, quod Vetus Testamentum continet, anno 1845 edito inest indiculus vitiorum typographicorum quae Tischendorfio absente volumini priori inrepserant. Codicem vidi mense Augusto anni 1883.

D$^{evv\ act}$. Bezae Cantabrigiensis, Graeco-Latinus, in bibliotheca universitatis Nn. 2. 41, propalam conlocatus.

saec. VI, in 4, membr, in quaternionibus, foll. 406 (510), alt. 26 cm, lat. 21.5 cm, singulis columnis tricenis ternis lineis in singulis paginis; membrana non admodum tenui; litterae unciales, eiusdem magnitudinis atque in codice C, continue scriptae sunt nisi in librorum titulis et in subscriptionibus ubi voces disiunctae sunt, et nisi quod omnia stichometrice habentur (codex vetustissimus est hic eorum qui stichos praebent); punctum simplex dividit interdum *στίχους*; littera prima paragraphi uniuscuiusque plerumque aliis non maior litterarum seriem excedit; nonnullis locis adhibentur litterae maiores pro orationis ad alia transitu in media linea (cf supra, p. 115); compendia pro vocibus *μητηρ, υιοσ, σωτηρ, ανθρωποσ, ουρανοσ, δαυειδ, ισραηλ, ιερουσαλημ* non adhibentur, haec etiam inusitata occurrunt ΪΗC, ΪΗΥ, etc. ΧΡC, ΧΡΥ, etc., ΠΑΡ pro *πατηρ*, CTΗ pro *σταυρωθη* Mc 15,15; formae Alexandrinae quas dicunt magis in hoc abundant quam in aliis codicibus; Amm additae sunt a manu noni fere saeculi; manus alia serior addidit adnotationes liturgicas; Graecis in laeva pagina respondent Latina in dextra; litterae Latinae cum quadam rotunditate Graecis similes sunt; lineae primae tres uniuscuiusque libri minio exaratae sunt ut et lineae alternae subscriptionum; quaternionum numeri abscissi sunt paene omnes a compactore libri; mutili codicis folia novem a manibus posterioribus addita sunt:

continet evangelia, (fragmentum Latinum 3 Io epistulae) actus; desunt *Mt* 1,1 *Βιβλοσ—φοβηθησ* 1,20 6,20 *οπου—βεβλημενον* 9,2 27,2 *και δησαντεσ—πρεσβυτερων* 27,12 *Io* 1,16 *ελαβομεν—ειπον αυτω* 3,26 (de Act vide infra p. 410); Latine desunt Mt 1,1—11 6,8—8,27 26,65—27,1 Io 1,1—3,16; scriba saeculi fortasse noni supplevit (D^{suppl} vel^{supp}) Graece litteris uncialibus Mt 3,7 *απο τησ — του θεου* 16 Mc 16,15 *παση τη — 20* Io 18,14 *εν δε καϊαφασ — τι κλαιεισ* 20,13 et Latine Mt 2,21—3,7 Mc 16,6—20 Io 18,2—20,1; de evangeliorum ordine Mt Io Lc Mc, vide supra, p. 137; teste Scrivenero exciderunt folia 67 quae plus quam pro

epistulis catholicis requiritur spatii praebuerunt; textus Graecus qui nonnisi in paucis vocabulorum formis ut *λεπρωσου* (leprosi), *δανιηλου* (danielis), *πετρουσ* (petrus), *σαμαριτανων*, *φλαγελλωσασ* Latinum colorem induit, vetustissimus est et saepe cum ℵ et B consentit; iudicibus Westcotto Hortioque codex hic illum fere textum repraesentat qui saeculo secundo latissime in usu ferebatur; erroribus scatet; interpolationes quas dicunt abundant, praesertim in actibus, earum similes quae in versionibus Latinis Syriacis veteribus insunt; quae manu secunda suppleta sunt et in primis Io 18,14—20,13 textui aliorum foliorum simillima sunt; versio Latina in supplementis est ex Vulgata; praeter ea quae manu prima correcta sunt, correxerunt codicem manus octo vel novem saeculis variis, unde fit ut loci multi vix accurate legi possint; paragraphos habet codex hic sui generis apud Mt (quoad superest) 583 Latine 590, Mc 148, Lc 136 Latine 143, Io 165 Latine 168, Act 235.

Saeculo fortasse sexto medio in Occidente exaratus, duce Wetstenio videtur codex hic ille fuisse quem „antiquissimum codicem Graecum“ Guilelmus de Prato episcopus Claromontanus Tridentum anno 1546 attulerat undeque ad lectionem Latinam confirmandam Io 21,22 „*si* eum volo“ Graeca *εαν αυτον θελω μενειν ουτωσ εωσ ερχομαι* protulerat, quae lectio in nullo alio codice Graeco quem habemus nisi Cantabrigiensi inest. Illo tempore accepit Robertus Stephanus codicis conlationem ex Italia, lectionesque nonnullas signo β' indicatas in margine editionis suae N. T. Gr. anni 1550 posuit: *τὸ δὲ β' ἐστὶ τὸ ἐν Ἰταλίᾳ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἀντιβληθὲν φίλων.*[1] Iterum Claromontanus fortasse factus, fortasse Lugdunensis, anno 1562 Bezae videtur datus esse ab aliquo qui codicem sibi rapuerat; scripsit Beza, codicem anno 1581 universitati Cantabrigiensi dedicans: „Est hoc exemplar venerandae vetustatis ex Graecia, ut apparet ex barbaris Graecis quibusdam ad marginem adscriptis, olim exportatum et in S. Irenaei monasterio Lugduni ita ut hic cernitur mutilatum, postquam ibi in pulvere diu iacuisset,

[1] De hac re disserit fusius v. cl. Scrivenerus, *Introduction* etc, ed. 3, Cantabr. a. 1883, p. 121.122, adnotationes.

repertum oriente ibi civili bello anno domini 1562." Beza vero in editione ultima adnotationum suarum anno 1598 ipse codicem Claromontanum nuncupat. Non est quod rem curiosius tractemus; fieri potest, ut codex ex Italia in Galliam reportatus Lugduni manserit, ut coniunctio intima inter Clarum Montem et monasterium illud Lugdunense exstiterit, ut codicis raptor nesciverit utrum codicem Claro Monte an Lugduni (vix octoginta vel nonaginta milia passuum abest Lugdunum a Claro Monte) rapuisset, ut Beza sexagenarius loci unde prolatus esset codex oblitus codicem hunc cum Claromontano suo epistularum Pauli permutaverit. Beza in editionibus suis N. T. Gr. annorum 1582.1588.1598 nonnulla ex codice profert. Iohannes Whitgiftus (nat. a. 1530, mort. a. 1604), anno 1583, quo anno factus est archiepiscopus Cantuariensis, codicem transcribendum curavit et apographum minus accurate factum bibliothecae collegii Trinitatis Cantabrigiensis dedit ubi hodie exstat signo B. 10. 3. Patricius Iunius (vide supra, p. 356) nonnulla ex codice hausta Parisios ad fratres Dupuy misit, qui ea cum Morino[1] et Stephano Curcellaeo communicaverunt. Usserius codicem in usum Waltoni contulit (vide supra, p. 220). Millius codicem contulit et Wetstenius anno 1716 transcripsit, ille satis neglegenter. Bentleii conlatio invenitur in exemplari N. T. Gr. Stephanici anni 1549 quod nunc sub numero B. 17. 4 in bibliotheca collegii Trinitatis Cantabrigiae adservatur. Accuratius contulit codicem Iohannes Dickinsonius in usum Iohannis Iacksonii Leicestrensis, quae conlatio hodie in bibliotheca collegii Iesu Cantabrigiae exstat signo O. ϑ. 2. Blanchinus[2] de codice disseruit. Anno 1793 Cantabrigiae edidit Thomas Kiplingius (nat. a. 1755, mort. a. 1822) codicem: *Codex Theodori Bezae*

[1] Morinus, *Exercitationes biblicae*, pars prior, Lutetiae Parisiorum a. 1633, lib. 1, exercitat. 2, cap. 3, p. 90—106.

[2] Bianchini, *Evangeliarium quadruplex*, Romae a. 1749, part 1, vol. 2, p. cdlxxxi—cdlxxxiv (cdxc).

Cantabrigiensis, duobus tomis formae maioris; v. cl. Scrivenerus editionem accuratam praedicat, etsi fragmentum codicis parvum Kiplingium latuit Mt27,2 Graece, 26,65—67 Latine; prolegomena tamen minoris aestimanda sunt. David Schulzius[1] anno 1827 monstrare tentavit Latina in codice hoc ab alio codice Latino transcripta esse, Graeca vel ex interpretatione orientali aliqua fluxisse, vel partim ad eiusmodi versionis normam in exscribendo redacta esse. V. cl. Scrivenerus denique, cuius verbis hoc loco saepe usus sum, codicem publici iuris fecit: *Bezae codex Cantabrigiensis, being an exact copy in ordinary type . . . edited with a critical introduction, annotations, and facsimiles*, Cantabrigiae a. 1864, p. lxiv, 453 in 4. Conferendi sunt T. F. Middleton, *The doctrine of the Greek article*, Londin. a. 1808, appendix, p. 677—698; ed. Rose a. 1841, p. 471, et K. A. Credner, *Beiträge zur Einl. in die bibl. Schriften*, vol. 1, Halis a. 1832, p. 452—518. Codicem vidi a. 1883.

E: Basileensis A. N. III. 12 olim B. VI. 21 vel K. IV. 35. saec. VIII, in 4, membr, foll. 318, singulis columnis et 24 lineis in singulis paginis; litterae unciales eiusdem fere magnitudinis atque in codice D spiritibus et accentibus satis accurate ornatae continue scriptae sunt; littera paulo maior seriemque textus excedens paragraphum unamquamque significat; punctum adhibitum est ad summam mediam imam litteram (cf supra, p. 115); Amm, Eus, capp-tab; in margine inferiore stat sectionum uniuscuiusque paginae harmonia ut ita dicam (cf supra, p. 144); mutilus est codex:

continet evangelia; desunt *Lc* 3,4 *ησαιου—περι* 3,15 24,47 *και αφεσιν* usque ad finem; manus serior supplevit minutis litteris Lc1,69 *ημιν εν τω—ειναι αυτον* 2,4 12,58 *εισ φυλακην—προσεφω* 13,12 15,8 *λωσ εωσ—κατεφιλ. αυτον* 15,20, quae in tribus foliis (160.207.214) insunt, in quibus scriptura quaedam antiquior spongia deleta erat; haec etiam signo E significantur a Tischendorfio in apparatu critico; praeterea codici adsociatum est fragmen-

[1] Schulz, D. *Disputatio de codice D Cantabrigiensi*, Vratislaviae a. 1827. Facsimile codicis huius praebet *Palaeogr. soc.* pars 1—8, num. 14.15.

tum ex capitibus apocalypsis tertio et quarto litteris minusculis scriptum (cf infra caput VIII, 4, Apoc15); notae frequentissimae liturgicae in codice insunt; inter praestantissimos secundi ordinis codex est; v. cl. Muellerus, professor Basileensis, magnam partem scripturae illius trium foliorum antiquioris eiusdem ut videtur atque codicis aevi, eruit et cum Tischendorfio communicavit, unde haec specimina sunt: *αναπαυσω υμας εν τρυφη αιωνια διδουσ υμιν αφεσιν αμαρτιων υμων· και γινεσθε υιοι τησ εμησ βασιλειασ· και συναναπαυσω υμασ τοισ εκλεκτοισ μου — ωσ και αυτοι αυτοχειρεσ λοιπον . . εστρεφον τα ειδωλα συντριβοντεσ εισ την γην παντα τα βδελυγματα· και οπου αν ηυρισκον αγαλμα ηδρυμενον· λιθοισ κατακ . . νοντεσ εισ βορβορον εριπτον· εισ αισχυνην εσχατην και εισ γελωτα πολυν των σεβομενων αυτα· και προσκυνουντων αυτα· λεγοντεσ τοισ ανομοισ αρχουσι και τυραννοισ· ιδου τα σεβασματα υμων· των αισθητων τα κωφα και ασθενη· τυφλα και ακινητα· οισ υμεισ λατρευετε· αλαλοισ οι λογικοι· ουσ θεοσ ετιμησεν κατ εικονα ιδιαν· ιν επιγινωσκετε την αυτου δυναστειαν.*

Saeculo ut videtur octavo medio scriptus, ex Oriente veri simile a cardinali Iohanne de Ragusio[1] saeculo decimo quinto Basileam latus, coenobio Praedicatorum Basileensi datus, anno 1559 in bibliothecam urbis pervenit. Iohannes Iacobus Battierius, professor Basileensis, conlationem codicis ad Millium (B, 1). misit.[2] Bengelio fuit Basil. *a.* Conlatus est a Wetstenio. Tischendorfius favente De Wettio codicem anno 1843 ineunte contulit, posthac v. cl. Muellerus, et anno 1846 Tregellesius; Muellerus recognovit Tischendorfii conlationem quod ad notas ecclesiasticas attinuit, et Tregelles eam Lipsiae cum suis contulit. Tischendorfius anno 1844 disseruit[3] de rationibus codicis palaeographicis, ratione

[1] Qui contioni primae concilii Basileensis anno 1431 cum Iohanne Palomaro solemni more praefatus est et qui auctoritate concilii ad Graecos legatus est.

[2] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster, Amst. a. 1710, paragr. 1117, 1118.1507.

[3] Tischendorf, „Neuer Beitrag zur Neutestamentlichen Textkritik, namentlich zu der dieselbe betreffenden Palaeographie", *Theol. Studien und Kritiken*, Heidelbergae a. 1844, p. 471—496.

potissimum Rinckii et Hugii habita. V. cl. L. Sieberus, bibliothecarius Basileensis, amicissime me certiorem fecit de nonnullis quae ad hunc et ad alios Basileenses codices attinent.

F: Boreeli Rheno-Traiectinus in bibliotheca academica. saec. IX, in 4, membr, foll. 204 et fragmentis nonnullis, binis columnis et 19 fere lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae formae recentioris continue scriptae spiritibus atque accentibus satis accurate ornatae sunt; littera prima paragraphi uniuscuiusque aliis maior est et textus seriem excedit; Amm (non Eus); mutilus:

continet evangelia; desunt *Mt* 1,1—8,34 12,1—44 13,55—14,9 15,20—31 20,18—21,5 *Mc* 1,43—2,8 2,23—3,5 11,6—26 14,54—15,5 15,39—16,19 *Lc* mutilum est locis viginti quattuor *Io* 3,5—14 4,23—38 5,18—38 6,39—63 7,28—8,10 10,32—11,3 11,40—12,3 12,14—25 13,34—21,25; Wetstenii tempore nondum defuerunt tot versus; incipiebat tum codex Mt 7,6, et loci alii exstabant qui hodie non comparent.

Olim Iohannis Boreeli (nat. a. 1577, mort. a. 1629) legati Batavi ad Iacobum I Angliae regem, post Boreeli mortem a viro aliquo docto eoque ignoto inde a Mt 7,6 usque ad Lc 11 conlatus,[1] mox evanuit; Wetstenius, quocum Isaacus Verburgius conlationem illam anno 1730 communicavit, ipse scripsit: „Ubi codex iste nunc lateat rescire nondum potui.“ Anno 1830 repperit Iodocus Heringa, professor Rheno-Traiectinus, codicem in bibliotheca I. M. Roukensii in urbe Arenaci (Arenacum a Rheno-Traiectu triginta milia abest) eumque in bibliothecam academicam Rheno-Traiectinam transferri curavit. Scripsit Heringa dissertationem de codice quae conlationem accuratissimam comitatur, et Tischendorfius qui aestate anni 1841 codicem adiit ut eum conferret, minus dolebat quod copia codicis conferendi ei idcirco non concederetur, cum ex schedis Heringae manuscriptis perspiceret conlationem illam esse „docte institutam et ad criticorum usum ita comparatam ut editionis ipsius codicis locum“ teneret. Disputationem Heringa

[1] Wetstein, *N. T. Gr.* Amstel. a. 1751, vol. 1, p. 40.

ipso mortuo edidit Henricus Egbertus Vinkius.[1] Foliorum post Wetstenii aetatem deperditorum lectionem hausit Tischendorfius ex Wetstenio indicavitque signo F^{wtst} sive F^w.

F^a: Parisiensis Coislinianus I.

saec. VII ineuntis, in fol, alt. 33 cm, lat. 22. 9 cm, membr, [foll. 227 binis columnis in singulis paginis: continet Octateuchum et Regum libros],[2] quae ad Novum Testamentum spectant sunt scholia a prima manu margini adscripta.

continet Mt 5,48 12,48 27,25 Lc 1,42 2,24 23,21 Io 5,35 6,53.55 Act 4,33.34 9,24.25 10,13.15 22,22 1Co 7,39 11,29 2Co 3,13 9,7 11,33 Gal 4,21.22 Col 2,16.17 He 10,26.

Wetstenius invenit scholium continens Act 9,24.25 codicemque siglo F^{act} insignivit. Tischendorfius[3] autem cum codicem anno 1842 scrutaretur locos viginti supra dictos invenit, omnesque edidit in libro, *Monumenta sacra inedita*, Lipsiae a. 1846, proll. § 7, p. 24—26, text. p. 401—405, cum facsimili tab. III, num. 8.[4] Vidi codicem mense Augusto anni 1883.

G: Londinensis musei Britannici Harleianus 5684. Cantabrigiensis collegii Trinitatis B. 17. 20. num. 21.

saec. IX vel X, in 4, membr, foll. 251, alt. 25.7 cm, lat. 21.5 cm, binis columnis et 21 vel 22 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae minus elegantes continue scriptae ornantur sed non accurate spiritibus et accentibus; punctum simplex saepius adhibetur; ϊ et ϋ saepe ita; litterae aliis maiores, textus seriem excedentes, paragraphos antecedunt; capp-tab in Lc [etiam Mc manu sec]; compendia usitata insunt; titl, Amm, Eus (Amm et Eus minio; sed Mt Amm $\mu\gamma'$—$\varrho\mu'$ atr), lect; habet notas ecclesiasticas in margine, unde $G^{mg\ eccles}$, mut: continet evangelia; desunt *Mt* 1,1 — *προσευξαι* 6,6 [folium

[1] Vinke, *Jodoci Heringa El. fil. . . . disputatio de codice Boreeliano, nunc Rheno-Trajectino, ab ipso in lucem protracto . . .* Trajecti ad Rhenum a. 1843. 4°. ff. viii, 103. cum facsimili. Cf Iac. Isaac. Doedes, „Iets over den codex Rheno-Traiectinus vroeger Boreelianus," *Jaarboeken voor wetenschappelijke Theologie*, ii, a. 1845; in primis p. 23.

[2] Cf Montfaucon, *Biblioth. Coislin.* Paris. a. 1715, p. 1—32.

[3] Tischendorf, *Theol. Studien und Kritiken*, Heidelbergae, a. 1842, fasc. 2, p. 496—511.

[4] Cf Silvestre, *Paléographie universelle*, Paris. 1841, vol. 2, num. 65.

dimidium Cantabrigiense nonnulla ex 5,29—31.39—43 continet] 7,25 *ανεμοι και — ερχου και* 8,9 8,23 *ηκολουθησαν — την πιστιν* 9,2 28,18 *λεγων — θηριων Mc* 1,13 (Mt 28,18 — Mc 1,13 suppleta sunt litteris minusculis in folio chartaceo manu recentiore fortasse saec. XV) *Mc* 14,19 — *εως τησ* 14,25 columna una abscissa *Lc* 1,1 — *ελισαβετ* 1,13 5,4 *και χαλασατε — πρεσβυτερουσ* 7,3 8,46 *εξελθουσαν — εξερχομενοι απο* 9,5 12,27 *δοξη αυτου — προσ ημασ* 12,41 (12,27—41 a manu alia recentiore saec. fortasse XIV litteris minusculis in folio chartaceo suppleta) 24,41 *ειπεν αυτοισ* — 24,53 *Jo* 18,5 *μετ αυτων — ηρωτησεν* 18,19 (18,5—19 manu eadem qua Mt 28,18 — Mc 1,13 suppleta) 19,4 *ουδεμιαν αιτιαν* (post *εν αυτω*) — *λεγει τω* 19,27; supplementa insignita sunt G^{supp}.

Ex Oriente ab Andrea Erasmo Seidelio cum codice H in Germaniam translatum, Seidelio mortuo a La Crozio bibliothecario regio Berolinensi anno 1718 emptum, qui codicem Iohanni Christophoro Wolfio pastori Hamburgensi dono dedit; primus neque vero accurate contulit Wolfius (Wolfii A).[1] Videtur folium illud dimidium Cantabrigiense a Wolfio de codice abscissum, ad Bentleium Cantabrigiam ut specimen missum esse anno 1721, pariter atque fragmentum codicis H; utrumque invenit Tregellesius anno 1845 inter schedas Bentleii. Wetstenius lectiones Wolfianas adhibuit, ipsum codicem ad Bentleium missum fuisse dixit. Posthac (ante annum 1729 quo anno Harleius pater mortuus est? ante annum 1741 quo anno filius mortuus est?) Harleianus factus denique in Museum Britannicum cessit. Fragmenta Harleiana anno circiter 1772 Griesbachius contulit, aestate anni 1842 Tischendorfius, anno denique 1847 Tregellesius, qui cum Tischendorfio ea quae aliter legerat communicavit. Haec recognovit Tischendorfius anno 1855. Facsimile invenitur apud Scrivenerum, *Introd.* ed. 3, tab. XI, num. 29. Vidi d. 18. Ian. et d. 13. Nov. a. 1883.

H: Hamburgensis bibliothecae publicae 91.
Cantabrigiensis collegii Trinitatis B. 17. 20. num. 21.
saec. IX vel X, in 4, membr, foll. 386, quaternionibus exaratus, singulis columnis et 23 lineis in singulis paginis; litterae,

[1] Wolf, *Anecdota Graeca*, Hamburgi a. 1723, vol. 3, p. 48—92.

minus rudes quam quas habet G, continue scriptae, ornantur neque accurate spiritibus (cf supra, p. 90) et accentibus; crux plerumque pro puncto adhibita est; capp-tab, capp, titl, Amm (non Eus):

continet evangelia; desunt *Mt* 1,1 — *ερριψαν αυτους* 15,30 25,33 *τα δε ερυφια* — *του λαου* 26,3 *Mc* 1,32 — *οπου ην* 2,4 15,44 — *αυτων και* 16,14 *Lc* 5,18—32 6,8 *την ξηραν* — 22 10,2 *του θερισμου* — *εξουσιαν του* 10,19 *Io* 9,30 *το θαυμαστον* — *ου πιστευετε* 10,25 18,2 *ιησους εκει* — *πεποιηκοτες* 18,18 20,12 *ενα προς τη κεφ.* — *εις τον τυπον* 20,25; fragmentum Bentleianum continet Lc 1,3 *θεόφιλε· ἵνα ἐπιγνῶσ π—θησ λόγων τὴν ἀσφάλεια*[ν] usque ad *πορευόμενοι ἐν πᾶσαισ ταῖ*[σ] 1,6 item 1,13 *αυτον ο αγγελοσ·* (accentus periere) *μὴ φοβοῦ—ότι εἰσηκούσθη· ἡ δέησίσ σου·* usque ad *ν καὶ σίκερα οὐ μὴ πίη· καὶ—λησθήσεται ἔτι· ἐκ κοιλίασ* 1,15: textus melioris est notae quam codicis G textus.

Saeculo ut videtur exeunte nono vel decimo ineunte exaratus, ex Oriente a Seidelio translatus, ut codex G, emptus est codex a La Crozio (vide supra, p. 376) et Wolfio datus, qui in *Anecdotis* de eo disseruit[1] (Wolfii B). Fragmentum Cantabrigiense misit Wolfius ad Bentleium cum codicis G fragmento. Anno 1739 libros suos multos et praestantissimos bibliothecae urbis donavit Wolfius. Christianus Petersenus professor et bibliothecarius Hamburgensis codicis descriptionem ex schedis professoris et bibliothecarii A. A. H. Lichtensteinii (bibliothecae praefuit Lichtenst. annis 1794—1798) hausit.[2] Anno 1850 contulit Tregellesius codicem totum accuratissime, tum Hamburgo Lipsiam reversus exemplar in quo lectiones notaverat cum Tischendorfio communicavit. Tischendorfius ipse anno 1854 multas codicis partes contulit. Fragmentum Cantabrigiense repperit Tregellesius anno 1845 (cf supra, p. 376). Codicem perlustravi anno 1878, mense maio. Facsimile ex Tregellesiano in Scriveneri *Introd.* ed. 3, tab. XII, num. 31 inest.

[1] Wolf, *Anecd. Gr.* Hamburgi a. 1723, vol. 3, p. 48—92.

[2] Petersen, *Geschichte der Hamburgischen Stadtbibliothek*, Hamburgi a. 1838, p. 225—229.

I: Petropolitanus bibliothecae Caesareae.

(1.) Muralti[1] VI. I. (1.) (2.) (3.)

saec. V, in 4, membr, rescr, foll. 3, binis columnis et 29 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae rotundae et quadratae simplices purae accentibus non ornatae sunt; rarissime inveniuntur litterae maiores initiales; errores ex itacismo abundant; Amm signo notantur etsi numeri non adponuntur:

continet *Io* 11,50 *συμφερι ημῑ — λαζαρον ι* 12,9 15,12 *[κα]θωσ ηγαπη — αποσυναγ* 16,2 19,11 *σοι δεδομε —* (14) (16) *— διεμερισαν* 19,24; exscissae sunt multae litterae; textus est optimae notae.

Detecta sunt folia, Georgiace saeculo decimo rescripta, 28 i. e. 20 simplicis et 8 duplicis sive maioris formae, codicum septem antiquissimorum fragmenta, a Tischendorfio in oriente anno 1853 et posthac Petropolim translata. Haec omnia (vide I^{act} et I^{paul}) difficilia lectu edidit in *Monumentis sacris ineditis*, vol. 1, proll. p. XIII—XIX, text. p. 1—48. Folia tria haec inveniuntur p. 29—34 et facsimile tab. I, num. I.

(3.) Muralti VI. III. (7.) (8.) (9.) (10.) (11.) (12.)

saec. V, in 4, membr, rescr, foll. 6, binis columnis et 22—27 lineis in singulis paginis; similia sunt foliorum (1.), sed habent saepius litteras initiales maiores et praebent numeros sectionum Amm:

continet *Mt* 14,13 *[ανεχ]ωρησεν — φαγειν* 16 14,19 *και κελευσασ — ανεβη* 23 [pagg. 3.4] 24,37 *ωσπερ γαρ αι —* (40) *—* (49) *— αυτων εξηλ* 25,1 25,32 *ωσπερ —* (35) (39) (43) *— ελαχιστων* 25,45 26,31 *[νυ]κτι ταυτη — ερχεται* 26,45 [pag. 11—16] *Mc* 9,14 *ιδεν οχλον —* (16. 17) *— και ει[πα]* 9,18 9,19 *ω γενεα —* (20. 21) *— εφ ημασ* 9,22 14,58 *[οικο]δομησω —* (61) *— κατεκριναν* 14,64 14,65 *[αυτ]ω και περικα —* (67. 68) *— εξ αυτω̄ —* 14,70 [pagg. 17—20]; exciderunt multa; textus est optimae notae.

Mon. sac. ined. vol. 1, paginas ad fragmenta iam invenisti; facsimile tab. I, num. III.

(4.) Muralti XIII. (1.) (2.) (3.) (4.) (5.) (6.)

saec. VI, in 4, membr, rescr, foll. 6, binis columnis et 22 lineis in singulis paginis; litterae unciales maiores quam in (1.) et (3.) et magis ad formas productas sive declinatas inclinantes accentibus non

[1] Muralt, *Catalogue des manuscrits Grecs de la bibliothèque impériale publique*, Petropoli a. 1864.

ornatae sunt; litterae initiales aliis maiores litterarum ordinem excedunt; Amm (non Eus); similis est codicis P:

continet *Mt* 17,22 [*συστρεφομε*]*νων δε* — (25) — *ου μη* 18,3 18,11 [*σ*]*ωσαι* — *του* [*εν*] 18,19 19,5 [*τον* $\overline{\pi\rho}$[$\overline{\alpha}$ *αυτου* — [*χωλυ*] *εται* 19,14; multa abscissa sunt [pagg. 5—10]. *Lc* 18,14 [*ταπει*]*νωθησεται* — *ευκοπω*[*τερον*] 18,25 [pagg. 23.24] *Io* 4,52 [*εβδο*]*μην* — (5,4) — [*περι*]*πατει* 5,8; multa abscissa sunt [pagg. 27. 28] 20,17 *προσ τουσ αδελφουσ* — *και θω*[*μασ*] 20,26; multae litterae exciderunt [pagg. 35. 36].

Mon. sac. ined. vol. 1, paginae iam datae sunt; facsimile tab. I, num. IV.

(7.) Muralti XIII. (7.) (8.)

saec. VI, in 4, membr, rescr, foll. 2, binis columnis et 22 vel 23 lineis in singulis paginis; litterae unciales maximae, ut in codice N, sunt; punctum simplex et puncta duplicata adhibentur, praeterea distinguitur inter puncta ad summam et ad imam litteram posita; Amm (non Eus):

continet fragmenta ex *Lc* 7,39 *εγινωσκεν* — *εαυτοισ* 7,49; deest medius utriusque columnae in utraque pagina versus, folio duplici dissecto (cf proll. p. xvii) [pagg. 21. 22] 24,10 [*αποστο*]*λουσ* — (12. 13) (15) (18) *του θυ* 24,19; multa desunt [pagg. 25. 26]; fortasse his addenda sunt Porfirii folia *Mt* 26,59—70 27,44—56 *Mc* 1,34—2,12.

Mon. sac. ined. vol. 1, paginae iam datae sunt; facsimile invenitur in *Anecdotis sacris et profanis*, Lipsiae a. 1855, tab. III, num. VI.

I^{b}: Londinensis musei Britannici 17136.

saec. V, fol nunc in 8, membr, bis rescr, foll. 2, — folia 117. 118 et 126. 127 in codice qui Severi hymnos Syriace continet; Graecis deletis Syriace rescripta sunt folia saec. 9, et his Syriacis erasis, iterum Syriace rescripta sunt saec. 10 vel 11 —; binis columnis et 8 vel 9 (olim ut videtur 16 vel 18) lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae simplices spiritibus (spiritus uno loco a Tregellesio, *Text. crit.* p. 184, notatus, videtur esse a manu posteriore) vel accentibus non ornatae sunt; interpunctio simplicissima est; litterae initiales prorsus non adhibentur; Amm (non Eus):

continet *Io* 13,16—17.19—20.23—24.26—27 16,7—8 (ad 16,8 adde *και* ante *ελθων*).9 (*περι*).12—13.15—16.18—19 (adde *ουν ο* $\overline{\iota\sigma}$ *οτι η* post *εγνω*)[1]; nonnulla legi non possunt; textus cum testibus antiquissimis consentit.

[1] De addendis his versibus 9.19 cf Tregellesium, *Horne's Introd.* ed. 11, Lond. 1863, p. 766.

Ex deserto Nitriensi Londinium translatus est codex hic. Tischendorfius et Tregellesius eruerunt Graeca non sine magno labore; ille edidit fragmenta in *Mon. sac. ined.* vol. 2, proll. IV, p. XXXXII seq., text. p. 311.312, facsimile num. 7^a et 7^b. Quae postea Tischendorfio contigit eruere, in editione hac adhibita sunt. In editione septima insignita sunt fragmenta haec siglo N^b. Codicem vidi anno 1883.

K: Parisiensis bibliothecae nationalis 63, olim $\frac{2243}{33}$, Cyprius dictus, olim Colbertinus 5149.

saec. IX, in 4, membr, foll. 269, singulis columnis et 16—31 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae et crassae oblongae et erectae spiritibus et accentibus neque accurate ornatae continue scriptae sunt; punctum simplex saepe adhibetur; nonnullis locis videtur punctum *στίχων* finem significare quasi codex ex codice stichometrice scripto transcriptus esset; errores ex itacismo et alii abundant; compendia usitata adhibentur; manus posterior videtur Eus-tab, capp-tab, titl, Amm (Eus non exstant), subscr, notas ecclesiasticas, syn, men, addidisse:

continet evangelia integra; prae plerisque codicibus textu Constantinopolitanis bonae notae est, neque desunt lectiones quas Westcottus Hortiusque Prae-Syriacas dicunt (cf supra, p. 197. 200); in iis quae manu secunda subscripta sunt legitur: *προσδεξητε αὐτὴν* [*τὴν δέλτον*] *ἡ παναγία θ̄κ̄ο̄σ̄ κ̀, ὁ ἅγιοσ Εὐτυχιοσ,* (*αὐτὴν ἡ παν* ex Scholzio; ipse nondum satis accurate haec verba excussi).

Scriptus ut videtur saeculo nono medio vel exeunte, anno 1673 ab insula Cypro in bibliothecam Colbertinam translatus est codex. Simonius[1] nonnulla ex codice excerpsit. Conlationem Millius[2] ab amicis accepit. Montefalconius[3] codicem descripsit quem secutus Blanchinus[4] locos

[1] Simon, *Histoire critique du texte du N. T.* Roterodami a. 1689, cap. x, p. 101^b et cap. xxxii, p. 407 seqq.

[2] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster, Amst. a. 1710, paragr. 1498, p. 166^a.

[3] Montfaucon, *Palaeographia Graeca*, Parisiis, a. 1708, p. 41. 232.

[4] Bianchini, *Evang. quadr.* Romae a. 1749, pars I, vol. 2, p. diii et facsimile.

selectos ex codice praebet. Scholzius[1] codicem usitata neglegentia contulit; accurate Tischendorfius anno 1842, et a. 1849; 1850 Tregellesius qui conlationem suam cum Tischendorfiana Lipsiae a. 1850 comparavit. Vidi codicem Aug. a. 1883.

L: Parisiensis bibl. nation. 62, ante 2861 vel 1558. saec. VIII, in 4, membr, foll. 257, alt. 23.4 cm, lat. 17.3 cm, binis columnis et 25 lineis in singulis paginis; foll. 32—39 locum commutaverunt cum foll. 211—218; membrana crassa et fortis est; litterae unciales magnae oblongae apostrophis et spiritibus accentibusque ornatae sunt sed minus accurate; litterae initiales magnae, saepe pictae; neglegenter scriptus a scriba qui Graece fortasse nesciebat; punctum medium, comma, punctum cum commate (; — non interrogationis signum), puncta bis ter quater posita, crux usurpantur; compendia usitata adhibentur: scatet erroribus ex itacismo; formae „Alexandrinae" abundant; capp-tab, titl, capp, Amm, Eus, lect:

continet evangelia; desunt *Mt* 4,22 *οι δε — κειμενη* 5,14 28,17 *[και ι]δοντεσ — αιωνοσ* 28,20 *Mc* 10,16 *τασ χειρασ — τω αιωνι* 10,30 15,2 *και επηρωτησεν — τα ιδια* 15,20 *Io* 21,15 *συ οιδασ οτι — εστιν* 21,25; multa emendata sunt sive e pluribus exemplaribus sive ex exemplari cum lectionibus variis in margine; insunt adnotationes, vide ad Mc 16,8; textus optimae notae.

Roberto Stephano fuit *η′*, quod et in volumine notatur. Wetstenius contulit codicem cursim insignivitque L siglo.[2] Griesbachius sedulo examinavit.[3] Tischendorfius transcripsit ediditque in *Mon. sac. ined.* Lipsiae a. 1846, proll. § 6, p. 15—24, text. 57—399, facsimilia tab. I, num. 7, tab. III, num. 7. Vidi codicem Aug. a. 1883.

M: Parisiensis bibl. nation. 48, olim $\frac{2243}{2}$. saec. IX exeuntis, in 4, membr, foll. 257, coll. 2, 24 lineis in singulis paginis; litterae unciales parvae et elegantes spiritibus et accentibus ornatae continue scriptae sunt; errores ex itacismo abundant; notae ecclesiasticae in marginibus teste Tischendorfio prima manu litteris minusculis exaratae litterarum forma egregie conveniunt cum Platone Oxoniensi (Bodl. Clarke 39) anno 895 scripto; Carp, Eus-tab, Amm, Eus, syn, men, mus; ima pagina harmoniam quandam praebet (cf supra, p. 144):

[1] Scholz, *Curae criticae* etc. II. *De codice Cyprio* etc, Heidelbergae a. 1820, p. 53—90, cum facsimili pessimo.

[2] Cf G. Less, (cf supra, p. 368, adn. 5), pars 9, p. 144—147.

[3] Griesbach, *Symb. crit.* (cf supra, p. 247, adn. 1), vol. 1, p. lxvi—cxli.

continet evangelia integra; textus eiusdem fere pretii atque codicis K est; ex Arabicis in ultima pagina scriptis nihil nisi nomen Hierosolymae certe erutum est.

Post saeculum nonum medium ut videtur exaratus, olim fuit codex hic Francisci de Camps[1] abbatis Signiensis (nat. a. 1643, mort. a. 1723) qui codicem Ludovico XIV regi die primo anni 1706 dono dedit. Anno 1708 descripsit codicem Montefalconius.[2] Abbas de Louvois codicem in usum Kusteri (Paris. 2) contulit.[3] Blanchinus[4] locos selectos citat ex codice. Scholzius codicem suo modo contulit. Anno 1841 transcripsit Tischendorfius totum cum menologiis et synaxariis, anno 1850 Tregellesius accurate contulit. Scrivenerus[5] facsimile edidit post photographiam a v. cl. Burgonio acceptam. V. cl. Silvestrius[6] facsimile praebet codicis. Vidi codicem Aug. a. 1883.

† N:

Patmiensis monasterii s. Iohannis . .	foll.	33
Romanus Vaticanus 3875	„	6
Londinensis mus. Brit. Cotton. Titus C. xv.	„	4
Caesareus Vindobonensis Lambecii 2, propalam conlocatus	„	2

saec. VI exeunte, in fol, membr, purpureo-argenteus, foll. 45, alt. 32 cm, lat. 26.5 cm, text. alt. 22 vel 23.5 cm, lat. 10 cm, binis columnis et 16 lineis in singulis paginis; membrana tenuissima purpureo colore tincta; textus est argento scriptus sed Dei et Christi nomina auro distinguuntur; litterae unciales maximae rotundae et quadrae simplices spiritus hic illic habent ut ἐλαλησα (Londin.) ἀπο (Vindob.), non accentus; punctum simplex ad summam litteram et spatium vacuum usurpantur; litterae initiales linearum seriem excedunt;

[1] Nomen saepe male variatum ita scribendum est: François de Camps, abbé de Signy.

[2] Montfaucon, *Palaeogr. Gr.* Paris. a. 1708, p. 260, cum facsim.

[3] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster. Amst. a. 1710, praef. fol. 4b.

[4] Bianchini, *Evang. quadr.* Romae a. 1749, pars 1, vol. 2, p. div et facs.

[5] Scrivener, *Plain introduction* etc. ed. 3, Cantabr. 1883, tab. xii, num. 32.

[6] Silvestre, *Paléographie universelle*, Parisiis a. 1841, vol. 2, num. 76.

† quod superest ex hoc codice repertum in Asia minori Russiarum Imperator emit. Edidit in Texts and Studies. "Cod Purpureus" v. cl. Cronin. 1899.

litterae minores sub finem linearum eiusdem sunt formae atque aliae; ϊ et ϋ ita ad initium verborum; compendia saepe non adhibentur; errores ex itacismo insunt; formae „Alexandrinae" usurpantur; capp, titl, Amm, Eus:

continet *Mt* 19,6 *εισιν δυο — προσηνε* 19,13 20,6 *αυτουσ τι ωδε — απο[κριθεισ]* 20,22 20,29 *[εκπορευο]μενων — και [ιδων]* 21,19 26,57 *[πρεσβυ]τεροι — διερ[ρηξεν]* 26,65 27,26 *τον δε ιν — γευ[σαμενοσ]* 27,34 *Mc* 6,53 *γην γεννησαρεθ — κρατειν* 7,4 7,20 *εκπορευομενον — ελαλει τον λογον* 8,32 9,1 *τοισ αμην λεγει — αλλ' οσ* 10,43 11,7 *αυτω τα ιματια — εαν τινοσ αδελφοσ* 12,19 14,25 *λεγω υμιν οτι* (multa desunt in 25.26.27.28.29.31. 32.33.34.35.37.39.40.41) — *εδιδουν αυ* 15,23 *Lc* 24,13 *[απε]χουσαν — τριτον ταυτην* 24,21 24,39 *πνα σαρκα — υμισ δε κα* 24,49 *Io* 14,2 *μοναι — μενων αυτοσ* 14,10 15,15 *λοσ ουκ οιδεν — νυν δε* 15,22; textus multa habet haud malae notae; insunt emendationes a manu altera antiqua.

Haec folia olim unius codicis direpta sunt fortasse ut venum darentur. Folia duo *Vindobonensia* Lc 24,13—21. 39—49 a Lambecio[1] notata eoque duce a Montefalconio[2] et Wetstenio (N) iniuria putabantur eiusdem codicis esse atque folia nonnulla libri Genesis Vindobonensia, quod Treschowius[3] recte negavit, cum textum transcripsit. Alterus[4] lectiones varias dedit. Folia quattuor *Londinensia* Mt 26,57—65 27,26—34 Io 14,2—10 15,15—22 contulit neglegenter Wetstenius anno 1715 sigloque I insignivit. V. cl. Scrivenerus folia haec transcripsit a. 1845. Folia sex *Romana* Mt 19,6—13 20,6—22 20,29—21,19 descripsit Blanchinus[5]. Gaetanus Marinus haec folia in usum Scholzii (Γ) minus accurate contulit; lectiones illae Marini codici ipsi adiacebant anno 1843 quo

[1] Lambecius, *Commentariorum de aug. bibliotheca Caesar. Vindob.* ed. alt. opera et studio Adami Franc. Kollarii, Vindobonae, vol. (lib.) 3 (a. 1776), coll. 30—32.

[2] Montfaucon, *Palaeogr. Gr.* Paris. a. 1708, p. 190—194.

[3] Hermann Treschow, *Tentamen descriptionis codicum veterum aliquot Graecorum N. F.* Havniae a. 1773, p. 124.127.

[4] Alter (ut supra, p. 254), vol. 1, p. 999—1001.

[5] Bianchini, *Evang. quadr.* Romae a. 1748, pars 1, vol. 2, p. di[a]—diii[a].

anno Tischendorfius Romae fuit. Haec omnia Vindobonensia (N), Londinensia (I), Romana (Γ) cum vidisset Tischendorfius eiusdem esse codicis edidit[1] anno 1846. Folia *Patmiensia* Mc 6,53—7,4 7,20—8,32 9,1—10,43 11,7—12,19 14,25—15,23 nuper reperta transcripsit v. cl. Iohannes Sakkelion monachus in usum Tischendorfii, edidit v. cl. Duchesnius[2] anno 1876. Folia Vindob. vidi a. 1876, Londin. a. 1883.

N^a: Cairensis patriarchi Alexandrini (nunc Porfirii?). saec. VI, in fol, membr, fragmenta duo purpurea auro scripta; litterae litterarum in codice N simillimae sunt: continent *Mc* 9,14. 15.16.17.18.20.21.22 10,23.24.29.

Anno 1850 vidit haec v. cl. Porfirius Uspenskius archiepiscopus descripsitque in libris suis lingua Russica conscriptis,[3] ex quibus v. cl. Oscarus de Gebhardt notitiam hanc in meum usum hausit.

N^b: hodie I^b cf supra, p. 379.

O: Moscuensis Synodi CXX (hodie 119?), olim in Atho.[4] saec.IX, in fol, membr, foll.8, litterae unciales magnae spiritibus et accentibus ornatae continue scriptae sunt; punctum simplex, comma, signum interrogationis adhibentur; compendia usitata inveniuntur: continet *Io* 1,1 *Ἐν ἀρχῇ — ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν* 1,4 20,10 *ἀπῆλθον — κλαίεισ;* 20,13 20,15 *λέγει αὐτῇ — θεὸν ὑμῶν* 20,17 20,20 *ἐχάρησαν οὖν — ἦλθεν ὁ ἰησοῦσ* 20,24; ver. 15 bis repetitur, ver. 17 ter; scholia litteris minusculis exarata textum comitantur.

[1] Tischendorf, *Mon. sacr. ined.* Lips. a. 1846, proll. § 3, p. 10—12, text. p. 11—36, facsimilia tab. ii, num. 2.3.4; ad Mt 21,11 legendum est *ναζαρεττησ* pro *-ρετησ*.

[2] Duchesne, *Archives des missions scientifiques et littéraires*, Parisiis a. 1876, ser. iii, vol. 3, p. 386—419.

[3] Porfiri Uspenski, *Iter per Aegyptum et in monasteria sancti Antonii Magni et beati Pauli Thebani, anno 1850*, Petropoli a. 1856, p. 77. Facsimilia inveniuntur in libro, *Oriens Christianus: Aegyptus et Sinai*, Petropoli a. 1857, tabb. xiii.xiv.

[4] Wetstenii fragmentum O, quod Anselmus Bandurius Montefalconio (*Pal. Gr.* p. 235) dono dedit, ex hoc catalogo extrusit Tischendorfius quod ex evangeliario esset decimi fere saeculi; nihil praebuit nisi Lc 18,11—14 neque integre; cf infra, VIII, 5, A, Evrm 295.

Nono ut videtur saeculo scriptus est codex in monte Atho in monasterio Dionysii. A bibliopega adhibita sunt haec fragmenta ad codicem Chrysostomi homilias in Genesim continentem compingendum. Inde Moscuam translatus est codex Chrysostomi ille in quo Matthaeius fragmenta detexit eaque edidit[1] in Novo Testamento suo cum facsimili (cod. 15). Tregellesius fragmenta haec in appendice editionis suae codicis Ξ (cf infra, p. 407.408) anno 1861 edidit. Tischendorfius Moscuae anno 1868 tota transcripsit.

O^a: Guelferbytanus

saec. IX, in codice Latino saeculi noni grammaticam Pompeii continente:

continet duos hymnos, Mariae *Lc* 1,46—55, Zachariae 1,68—79.

Edidit fragmenta Tischendorfius, *Anecdota sacra et profana*, Lipsiae a. 1855, p. 206—208.

O^b: Bodleianus Misc. Gr. 5 (Auct. D. 4.1) olim Bodl. 120.

saec. X, in psalterio, foll. 313 et 314:

continet *Lc* 1,46—55.68—79 2,29—32.

Vide Tischendorfium (ut ad O^a), p. 206. Perlustravi a. 1883.

O^c: Veronensis

saec. VI, in psalterio Graeco-Latino, Graecis litteris Latinis expressis:

continet *Lc* 1,46—55; incipit Megalyni e psyche mu ton Quirion Ce egalliasen to pneuma mu epi to theo to soteri (cod. *sori*, quod compendium scripturae videtur esse) mu.

Edidit psalterium hoc Blanchinus[2] in psalterio duplici.

O^d: Turicensis

saec. VII, in psalterio purpureo-argenteo:

continet *Lc* 1,46—55.68—79 2,29—31.

Edidit Tischendorfius, *Mon. sacr. ined.* Lipsiae a. 1869, vol. 4, p. 211 sq. p. 221 sq.

[1] Matthaei, *Thess. et Tim.* Rigae a. 1758, p. 257—263; facs. in *Apoc.* Rigae a. 1785.

[2] Bianchini, *Vindiciae canonicarum scripturarum*, Romae a. 1740, p. 275; cf Tischendorf, *V. T. Gr. iuxta LXX interpretes*, ed. 6, cur. E. Nestle, Lipsiae a. 1880, vol. 1, p. xlv.xlvi.

O^e: Sangallensis 17.

saec. IX, in codice partim Latine partim Graece scripto: continet *Lc* 1,46—55.68—79 2,29—31. Conlatus a Tischendorfio.

O^f: Moscuensis

saec. IX, in psalterio:

continet *Lc* 1,46—55.68—79 (2,29—31?). Olim Abrahami de Noroff, hodie in museo Rumjanzowiano Moscuae. Conlata sunt fragmenta a Tischendorfio.

O^g: Parisiis bibl. Arsenal; vide infra, p. 438.

P: Guelferbytanus Weissemburg 64.

saec. VI, in fol, membr, rescr, foll. 43, binis columnis et 24 lineis in singulis paginis, litterae unciales permagnae hic illic formae elongatae et compressae spiritibus non accentibus ornantur, spiritus attamen minus accurate adduntur; litterae initiales maiores sunt; apostrophus usurpatur; punctum simplex plerumque ad mediam litteram adhibetur; errores ex itacismo et formae Alexandrinae in codice insunt; compendia usitata inveniuntur, sed ex rarioribus sunt $\overline{\text{αυ}}^{\omega}$ et $\overline{\text{αυ}}^{ο}$ pro *αυτω* et *αυτου*; passim positum est signum in margine ad capitum quorundam initia distinguenda; capp-tab, Amm, (Eus nunc desunt, quamquam fortasse minio scripti erasi sunt):

continet *Mt* 1,11 [*αδελφουσ*] *αυ*[*το*]*υ* — *υιον* 1,21 3,13 *τοτε* — *ποιησω* 4,19 10,7 *οτι ηγγικεν* — *οταν δε παρα* 10,19 10,42 *και οσ* — *σου*: *αμην* 11,11 13,40 *εν τη* — *οδοντων* 13,50 14,15 *αγορασωσιν* — *την εν*[*τολην*] 15,3 15,29 *μεταβασ* — *απολυσασ* 15,39 *Mc* 1,2 *ωσ γεγραπται* — (4.) — *αγαπητοσ εν σοι* 1,11 3,5 *επι τη* — *του ἰακωβου* 3,17 14,13 *αυτοισ υπαγετε* — *εκχυννομενον* 14,24 14,48 *συλλαβειν* — *επηρωτα* 14,61 15,12 *ιουδαιων* — *εξεπνευσεν* 15,37 *Lc* 1,1 [*ανα*]*ταξασθαι* — *ζαχαρια* 1,13 2,9 *επεστη* — *προσ αυτουσ* 2,20 6,21 *οτι χορτασθησεσθαι* — *οφθαλμω σου* pr 6,42 7,32 *παιδιοισ* — *επτα* 8,2 8,31 *και παρεκαλει* — *μονον πι* 8,50 9,26 *τουτον* — *εν τω* 9,36 10,36 *ληστασ* — *ημιν · και μη* 11,4 12,34 *εκει και* — *ερχεσθαι · και* 12,45 14,14 *ανταποδοθησεται* — *προσ αυτουσ* 14,25 15,13 *παντα* — *ἀβρααμ᾽* 16,22 18,13 *μοι τω* — $\overline{\text{υε}}$ $\overline{\text{δαδ}}$ 18,39 20,21 *και ου* — *αληθωσ* 21,3 22,3 *εισηλθεν* — *εν τη βασι* 22,16 23,20 *λατοσ προσεφωνησεν* — *και οτε* 23,33 23,45 [*κα*]*ταπετασμα* — *βαθεοσ* 24,1 24,14 *και αυτοι* — *θεωρειν* 24,37 *Io* 1,29 *ερχομενον* — *ακολουθησαντων αυτω.* 1,41 2,13 *και εγγυσ* — *και* 2,25 21,1 *εφανερωσεν* — *μεστον* 21,11; teste v. cl. Scrivenero in versibus centum Lucae laudatur codex P 216 ies, ex quibus solus est P 14 ies, convenit cum codicibus aliis contra AB 21 ies, cum AB 50 ies, cum B contra A 29 ies, cum A contra B 102 ies.

Codex hic palimpsestus pars est codicis Carolini dicti, olim ut videtur Bobbiensis, Abbaselusianus, Moguntiacensis, Pragensis, empti a duce Brunsvicensi anno 1689. Detexit scripturam veterem Franciscus Antonius Knittelius metropolitanae ecclesiae apud Guelferbytanos archidiaconus. Scripturae recentiori Originum et epistularum sex Isidori Hispalensis inservierunt folia ex tribus codicibus conlecta scilicet duobus Graecorum evangeliorum, P et Q, et tertio loco Ulfilae versionis fragmentis illis pretiosis. Iacobus Fridericus Heusingerus tractavit de palimpsesto evangelico in libello „De quatuor evangeliorum codice Graeco, quem antiqua manu membrana scriptum Guelferbytana bibliotheca servat," Guelferbyti a. 1752. Knittelius ipse scripsit libellum: „Ulphilae versionem Gothicam nonnullorum capitum epistolae Pauli ad Romanos . . . et duo IV. evangeliorum fragmenta Graeca saeculo VI. scripta . . .", Brunsvigae a. 1758 in 4. ff. (7) cum facsimili Ulfilae versionis; eo tempore volebat codices anno 1759 edere. Anno demum 1762 editus est Brunsvigae liber „Ulphilae versionem . . . una cum variae litteraturae monimentis huc usque ineditis eruit commentatus est datque foras F. A. Knittel", continens omnia quae Knittelius legerat in duobus evangeliorum codicibus rescriptis P = codex A, p. 53—100 et Q = codex B, p. 101—118, vide etiam p. 271—315. Tischendorfius autumno anni 1854, legit multa (columnas 17 plane nondum lectas, alias 35 minima ex parte, alias 44 maiore tantum ex parte) quae Knittelium latuerant; immo codicis utriusque quod superest totum legit nisi novem fere dimidiatos versus, qui initio evangeliorum Marci et Lucae rubro olim scripti prorsusque abluti erant. Tinctura chemica usus est ad unam solam litteram. Codicem P ita perfecte erutum publici iuris fecit Tischendorfius in *Monumentis sacris ineditis*, Lipsiae a. 1869, vol. 6, proll. p. XII—XIV.XVI.XVII, text. p. 249—338; facsimile invenitur in vol. 3 (anni 1860) sub finem, tab. II.

Q: Guelferbytanus Weissemburg 64.

saec. V, in 4, membr, rescr, foll. 13, binis columnis et 28 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae, minores autem litteris codicis P, rotundae, spiritibus non accentibus ornantur; litterae initiales vix ceteris maiores sunt; apostrophus usurpatur; punctum simplex plerumque ad mediam litteram adhibetur; errores ex itacismo et formae „Alexandrinae" in codice insunt; compendia usitata adhibentur; Amm; Eus desunt, fortasse minio scripti erasi sunt:

continet *Lc* 4,34 *εα τι — επαναγαγε εισ το βα* 5,4 6,10 *θη η χειρ — κατα* 6,26 12,6 *επιλελησμενον — ο δουλοσ* 12,43 15,14 *εγενετο — ειπεν αυτω* 15,31 17,34 *ταυ . και ο ετεροσ — ιδοντεσ* 18,15 18,34 *και αυτοι — μελλει η βα* 19,11 19,47 *λαου — τι ουν* 20,17 20,34 *οι υιοι — πολλοι γαρ* 21,8 22,27 *σω υμων — και ειπεν* 22,46 23,30 *γειν τοισ ορεσιν — οι γνωστοι* 23,49 *Io* 12,3 *πολυτιμου — εν τη εορτη* 12,20 14,3 *μασ προσ εμαυτον — εμφανιζειν σε* 14,22; teste Scrivenero ad versus centum Lucae laudatur codex Q 182 ies, ex quibus non semel stat Q solus, convenit Q cum codicibus aliis contra AB 19ies, cum AB 50 ies, cum B contra A 38 ies, cum A contra B 75ies.

De codicis historia vide supra ad codicem P. Edidit Tischendorfius codicem Q in *Mon. sac. ined.* Lipsiae a. 1860, vol. 3, proll. p. XXXVI—XXXIX, text. p. 262—290, cum facsimili tab. II.

R: Nitriensis, nunc Londin.[1] mus. Brit. Add. 17211.

saec. VI, in fol, membr, rescr, foll. 48 (53), nunc alt. circa 29.6 cm, lat. 23.5 cm, text. alt. 23 cm, lat. col. 7.5 cm, binis columnis et 25 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae litterarum in codicibus I^7 N P similes sunt etsi exempla uncialis scripturae productae non plane desunt; litterae maiores linearum seriem excedentes paragraphos incipiunt; spiritibus et accentibus carent fragmenta; punctum simplex adhibetur plerumque ad summam litteram adpositum; compendia usitata inveniuntur; capp-tab, Amm (non Eus); mutilus; difficilis lectu praesertim in paginis mollioribus; scriptura nova Syriaca saeculi fere noni crassa et atra est;

continet *Lc* 1,1 [*επ*]*ειδηπερ — ονομα* [*αυτου*] 1,13 1,69 *κερασ — γαλιλαιασ* 2,4 2,16 [*σπευ*]*σαντεσ· και —* 2,27 *του ποι*[*ησαι*] 4,38 [*ηρ*]*ωτησαν — ο σιμων ει*[*πεν*] 5,5 5,25 [*και*] *παρα-*

[1] Fragmentum Tubingense, quod Griesbachio et Scholzio R fuit, Tischendorfio ex evangeliario videbatur esse; cf infra caput VIII, 5, Evrm 294. Codex Neapolitanus qui anno 1849 Tischendorfio R erat, posthac W^b designatus est.

χρημα — αυτοσ δ 6,8 6,18 *[ε]θεραπευον[τ]ο — και καθωσ [θε]* 6,31. 32.34.35.36.37.38 — 40 6,49 *[ευ]θεωσ συνεπεσεν· — καθαριζονται·* 7,22 7,44.46.47.50 8,1.2.3 8,5 *[τον] σπορον — κατεχουσ[ιν και]* 8,15 8,25 *οτι και τοισ — εξουσιαν επι* 9,1 9,12 *οχλον — εξεπλησ-[σοντο]* 9,43 10,3 *[αρ]νασ — εμου ακο[υει]* 10,16 11,4 *[πα]νηρου· — και μασ[τοι]* 11,27 12,4 *και μετα* — 12,15 12,40 *[οτ]ι η ωρα — πεν[τε εν]* 12,52 13,26 *σθαι λεγίν — τω ελθ* 14,1 14,12 *αυτοι — τελωναι και οι* 15,1 15,13 *[τερ]οσ ϋϊοσ — πασ εισ* 16,16 17,21 *[γα]ρ η βασιλια — ο ετεροσ* 18,10 18,22 *ετι εν — [δι]καιουσ [ειναι]* 20,20 20,33 *αυτων — λημψ[ονται]* 20,47 21,12 *[λι]σ και ηγεμο[ν]ασ·* — (22,4.5.) — *παραδουναι* 22,6 22,8 *πορευθεντεσ — αυτουσ επιθυ* 22,15 22,42 *[π]ερ̄ ει βουλη — καθημεν[ον]* 22,56 22,71 *[δ]ε ειπαν — επεμψ* 23,11 23,38 *γραμμασιν — ουτοσ ουκ ην* 23,51; textus bonae est notae praebetque multas lectiones Prae-Syriacas (cf supra, p. 198—201).

Saeculo ut videtur sexto exaratus est codex et haec eius fragmenta saeculo nono vel decimo adhibita sunt in codicem qui scripta Syriaca Severi Antiocheni continet componendum. Anno fere 1847 ex monasterio Nitriensi Coptico s. Mariae Deiparae (septuaginta milia passuum ad septentriones et ad occidentem ab urbe Caïra abest), translatus est codex Severi cum codicibus 550 in bibliothecam musei Britannici, ubi Guilelmus Curetonus sub Severi scriptis 4000 versuum Homeri Iliadis detexit eosque edidit a. 1851. Lucae fragmenta quae primum Curetonus edere voluit, eruerunt denique atque transcripserunt Tregellesius anno 1854, Tischendorfius anno 1855. Scripsit hic: „Investigandi labor haud exiguus erat, praesertim caelo plerumque nubilo; neque ferebant leges Musei Britannici ut ullo loco evanidae litterae restaurarentur chemicis. Nihilominus contigit ut, exceptis paucis capitis 22 versibus, tantum non omnia legerem, nec nisi raro de vera codicis lectione aliqua dubitatio maneret." Edidit Tischendorfius fragmenta[1] in libro, *Mon. sacr. ined.* vol. 2, Lipsiae a. 1857,

[1] Tregellesius, *Horne's Introd.* ed. 11, Lond. a. 1863, p. 764, reprehendit nonnulla in codicis R editione Tischendorfiana. Ex his correxit Tischendorfius, in hac editione *N. T. Gr.* octava, diserte

proll. p. xiv—xxii, text p. 1—92, facs. 1.[1] Anno 1865 adiit Tischendorfius codicem iterum ut locos conferret quibus Tregellesius aliter atque ipse legerat, quo tempore contulit etiam folia tria dimidia (foll. 2.11.14) quae detexerat v. cl. Guilelmus Wrightius[2] nova nonnulla ex capitibus 6.7.8 continentia. Anno 1883 folia nova tria dimidia exscripsi.

S: Vaticanus 354.

saec. X, in fol, membr, foll. 234, binis columnis et 27 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae oblongae minus elegantes spiritibus atque accentibus ornatae continue scriptae sunt; litterae aliis maiores linearum seriem excedentes paragraphorum initia indicant; punctum simplex et crux ut videtur adhibentur; Carp, Eus-tab, prol, Amm, Eus, *στιχ*, mus:

continet evangelia; textus formae posterioris est (cf supra, p. 197.201); insunt correctiones et adnotationes in margine a manu alia antiqua cf Mt 27,16.17; loci Lc 22,43.44 Io 5,4 7,53—8,11 obelis ut videtur a manu prima designati sunt.

Anno 949 scriptus est codex hic, paene eorum vetustissimus qui annum adscriptum habent: *ἐγράφει ἡ τιμία δέλτος αὕτη, διὰ χειρὸς ἐμοῦ Μιχαὴλ μοναχοῦ ἁμαρτωλοῦ μηνὶ μαρτίῳ, α. ἡμέρᾳ ε. ὥρᾳ ς. ἔτους ϛνῃ. ἰνδικτίωνος ζ.* Blanchinus[3] descripsit; Birchius[4] codicem bis contulit multa tamen neglexit quae hodie desiderantur in conlationibus. Tischendorfius codicem percurrit anno 1843 et adnotationem ad

Lc 5,36 8,5 10,7 11,17 12,48 15,14 18,7 19,4.48 20,42, et silentio Lc 1,77 8,29 11,12. Locis Lc 11,15 12,49 18,10 retinuit Tischendorfius lectionem suam etsi locis duobus primis non sine dubitatione; cf apparatum eius ad hos locos.

[1] Facsimilia invenies etiam apud Westcottum, *Smith's Dictionary of the Bible*, sub voce *New Testament*, tab. i, num. 3, et apud Scrivenerum, *Introd.* ed. 3, tab. vi, num. 17.

[2] Wright, *Journal of sacred literature*, Londinii a. 1864, nov. ser. vol. 3, p. 466.

[3] Bianchini, *Evang. quadr.* Romae a. 1749, pars 1, vol. 2, p. div, et facs. ante p. cdxciii; cf. p. dlxxi.dlxxii.

[4] Birch, *Quatuor evangelia Graece*, Havniae a. 1788, p. iii. iv, et facs., et *Variae lectt. ad textum IV. evv.* Havniae a. 1801, p. iv. v, et facs.

Mt 27,17 transcripsit[1] et facsimile delineavit; teste Tischendorfio fuit Blanchini facsimile nimis elegans, Birchii non satis elegans. Tregellesius codicem perlustravit. Tischendorfius anno 1866 codicem accuratius excussit, Birchii conlationem auxit et correxit.

T^a: Romae collegii de propaganda fide, olim Borgianus 1. saec. V, in 4, membr, foll. 17, binis columnis in singulis paginis; litterae unciales nonnunquam spiritibus ornatae litteris in laeva pagina Sahidicis similes sunt ut videatur codex a Copto exaratus esse; punctum simplex adhibetur:

continet *Lc* 22,20 *εκχυνομενον — απολυσαι τον* 23,20 *Io* 6,28 *[ειπον ουν π]ρος — θελετε υπαγειν* 6,67 7,6 *ουπω παρεστιν — μαθηται μου εστε* 8,31 Graece et Sahidice sed Sahidica desunt Io 6,59—67 8,23^b — 31; est optimae notae.

Saeculo quinto ut videtur exaratus, fuit codex olim in museo Velitrano praesulis Stephani Borgiae, collegio Urbano de propaganda fide a secretis, hodie in collegii bibliotheca inest. Augustinus Antonius Georgius (*vernac.* Giorgi) fragmenta Io 6,28—67 7,6—8,31 edidit: *Fragmentum evangelii s. Iohannis Graecum Copto-Thebaicum saeculi IV* etc, Romae a. 1789 cum facsimili. Fragmenta haec contulit Birchius. Tischendorfius ea perlustravit atque facsimile confecit. Scribae errores, ut *βαβουσα* pro *λαβουσα*, *ων λαβων* pro *ον λαβων*, *δεκαι* pro *δεκα και* Lc 13,16 sqq., pariter atque similes in Borgianis scriptorem Coptum fuisse probant. Tregellesius communicavit cum v. cl. Bradleio H. Alfordo notitiam quam ex Zoegae libro[2] hauserat, et Romae repperit atque contulit Bradleius Alfordus Lc 22,20—23,20 in Borgiano codice; lectiones primus adhibuit v. cl. Henricus Alfordus in editione quarta sua *N. T. Gr.* anno 1859. Tischendorfius anno 1866 Borgiana contulit, nova transcripsit.

[1] Hanc edidit in actis *Jahrbücher der Literatur*, Vindobonae a. 1847, vol. 117, p. 7.

[2] Zoega, *Catalogus codicum Copticorum mss. qui in museo Borgiano Velitris adservantur*, Romae a. 1810.

T^b: Petropolitanus Muralti 10
saec. VI, in 8, membr, foll. 6, binis columnis et 25 lineis; litterae unciales litterarum in fragmentis Borgianis similes; $\bar{\iota}$ et $\bar{\upsilon}$ scribuntur; littera maior litterarum seriem excedens paragraphis praefigitur; spatia in textu pro punctis adhibentur; compendia usitata adhibentur; harmonia in ima pagina inest (cf. supra, p. 144):
continet *Io* 1,25—42 2,9—4,14 4,34—50; multa abscissa sunt. Tischendorfius fragmenta invenit.

T^c: Porfirianus Chiovensis.
saec. VI, in?, membr, binis columnis et 34 lineis; litterae initiales maiores; ϊ et ϋ; compendia; punctum unum; harmonia in ima pagina; fragmenta cum T^a et T^b cognata:
continet *Mt* 14,19 *και τους δυο ιχθυας — γυναικων* 21.22 *εις το πλοιον — φοβισθαι* 27.31 *την χειρα — τοπου απεστειλαν* 34 15,2 *[μα]θηται — θανατω τελευ.* 4.5 *[μη]τρι — τιμα* 8; textus est optimae notae. Porfirius episcopus fragmenta in oriente invenit, et secum in Russiam transtulit.

T^d: Romae Borgianus II.
saec. VII, membr, est ex evangeliario Sahidico Graeco:
continet *Mt* 16,13—20 *Mc* 1,3—8 12,35—37 *Io* 19,23—27 20,30—31; nonnulla priorum locorum in capite XII, addendis et emendandis, insunt. Tischendorfius haec fragmenta inter codices Borgianos Romae anno 1866 invenit.

T^e: Cantabrigiensis, bibliothecae universitatis Add. 1875.
saec. fortasse VI, in fol, membr, binis columnis (quarum una ut videtur Thebaica fuit) in singulis paginis; ex evangeliario:
continet *Mt* 3,13—16.
Ex Aegypto superiore a v. cl. G. I. Chestero Cantabrigiam translatus. Lectiones quattuor exhibet v. cl. Hortius in addendis et corrigendis Novi Testamenti Graece Tregellesii (cf supra, p. 270), p. 1070^b. Exscripsi mense ianuario a. 1883.

T^f: Horneri, vide infra, p. 439.

T^{woi}: Woidii, vide infra, p. 439.
codicis T^a prorsus similia arbitrati sunt Tischendorfius et Tregellesius haec fragmenta eiusdem codicis fuisse, sed v. cl. Iosephus Barber Lightfootus,[1] episcopus Dunelmensis, ex paginarum numeris Copticis et ex lineis nonnullis utrique codici communibus demonstravit ea alius fuisse codicis:

[1] Scrivener, *Intr.*^{3}, p. 395.

continet *Lc* 12,15 *ειπεν δε — αυτοισ πο* 13,32 *Io* 8,33 *απεκριθησαν — γαρ εκ του* 42.

Haec folia accepit Woidius ex Aegypto. Transcripsit Fordius in Woidii appendice codicis Alexandrini (cf supra, p. 357), p. 52—62.83, vide p. [24] fragm. 5 et 7. Tregellesius Lc 12,15—13,32 primus adhibuit. Tischendorfius haec et Io 8,33—44 excerpsit. Vidi anno 1883.

U: Venetus Marcianus I, VIII, olim Nanianus.

saec. IX vel X, in 4, membr, foll. 491, binis columnis et 21 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae plerumque rotundae spiritibus et accentibus ornatae continue scriptae sunt; litterae maiores paragraphis praefiguntur; teste Tischendorfio est codex „curate eleganterque passim etiam luxuriose" scriptus; Carp, Eus-tab, titl (?), Amm, Eus, pict:

continet evangelia integra; textus plane Constantinopolitanus est.

Olim in bibliotheca Naniana[1] contulit codicem Muenterus in usum Birchii,[2] deinde Scholzius codicem perlustravit, Tischendorfius autumno anni 1843 totum cum editione sua N. T. Gr. prima a. 1841 contulit, anno 1846 contulit Tregellesius, anno 1850 Lipsiae conlationes suam et Tischendorfianam inter se comparavit.

V: Moscuensis s. synodi 399. fol. 164.

saec. IX, in 8, membr, foll. 220 (Matthaeius dicit 225) sed nonnisi folia 1—179 litteris uncialibus scripta sunt; alia addidit litteris minusculis manus saeculi fere decimi tertii; litterae minutae elegantes spiritibus et accentibus ornatae sunt; interpungitur puncto unico ad summam litteram apposito ut videtur; Carp, Eus-tab, capp-tab, Amm, Eus, lect, mut:

continet evangelia usque ad *ουπω γαρ ην Io* 7,39 ubi incipit manus recentior; desunt *Mt* 5,44 *και προσευχεσθε — οφειλεταισ ημων* 6,12 9,18 *την και ζησεται — μαθητασ αυτου* 10,1 22,44 *ειπεν — εκχυνομενον επι* 23,35 *Io* 21,10 *ο ιησουσ· ενεγκατε — βιβλια* 21,25; inest Hippolyti Thebani chronologiae fragmentum, quod incipit *ιακωβοσ γενομενοσ επισκοποσ.*

[1] Mingarelli, *Graeci codices manuscripti apud Nanianos*, Bononiae a. 1784, p. 1.

[2] Birch, *Quatuor Evv. Gr.* Havniae a. 1788, p. lvi.lvii; *Variae lectt. ad textum IV evangg.* Hauniae a. 1801, p. lxv.

Olim monasterii Batopedii in monte Atho, translatus est codex Moscuam cum multis aliis codicibus anno 1655 a monacho Arsenio Suchanoffio. Catalogo suo inseruit eum Athanasius Schiada[1] Cephalenus; consuluit G. B. Bülfingerus in usum editionis N. T. Leusdeniani quam edidit Frid. Christ. Grossius;[2] Christianus Fridericus Matthaeius (cum siglo V) bis contulit[3] diligentissime anno 1779 et 1783 quo ultimo anno defuerunt Mt 22,44 — 23,35 et Io 21,10 — 25 quae antea viderat Matthaeius. Tischendorfius usus est libro Matthaei. Vidit Tischendorfius codicem anno 1868.

W^{a}: Parisiensis bibliothecae nationalis 314.

saec. VIII, in fol, membr, folia 2 (foll. 179 et 180; sunt in codice folia 190 Evrm 88) alt. 25.5 cm, lat. 18 cm, coll. 2, ll. 23, litterae unciales praebent ut in δ et ϑ formas oblongas minus veteres; spiritus et accentus non ubique sed tamen plerumque positi sunt; punctum simplex sine triplici distinctione adhibetur; litterae initiales rubrae maiores litterarum seriem excedunt; compendia usitata insunt; capp, titl, Amm, Eus, lect, mus rubr:

continet *Lc* 9,35 *ακουετε — εαυτω* 9,47 10,12 *[σοδο]μοισ — βουλεται ο* $\overline{\text{νσ}}$ 10,22 ; textus ad Lc 10,12—22 discedit quindecies ab Elzeviriano.

Folia haec, a Scholzio reperta et conlata,[4] accuratius Tischendorfius edidit in *Monumentis sacris ineditis*, Lipsiae a. 1846, proll. § 5, p. 13.14, text. p. 51—56, facsimile tab. III, num. 6. Vidi Augusto a. 1883.

W^{b}: Neapolitanus Borbonicus II. C. 15. (LXXIX.)

saec. VIII vel IX, in fol, membr, reser, foll. 14 (est typicum sive liber ecclesiae Graecae ritualis saeculi XIV, folia habens 79, ex

[1] Schiada, *Catalogus codd. mss. Graec. ss. Synodi;* Moscuae a. 1723 in 4, et Lipsiae a. 1724 in 8.

[2] Bengel, *N. T. Gr.* Tubingae a. 1734, p. 376.377 (est *Appar. crit.* vel *Intr. in crisin N. T.* pars 1, § 7).

[3] Matthaei, *Thess-Tim*, Rigae a. 1785, p. 265—271, et facsimile sub initium voluminis *Apoc*, Rigae a. 1785; facsimile praebet etiam Sabas, *Specimina palaeographica*, Moscuae a. 1863, p. 4, num. II.

[4] Scholz, *Biblisch-kritische Reise*, Lipsiae et Soraviae a. 1823, p. 26.

quibus 14 extrema rescripta sunt), binis columnis et 25 lineis in singulis paginis; litterae unciales oblongae et ad dextram deflexae sunt; indolis eiusdem est atque codex W^{a} unde Tischendorfius haec ab eodem libro esse arbitratus est; Amm (Eus elutae sunt), lect:

continet *Mt* 19,14—28 20,23—21,2 26,52—27,1 *Mc* 13,21—14,67 *Lc* 3,1—4,20; textus bonae est notae.

Salvator Cirillus, auctor catalogi librorum Graecorum manuscriptorum, scripturam antiquam detexit sed pro fragmento officii Graeci habuit. Tischendorfius mense iulio anni 1843 adhibitis chemicis paginam unam Mc 14,32—39 continentem legit, et hanc in libro *Jahrbücher der Literatur*, Vindobonae a. 1847, num. 117, p. 8 sq. edidit. Ang. Ant. Scottius disseruit de codice in actis: *Memorie della reg. accad. Ercolanense di archeologia*, Neapoli a. 1852, vol. 4, pars 1. Tischendorfius anno 1866 omnia legit.

W^{c}. Sangallensis ex codice 18 et ex codice 45.

saec. IX, in 4, membr, rescr, folia tria sunt fortasse nihil nisi tria foliorum dimidia, columna Latina abscissa; partim deleta tantum scriptura, partim bis scripta; litterae unciales similes sunt litterarum in codicibus Δ^{evv} F^{paul} G^{paul}; linea illa spiritus lenis similis etiam his foliis inest, ut *ίνδαιασ*:

continet *Mc* 2,8 *ο ειπεν αυτοισ — τελωνων* pr 2,16 *Lc* 1,20 *[δυναμε]νοσ — τεξη* 1,31 *(υιοσ υ* 32) 1,64 *και ελαλει — κατευθυναι τουσ* 1,79; multa exciderunt vel legi non possunt; olim ut videtur etiam columna Latina ad Graecam adposita, et folio ultimo legit Tischendorfius ad Lc 1,71, fere haec: *salutem ex inimicis nris.*

Ildefonsus ab Arx (mortuus a. 1833) bibliothecae Sanctigallensis praefectus folia haec tria animadvertit, duo in codice (Haen. 18) Psalterium glossatum saeculi duodecimi continente, unum in prophetarum codice (Haen. 45) saeculi noni, cuius ad supplendum primum folium deperditum saeculo decimo tertio adhibitum est. Haenelius[1] usus est notis manuscriptis Ildefonsi itemque ut videtur Tischendorfius qui edidit omnia quae legere potuit in *Monumentis sacris ineditis*, Lipsiae a. 1860, vol. 3, proll. III, p. XXXIX.XL. text. p. 291—298, facsimile tab. II, num. 3.

[1] Haenel, *Catalogi librorum manuscriptorum* etc. Lipsiae a. 1830, p. 668.669, cf. 666.

W^{d}: Cantabrigiensis collegii Trinitatis B. VIII. 5.

saec. IX, in 4, membr, frustula 30 ex foliis quattuor, alt. 22 cm, lat. 17 cm; singulis columnis et 24 lineis in singulis paginis; litterae magnae ad dextram inclinatae spiritibus et accentibus ornatae sunt atque notis sive signis musicis rubro; litterae paragraphorum initiales litterarum seriem excedentes insunt; tituli rubro; Amm, non habet Eus sed unaquaeque pagina praebet in margine inferiore tabulam harmonicam ut exempli gratia haec ex folio 5 verso, Mc 8,11 seqq.:

$\overset{\rho}{\text{M}}$	$\underset{\circ}{\Lambda}$	$\ddot{\text{I}}$	$\overset{\tau}{\text{M}}$
OH			$\rho\xi\gamma$
OΘ	$\rho\mu\vartheta$		$\rho\xi\delta$
Π			$\rho\xi\varepsilon$

de quo vide supra, p. 144; capita quae exhibet non usitata sunt, ut 21 ad Mc 8,1, 24 ad Mc 8,13 cf capp Latt ut in codice Amiatino:

continet nonnulla ex *Mc* 7,3.4. 6—8, pleraque 7,30 *δαιμόνιον — αρτους* 8,16, nonnulla ex 9,2.7—9; exciderunt litterae multae; textus nulli plane similis Occidentalem habet colorem.

Detecta sunt folia mense ianuario anni 1857 in tegumento voluminis olim in monte Atho operum Gregorii Nazianzeni; nunc tabulis vitreis inclusa sunt fragmenta. V. cl. Scrivenerus, qui codicem publici iuris facturus erat, iam anno 1864 amicissime cum Tischendorfio codicis apographum communicavit in usum huius editionis. V. cl. B. F. Westcottus, *Canon* (ut supra, p. 131, adn. 1), p. 177.178, edidit Mc 7,31 — 37. Vidi fragmenta anno 1883.

W^{e}: { in Atho monte, in monasterio s. Dionysii / Oxonii collegii aedis Christi, Wakii Gr. MS. 2.

saec. IX, in fol, membr, foll. 10 (7 Ath 3 Oxon); eiusdem indolis atque codex O (cf supra, p. 384):

continet *Io* 2,17—3,8 (Ath) et 4,9—14 (Oxon); similis est codicis O et commentario instructus est, ad quem commentarium numeri $\lambda\delta'$—$\lambda\vartheta'$ in margine singulis versibus praepositi spectant.

Oxoniensia, anno 1863 a v. cl. Henrico Bradshawio detecta, Tischendorfio monstrata sunt anno 1865 a v. cl. Georgio Guilelmo Kitchinio. In Atho contulit v. cl. P. E. Pusey in usum Alfordii pro N. T. eius editione quarta a. 1859. Oxoniensia vidi anno 1883.

W^{f}: Oxoniensis aedis Christi Wakii 37 (codex Act 192). saec. IX, in 4, membr, fol. 1 (est fol. 237), partim rescr, alt. 20.8 cm, lat. 14.5 cm, coll. 2, ll. 30 (33), litt. 14—18 in lin; litterae maiores columnarum seriem excedunt; ornantur verba spiritibus atque accentibus; ï et ÿ inveniuntur; compendia usitata adhibentur; mut:

continet *Mc* 5,16 *το δε αυτοισ οι — θαλασσ[αν]* 21.22 *ονο-ματι — αψωμαι [σ]ωθη* 28.29 *και εγνω — λαλουντοσ* 35.35 *σου απεθανεν — το παιδιον* 40; textus non boni notae est.

V. cl. Georgius Guilelmus Kitchinius[1] folium re-scriptum esse notavit. V. cl. A. A. Vansittartus legit.[2] Exscripsi anno 1883.

W^{g}: Londin. mus. Brit.; vide infra, p. 439.

W^{h}: Oxon. Bodl.; vide infra, p. 440

X: Monacensis bibliothecae universitatis 30 fol. olim $\frac{1}{2}\frac{1}{6}$. saec. IX exeuntis vel X, in fol, membr, foll. 160, alt. 38 cm, lat. 25 cm; coll. 2, ll. 45 litterae unciales parvae spiritibus et accentibus ornatae sunt; ï et ÿ scribuntur in initio verborum; punctum simplex adhibetur:

continet *Mt* 5,45 (in commentario) 6,(3—5)6—8.11 (huc usque ani-madvertit primus editorum fragmenta Tregellesius nisi et fortasse Schol-zius) 7,1 *μη κριν. — οπισθεν* 9,20 9,34 *τι των — η σοι* 11,24 12,9 *και μεταβασ — βασ. αυτου* 16,28 17,14 *και ελθοντων — εκελευσεν αυ* 18,25 19,22 *ακουσασ — ληστων* 21,13 21,28 *τι δε — απηλθον* 22,22 23,27 *ακαθαρσιασ — καταλυθησεται* 24,2 24,23 *τοτε — παρελθωσιν* 24,35 25,1 *τοτε — οδοντων* 25,30 26,69 *ο δε πετρ — ουδεν α* 27,2 *Mc* 6,47—16,20 (sed 14,61—64 14,72—15,4 15,33—16,6 periit nonnihil litterarum verborumque, atque deest 16,6 *θη ουκ εστιν — γαρ αυτασ* 16,8) *Lc* 1,1 *επειδηπερ — αδυνατησει* 1,37 2,19 *η δε — θεου* 3,38 4,21 *ηρξατο — ουτωσ* 10,37 11,1 *και εγενετο — θεω* 18,43 20,46 *πρωτοκλησιασ — θεον* 24,53 *Io* 1,1 *εν — ο ιησουσ* 2,22 (2,22—7,1 supplevit manus saeculi fere duodecimi) 7,1 *και μετα — διεζωσμενοσ* 13,5 13,20 *αμην — δωρεαν* 15,25 16,23 *εν εκεινη — βιβλια* 20,25 ; ordo est Io Lc Mc Mt etsi folia duo Matthaei Iohannem

[1] Kitchin, *Catalogus codicum mss. qui in bibliotheca Aedis Christi apud Oxonienses adservantur*, Oxonii a. 1867, p. 21a.

[2] Vansittart, *Journal of philology*, Lond. et Cantabr. a. 1869, vol. 2, p. 241, adn. 1.

praecedunt, sed auctore Scholzio confusa sunt omnia a bibliopego; textui passim interiecti sunt complurium patrum in primis Chrysostomi et Titi commentarii, scripti hi quidem minutis litteris, sed eiusmodi quae teste Tischendorfio conveniant cum codice dialogorum Platonis Oxoniensi scripto anno 895.

„Gerardus Vossius (1577—1649) ad publicandum patribus societatis Jesu communicavit et per R. P. Georg. Boderum Roma misit", ut videtur, Ingolstadium; Landishutum translatus est anno 1803, Monachium anno 1827. Anno iam 1796 edidit in *N. T. Gr.* suo Griesbachius lectiones nonnullas ex Lc et Io, quas Dobrowskius conlegerat ex hoc codice et cum Griesbachio communicaverat. Scholzius contulit; item partem veterem Tischendorfius hieme anni 1844, Tregellesius anno 1846, quorum uterque inter se schedas contulerunt; praeterea nonnullis locis curavit Tischendorfius codicem ab amico denuo examinandum. V. cl. Burgonius perlustravit codicem anno 1872. Scrivenerus exhibet facsimile.[1]

Y: Romanus Barberinus 225.

saec. VIII, in fol, membr, folia sex, (praefixa sunt codici minusculo evangeliorum 392, vide infra, VIII, 1,); litterae unciales raro accentus eosque neglegenter positos habent et interdum carent spiritibus; punctum simplex duplex triplex quadruplex adhibetur, similisque est interpunctio interpunctionis codicis Θ^a nisi quod Θ^a quattuor punctorum signum non habet; formae „Alexandrinae" ut Io 16,14 *λημψεται* Io 16,24 *λημψεσθε* insunt; Amm, non Eus; manus recentior deformavit scripturam veterem simplicem atramento recenti fusco sordido:

continet *Io* 16,3 *γνωσαν τον* $\overline{\pi\rho\alpha}$ — *εν τω κηπω* 19,41; textus bonae notae est.

Scholzius[2] primus codicem contulit, neque vero satis accurate descripsit. Tischendorfius anno 1843 principe

[1] Scrivener, *A plain introduction* etc. ed. 3, Cantabrigiae a. 1883, tab. XIII, num. 38.

[2] Scholz, *Biblisch-kritische Reise*, Lipsiae et Soraviae, a. 1823, p. 108.

Barberino examen codicum suorum vix concedente, per paucas dierum duorum horas quod superest exscripsit ediditque in *Monumentis sacris ineditis*, Lipsiae a. 1846, proll. §. 4, p. 13, et text. p. 37—50, (quo loco Io 16,20 legendum est *εισ χαραν* pro *εισ χαρα*), et facsimile tab. III, num. 5.

Z: Dublinensis collegii Trinitatis K. 3.4.

saec. VI, in 4, membr, rescr, foll. 32, olim alt. circ. 27 cm, lat. 20 cm, textus alt. 16 cm, lat. 13 cm, singulis columnis et 20—23 lineis in singulis paginis; membrana tenuis olim ut videtur purpurea erat; litterae unciales magnae simplices spiritibus vel accentibus non ornatae continue scriptae sunt; apostrophus invenitur; punctum simplex usurpatur; ϊ et ϋ , ῦ scribuntur; insunt errores nonnulli ex itacismo, permutatis *αι* et *ε*, *ι* et *ει*; cum nova paragrapho incipit linea nova signata littera initiali maiore quae litterarum seriem excedit; compendia usitata adhibentur; signum > indicat verba ex Vetere Testamento hausta; capp, titl, Amm:

continet *Mt* 1,17 *[πασα]ι ουν — [τ]ον* $\overline{\text{ιηλ}}$ 2,6 2,13 *και την* $\overline{\text{μρα}}$ *— παιδιον και τ*$\overline{\text{η}}$ 2,20 4,4 *ο δε αποκρι[θεισ] — καφαρναουμ* 4,13 5,45 *[ουρ]ανοισ οτι — αφητε τοισ* 6,15 7,16 *[ακαν]θων σταφυλ — [δ]ειπνω βασαν* 8,6 10,40 *[αποστει]λαντα με — μητε πηρ*$\overline{\text{ω}}$ 11,18 12,43 *οταν δε το — μυστηρια τησ βασι* 13,11 13,57 *[εσκαν]δαλιζοντο — και εκέλευ* 14,19 15,13 *ο δε αποκριθεισ — προσελθοντεσ οι μαθ* 15,23 17,9 *κ[αι] κα[ταβαινοντων] — μοι αυτον ωδε* 17,17 17,26 *αραγε ελευθε[ροι] — θαλασσησ* 18,6 19,4 *οτι ο ποιησ[ασ] — ευνουχοι οιτι[νεσ]* sec 19,12 19,21 *πωλησον — κρινοντεσ* 19,28 20,7 *[αμπε]λωνα μου — [εστρω]ννυον εν* 21,8 21,23 *αυτω διδασκον[τι] — αποκριθεισ ειπεν* 21,30 21,37 *υστερον δε — οι αρχιερ[εισ]* 21,45 22,16 *αληθησ ει — ο πρωτοσ* 22,25 22,37 $\overline{\text{κν}}$ *τον* $\overline{\text{θν}}$ *σου — ποιειτε λεγουσιν* 23,3 23,13 $\overline{\text{υμεισ}}$ *γαρ ουκ — ϋμιν γραμματεισ* 23,23 24,15 *[βδε-] λυγμα — προειρηκα υμιν* 24,25 25,1 *[αυ]των εξηλθον — ανοιξον η[μιν]* 25,11 26,21 *εξ υμων — καινον μεθ' υμω[ν]* 26,29 26,62 *μαρτυρουσιν — λεγει αυτοισ εκει* 26,71 ; desunt autem multae litterae verbaque multa a bibliopego abscissa ; textus est optimae notae et facit cum ℵ et B et D, praesertim cum ℵ; insunt in codice folia alia rescripta octo saeculi sexti ex Iesaia Graece, undetriginta saeculi noni ex Gregorio Nazianzeno ; scriptione nova saeculi fortasse undecimi eclogae ex operibus patrum variorum continentur.

Litteras veteres detexit anno 1787 Johannes Barrettus qui fragmenta Matthaei edidit in libro, *Evangelium secundum Matthaeum ex codice rescripto collegii ss. Trinitatis iuxta Dublinium*, Dublinii a. 1801, sed parum recte confecta sunt facsimilia quae Barrettus exhibet, neque carebat ipse textus erroribus. Anno 1853 mensibus octobri et novembri restauravit Tregellesius[1] chemicis litteras quae evanuerant invenitque pauca quae Barrettum latuerant. Haec notavit in exemplario Toddiano editionis Barretti, et Toddius collegii Trinitatis bibliothecarius, qui ipse posthac novam editionem facere voluit, nonnulla cum Tischendorfio communicavit editionem N. T. Gr. septimam edente. Tregellesius edidit nova quae invenerat in libro, *The Dublin codex rescriptus, a supplement*, etc., Londinii a. 1863 paginis octo.[2] Denique mense maio anni 1880 publici iuris factus est liber, *Par palimpsestorum Dublinensium. The codex rescriptus Dublinensis of St. Matthew's gospel (Z). . . . a new edition revised and augmented*, Londinii a. 1880, a v. cl. T. K. Abbotto, socio collegii Trinitatis professoreque in universitate Dublinensi. Dolendum est quod facsimilia ista etsi purgata erroribus iterum eduntur; addidit attamen v. cl. Abbottus signa et litteras plus quam quadringentas quae Tregellesium effugerant. Praeterea insunt in libro fragmenta ex Iesaia atque folium Dublinense codicis Latini Palatini. Facsimilia tria omni numero perfecta scripturarum indolem exhibent. Vidi a. 1883.

Γ: { Oxoniensis Bodleianus Auct. T. infra II. 2.
{ Petropolitanus Caesareus Muralti XXXIII.

saec. IX vel X, in 4, membr, foll. 257 (Oxon 158, Petrop 99), singulis columnis et 24 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae continue scriptae ad laevam inclinatae spiritibus et accen-

[1] Tregelles, *An account of the printed text of the Greek N. T.*, Londinii a. 1854, p. 166—169.

[2] Cf Tregellesium, *Journal of sacred literature and biblical record*, series nova, vol. 2, a. 1863, p. 299—304, et E. H. Hansellium (ut supra, p. 358) in appendice.

tibus ornatae sunt, quibus signis manus recens alia neglegenter addidit; crux rubra pro puncto usurpatur; compendia usitata adhibentur; nulli errores ex itacismo; habitus scripturaque quales codicis K; capp-tab, titl, Amm, Eus, lect, mus:

continet evangelia ; desunt *Mt* 5,32 — *οταν δε νη* 6,16 6,29 *των*[30] *ει δε — λογουσ του* 7,26 8,27 *τεσ ποταποσ* — 9,6 21,19 *εισ τον αιωνα — επτα αδελφοι* 22,25 *Mc* 3,34 *κλω τουσ — εν καιρου* 6,20

Oxonii sunt: Mt 6,16—29 7,26—8,27 12,18—14,15 20,25—21,19 22,25—23,13
Mc 1,1—3,34 6,21—16,20
Lc integer
Io 6,14—8,3 15,24—19,6

Petropoli sunt: Mt 1,1—5,31 9,6—12,18 14,15—20,25 23,13—28,20
Io 1,1—6,13 8,3—15,24 19,6—21,25;

folia decem extrema Lucae quamvis madore male affecta plene legit Tischendorfius; textus eiusdem fere indolis est atque textus codicum EFGHKMSUV, saepius autem his consentit cum codicibus antiquioribus et tuetur locis nonnullis lectiones proprias.

Ex subscriptione sub finem evangelii Iohannis: *ἐτελειώθη ἡ δέλτοσ αὕτη μηνὶ νοεμβρίῳ* $\overline{κζ}$ *ἰνδ.* $\overline{η}$: *ἡμέρα* $\overline{ε}$: *ὥρα* $\overline{β}$ ∴ conlegit Tischendorfius codicem anno 844 exaratum esse, quo solo octavae indictionis anno inter annos 800 et 950 incidit dies Iovis in diem 27 mensis novembris;[1] esse vero saeculi decimi v. cl. Gardthausenius pro certo affirmat, fortasse anno 979 exaratum credit.[2] Nactus est codicem Tischendorfius in monasterio orientali, partem Oxoniensem anno 1853 (bibliothecae Bodleianae anno 1855 venum datam), Petropolitanam anno 1859. Totum contulit Tischendorfius, partem Oxoniensem etiam Tregellesius. Vide Tischendorfium, *Anecdota*, Lipsiae a. 1855, p. 5.6 cum facs. tab. I, num. IV, et *Notitia*, Lipsiae a. 1860, p. 53, num. 8. Oxoniensia vidi anno 1883.

[1] Vide Antonium Pilgramium, *Calendarium chronologicum medii potissimum aevi monumentis accommodatum*, Viennae a. 1781, p. vii. 11. 105.

[2] Gardthausen, *Griechische Palaeogr.* Lipsiae a. 1879, p. 159.344.

Δ: Sangallensis 48 Graeco-Latinus interlinearis.

saec. IX exeuntis (X Pal. soc.), in 4, membr, foll. 197, alt. 22.8 cm, lat. 18.5 cm, textus alt. circa 17 vel 18 cm, lat. circa 12 vel 13 cm; singulis columnis et 17—28 lineis in singulis paginis; Rettigius posuit codicem a manibus variis scriptum esse, nihil attamen obstat quin a manu unica exaratus sit, ea scilicet quae G^paul scripserit; litterae unciales Graecae crassae et inelegantes sunt, Latinae minusculae; Graecae spiritibus (Mc 3,20 apud Rettigium ὁ) vel accentibus non ornatae habent tamen nonnunquam ad vocalem initialem in primis ubi asper adhibendus erat lineam suprapositam *ίνα ίδου ίδων* ; *ί ϊ ἰ ύ ϋ ὐ* ita saepe ; signum ⌃ hic illic vocali additur; post verba singula Graeca saepe adhibitum est punctum simplex ut in G^paul, vide supra, p. 112; signum ⋗ ⋗ ⋗ implet spatia vacua, vide supra ad ℵ, p. 345; litterae maiores in mediis lineis ut apud G^paul docent codicem ex codice stichis exarato exscriptum esse, vide infra, p. 426; verba saepe male divisa sunt; litterae N et Π, Z et Ξ, T et Θ, P et littera R Latina, aliae passim confusae sunt a scriba magis Latinis quam Graecis litteris adsueto; litterae maiores coloribus variis turpantur; Hieronymi epistula ad Damasum, Eus-tab, capp-tab, titl, Amm, Eus, tituli litteris magnis textui saepe insunt:

continet evangelia Graece et Latine; deest *Io* 19,17 *σταυρον — οιδεν* 19,35 ; notae margini adscriptae Godeschalcium (mortuum a. 866) et seriore manu Aganonem (mortuum a. 941) nominant; Marcus textum codicibus ˋ CL propiorum Mt Lc Io habet, in quibus lectiones coloris antiquioris rarissime supersunt; textus Latinus versionis saltem plerumque Vulgatae est, passim autem ita ad Graeca conformatus ut usum criticum vix habeat.

In Europa occidentali fortasse in ipso monasterio s. Galli a scriba vel scribis ut videtur Hibernis saeculo nono scriptus, unum volumen cum G^paul videtur fecisse; hoc Tregellesius eo confirmavit quod folia manu eadem seriore scripta in utroque invenisset. Primus inspexit Martinus Gerbertus anno 1773. Optime edidit Rettigius anno 1836, *Antiquissimus quatuor evangeliorum canonicorum codex Sangallensis Graeco-Latinus interlinearis nunquam adhuc collatus. Ad similitudinem ipsius libri manu scripti accuratissime delineandum et lapidibus exprimendum curavit H. C. M. Rettig*, Turici a. 1836, in 4, p. liv, 429.

Tregellesius et Tischendorfius codice denuo inspecto fidem editionis Rettigianae confirmaverunt. Facsimile invenitur apud *Paleographical society*, pars 11, num. 179.

Θ^a: Lipsiensis Tischendorfianus I. bibliothecae universitatis. saec. VII (?), in 4, membr, foll. 4, singulis columnis et 20 lineis in singulis paginis; membrana admodum subtilis est, folium nullum ab omni parte salvum; margines maxima ex parte a tineis exesae sunt; reliquiae prorsus fragiles inter tabulas duplicatas vitreas conservantur ut facilius legantur sine detrimento; scriptura elegans simplex scripturae vetustissimorum codicum eo dissimilis est quod formas longas et ad dexteram inclinatas praebet litterarum ε ϑ ο σ; Tischendorfio autem teste propter formam antiquiorem litterae δ et propter lineam mediam litterae ϑ nondum litterae corpus excedentem videtur scriptura non post saeculum septimum exaratum; spiritus aliquot posuit ipsa manus prima; accentus addiderunt correctores duo; triplex puncti usus ad summam mediam imam litteram observatur, praeterea usurpantur puncta duplicata et triplicata pro locorum natura; capp, Amm, Eus:

continet *Mt* 12,17 — 19.23 — 25 (13,46 — 55 panni sunt) 14,8 *πιστου· και — ο δε ειπεν ελ* 14,29 15,4 *λεγων τιμα — αμφοτε* 15,14 ; textus, quantum ex exiguae materie noscitur, est bonae notae: Mt 14,10 habet *ιωαννην* sine articulo cum ℵ*BZ, 14,12 *αυτον* cum ℵ*B, 14,22 omittit *ο ιησους* cum ℵBC*DIPΔ.

Ex Oriente Lipsiam translatus est a Tischendorfio anno 1845 et ab eo editus in *Monumentis sacris ineditis*, Lipsiae a. 1846, proll. § 2, p. 9.10, text. p. 1—10 cum facsimili tab. I, num. 1, verss. Mt 12,17—19.23—25 additis in *Monumentis sacris ineditis, novae collectionis*, Lipsiae a. 1857, vol. 2, p. xxxxvi et 321. Fragmenta Mt 12,17 — 19.23 — 25 neque in bibliotheca universitatis neque in schedis Tischendorfii invenire potui.

Θ^b: Petropolitanus caesareus Muralti XI. saec. VII, in 8, membr, foll. 6, binis columnis et 23 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae spiritibus vel accentibus non ornatae, nisi linea hic illic transversa ut in F^{paul} et G^{paul} spiritus est ut *ήμερα* ; ϊ et ϋ scribuntur in initio verborum; videtur triplex puncti usus observari, neque desunt puncta duplicata et triplicata; litterae maiores usurpantur praesertim ad initium sectio-

num; scriptum est Mt 22,21 *κεσαροσ κεσαρι* , sed errores ex itacismo rari sunt; Amm et Eus minio:

continet *Mt* 22,16 *διδασ[καλε]* — *ο[υ]δε τουσ* 23,13 *Mc* 4,24 *[προοστεθη]σεται υμιν* — *και λεγει* 4,35 5,14 *και απηγγειλαν* — *ινα ελ[θων]* 5,23 ; multa nondum ex tegumento soluta hucusque legi non potuerunt ; textus non est primae notae.

Ex Oriente anno 1859 Tischendorfius Petropolim transtulit, *Notitia editionis codicis bibliorum Sinaitici*, Lipsiae a. 1860, p. 50.

Θ^{c}: { Petropolitanus caesareus fol. 1. Muralti XII.
Porfirianus Chiovensis fol. 1.

saec. VI, in fol, membr, folia duo ex duobus codicibus, singulis columnis et 18 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae quales in codice N accentibus prima manu ornatae non sunt, sed habet folium Porfirianum spiritus et apostrophum, manus secunda addidit accentus, et folium Petropolitanum ter spiritum lenem exhibet ubi tamen asper exspectandus erat; punctum simplex et duplex, et bis in folio Petrop. comma usurpantur; *ϊ* et *ϋ* ita; litterae maiores hic illic adhibentur, neque solum ad sectionum initium; folium Petrop. habet Amm et Eus minio:

continet folium Petrop. *Mt* 21,19 *χρημα η σύκη* — *εν ποια* 21,24 et folium Porfirianum *Io* 18,29 *γοριαν φερετε* — *σε εμοι* 18,35 sed ex his exscissa sunt nonnulla; textus est bonae notae.

Folium Petropolitanum ex Oriente Tischendorfius transtulit anno 1859, Porfirianum v. cl. Porfirius antehac, cf Tischend. *Notitia* (ut ad Θ^{b}), p. 50.

Θ^{d}: Petropolitanus caesareus Muralti XXII.

saec. VII vel VIII, in 4, membr, folium dimidium, binis columnis in singulis paginis, lineae $8^{1}/_{2}$ uniuscuiusque columnae supersunt; litterae unciales magnae neque spiritus neque accentus a prima manu habent teste Tischendorfio, qui primo de hac re dubitaverat; punctum simplex et puncta duplicata usurpantur; *ϊ* et *ϋ* ita in initio verborum; litterae maiores adhibentur hic illic:

continet *Lc* 11,37 *αριστηση* — *προ του* 38 39 *[πο]νηριασ* — *[ελεη]μο[συνην]* 41 42 *και την αγαπην* — *[αγα]πατε* 43 44 *[ου]χ οιδασιν* — *υβριζεισ* 45.

Ex Oriente Petropolim anno 1859 transtulit Tischendorfius, *Notitia* (ut ad Θ^{b}) p. 50.

Θ^{e}: Porfirianus Chiovensis.

saec. VI, in fol, membr, folium dimidium, singulis columnis in singulis paginis, supersunt $8^{1}/_{2}$ lineae; litterae unciales magnae

ut in codice N; punctum simplex usurpatur; spiritus ter invenitur; semel stat *ι* in *καίαφα*; compendia usitata adhibentur; Amm:

continet *Mt* 26,2 *πασχα — τον ιν* 4 7 *εχουσα — πτωχοισ* 9; textus est bonae notae et aliquoties cum ℵBDL consentit. Contulit Tischendorfius.

Θ^{f}: Porfirianus Chiovensis.

saec. VI, in 4, membr, folia quattuor, binis columnis et 25 lineis in singulis paginis; scriptura eluta est ut codex rescribi posset; litterae magnae unciales nec spiritibus neque accentibus ornatae sunt; punctum simplex usurpatur; *ῑ* et *ῡ* ita ut *υἱον*, *ρωῑ*; litterae maiores ad initium sectionum positae sunt; errores ex itacismo insunt; Amm:

continet *Mt* 26,59 *τεροι και το συνεδριον — ουκ οιδα ουδε επι* 26,70 27.44 *το δ αυτο — μαρια η μαγδαλη* 27,56 *Mc* 1,34 *οτι ηδεισαν* — (exciderunt nonnulla ad 2',4 et 7 et 9.10 et 12) — *[ο]υτωσ* 2,12. Contulit Tischendorfius.

Θ^{g}: Porfirianus Chiovensis.

saec. VI, in fol, membr, fragmentum folii quod folium binas columnas in singulis paginis habuit; habet quaeque pagina fragmenti lineas $13^{1}/_{2}$; litteras unciales magnas non ornavit spiritibus vel accentibus, prima manus nisi fortasse tribus locis; *ι ϊ* ita in initio verborum; apostrophus, punctum simplex, puncta duplicata usurpantur; compendia usitata adhibentur; littera maior ad sectionis cuiusque initium stat; Amm, Eus:

continet *Io* 6,13 *[κλα]σματων — χομενοσ εισ την κοσμον* 14 6,22 *[συν]εισηλθεν τοισ — οτι ισ ουκ εσ* 24; textus est primae notae. Contulit Tischendorfius.

Θ^{h}: Porfirianus Chiovensis.

saec. IX vel X, in 4, membr, foll. 3, singulis columnis Graecis, singulis columnis Arabicis minus latis, et 16—19 lineis in singulis paginis; habet spiritus et accentus a prima manu; *ϊ* ita in *ϊωαννου ϊδιαν*; litterae maiores adhibentur hic illic; videtur triplex puncti usus observari; titl:

continet *Mt* 14,6 *γενεσίων δε αγομένῳ. — εισ ερημο.* 14,13 (exciderunt litterae nonnullae) 25,9 *απεκρίθησαν — εν αυτοισ και εποίη* 25,16 25,41 *ἐισ τὸ πῦρ — λογουσ τουτουσ.* 26,1. Contulit Tischendorfius.

Λ: Oxoniensis Bodleian. Misc. 310 vel Auct. T. infra I. 1.

saec. IX, in 4, membr, foll. 157, binis columnis et 23 lineis in singulis paginis, litterae unciales minores inelegantes inclinatae

spiritibus et accentibus ornatae sunt; capp-tabb, capp, titl, Amm, Eus, lect; subscriptiones quales in codicibus 20.157.164.262.300. 376.428.565 et quod in primis notandum est 566 (vide supra, p. 339):

continet *Lc* et *Io* ; ante Lc superest subscriptio ad Mc ; insunt scholia partim litteris uncialibus scripta plurimi aestimanda (vide supra vol. 1, p. 828 ad Io 7,53 ff.) et quae quater ad *το ιουδαικον* (evangelium secundum Hebraeos, ut videtur) spectant; textus est eiusdem generis cum textibus codicum EFGHKMSUVΓ sed praestantior et passim magna lectionis singularitate conspicuus, id quod testantur lectiones quae sequuntur a Tischendorfio notatae — ad Ioh 5,1—36 quinquies plenam codicum uncialium auctoritatem confirmat, pluribus locis cum ℵ etc, vel cum A etc, vel cum B etc, vel cum C etc facit, aliis vel D solum socium, vel A, vel EM, vel C*LD solos socios habet „semel (v. 14) socios non habet nisi F et Coptum. Versu 36 confirmat codicum ABEGM lectionem *μειζων* pro *μειζω*; v. 18 Copto socio *ελυσεν* et paucis comitibus *ἀλλ᾽ ὅτι* habet. Denique versu 1 pro vulgata lectione [*η*] *εορτη των ιουδαιων* lectionem maxime notabilem omnium solus habet: *η εορτη των αζυμων*. Idem codicis ingenium probatur Luc 3,19—36." Praeterea Λ et codex 262 in subscriptionibus consentiunt; item „saepe in lectionibus haud vulgaribus, quemadmodum Ioh 1,28 *βηθβαρα* cum 346, soli vero 4,31 *παρεκαλουν*, Lc 6,33 *αυτο*, et 37 *καταδικάσητε* habent; item accedente uno 21,21 verba *και οι εν μεσω αυτ. εχχ.* omittunt".

Anno 1853 a Tischendorfio ex Oriente allatus deinde Oxonium translatus,[1] videtur codex pars posterior codicis 566 (quem vide infra, VIII, 1) esse, nam forma, subscriptionibus, scriptura scholiorum, fortasse aliis inter se consentiunt. Vidi anno 1883. Codex quem eodem siglo Tischendorfius anno 1849 insigniverat posthac evangeliarium esse agnovit; vide infra VIII, 5 (1), Evrm 312.

Ξ: Zacynthius Londinensis societatis biblicae 24.

saec. VIII, in fol, membr, rescr, foll. 86, triaque semifolia, alt. 35.6 cm, lat. 28 cm, membrana crassa est; litterae textus unciales magnae, commentarii sive catenae litterae compressae plerumque spiritibus vel accentibus non ornatae sunt; litterae maiores

[1] Tischendorf, *Anecdota sacra et profana*, Lipsiae a. 1855, p. 4.5 et facsimile tab. I, num. III.

seriem litterarum excedentes passim paragraphis praesunt; apostrophus usurpatur ut *αβρααμ᾽ ιλημ᾽ ισαακ᾽* ; habet ϊ ϋ ; punctum ad summam litteram adhibetur; compendia usitata inveniuntur; titl; capitum divisio est eadem atque in codice B,[1] vide supra p. 359.

continet *Lc* 1,1 — 9.19 — 23.27.28.30 — 32.36 — 66.77 — 2,19. 21.22.33 — 39 3,5 — 8.11 — 20 4,1.2.6 — 20.32 — 43 5,17 — 36 6,21 — 7,6.11 — 37.39 — 47 8,4 — 21.25 — 35.43 — 50 9,1 — 28 32.33.35.41 — 10,18.21 — 40 11,1.2.3.4.24 — 30.31.32.33 cum catena uberrima ex Origene Chrysostomo Cyrillo aliis estque codex vetustissimus omnium qui catenam habent; textus est optimae notae consentitque mirabilem in modum cum codicibus vetustissimis, de qua re accuratissime tractavit v. cl. Scrivenerus:[2] exempli gratia, facit cum ℵB sexies, ℵBC vicies, ℵBD quinquagies quater, ℵBL quinquagies quinquies; scriptura posterior ad evangeliarium saeculi fere decimi tertii pertinet, ita ut, id quod rarissime evenit, verbis biblicis erasis membranae iterum sermone biblico rescriptae sint.

Ex nomine Severi scripto et iterum eraso suspicari coeperat Tregellesius codicem ante annum 536 scriptum esse, quo anno Monophysitismus damnatus et librorum Severi crematio decreta eorumque possessio vel scriptio prorsus vetita est; rectius tamen videbat catenae scripturam quae a prima manu est saeculum potius octavum indicare. In insula Zacyntho (unde Zacynthius) anno 1820 accepit v. cl. Colin Macaulaius codicem a principe Comuto, acceptumque proximo anno Londinii societati biblicae (British and Foreign Bible Society) donavit. Anno 1845 codicem inspexit Scholzius, sed de legendo desperavit; deinde anno 1853 vidit v. cl. Paulus de Lagarde,[3] quo auctore textum eius biblicum magno cum labore eruit et edidit v. cl. Tregellesius *Codex Zacynthius . . . deciphered,*

[1] Vide Tischendorfius, *N. T. Vaticanum*, Lipsiae a. 1867, p. xxx et *N. T. Gr. ex Sinaitico codice*, Lipsiae a. 1865, p. lix.

[2] Scrivener, *A plain introduction* etc. ed. 3, Cantabrigiae a. 1883, p. 156.

[3] Lagarde, *De Novo Testamento ad versionum orientalium fidem edendo commentatio*, Lipsiae a. 1857, p. 1.2, et *Gesammelte Abhandlungen*, Lipsiae a. 1866, p. 87.88.

transcribed, and edited, Londinii a. 1861, cum facsimili; textum codicis O (cf supra, p. 384) in app. subiecit. Vidi Ξ anno 1883.

Π: Petropolitanus caesareus Muralti XXXIV.

saec. IX, in 4, membr, foll. 350, singulis columnis et 21 lineis in singulis paginis ; litterae unciales ad dexteram inclinatae habent spiritus et accentus a prima manu; triplex puncti usus ad summam mediam imam litteram observatur; ϊ et ϋ ad initium verborum sic scribuntur; compendia usitata adhibentur; capp-tab, Amm, Eus: continet evangelia; desunt *Mt* 3,12 *αυτου εισ την — ουρανων* 4,17 19,12 *δια την βασιλειαν — αμπελωνα* 20,2 [*Mc* 16,18 *εξουσιν — αμην* 20 suppleta sunt minusculis litteris saeculi fere duodecimi] *Lc* 1,76 [*κληθη*]*σηη — προσ αυτουσ* 2,18 [4,9 *ευθεν κατω — λιθον τον* 11 4,16 *κατα το ειωθοσ — αυτω βι* 17 scripta sunt in charta ante hos centum annos litteris minusculis] *Io* 6,15 [*ποιη*]*σωσιν — πω*[*ποτε*] 35 8,6 [*κατω*]*κυψασ — τεκνα* 39 9,21 *αυτον ερωτησατε — φωνησ* 10,3 [21,22 (*συ*) *ακολουθει — αμην* minusculis litteris saeculi XII scripta]; textus quales codicum EFGHKMSUVΓΔ, sed plerisque eorum melior, facit saepe cum codice K; multa in margine emendata sunt a manu posteriore; ad Io 5,4 et 8,3 seqq. positi sunt asterisci; in Marci evangelio sunt numeri ultimi ad 16,9 *ἀναστὰσ δὲ* sect. $\overline{\sigma\lambda\delta}$ et can. $\overline{\eta}$.

A viro nobili Graeco Smyrnensi nomine Parodi postquam codex annos fere centum in bonis gentis suae manserat, auctore Tischendorfio, imperatori Russiarum dono datus est anno 1859. Transcripsit Tischendorfius.

Σ: Rossanensis in curia archiepiscopali.

saec. VI, in fol, membr, purpureus, foll. 188, alt. 30,7 cm, lat. 26 cm, in quinionibus, binis columnis et 20 lineis in singulis paginis; litterae unciales argenteae (nisi quod lineae tres primae uniuscuiusque evangelii aurum pro argento habent) magnae nec spiritibus neque accentibus ornatae continue scriptae sunt; punctum simplex adhibetur; litterae aliis maiores litterarum ordinem excedentes paragraphorum initia significant; compendia usitata inveniuntur; formae „Alexandrinae" ubique occurrunt; errores ex itacismo abundant; Carp (Eus-tab exciderunt), capp-tab, titl, Amm, Eus, haec Carp etc scripta sunt litteris uncialibus minoribus eiusdem tamen ut videtur saeculi; pict, mut; similitudinem quandam habet cum codice Turicensi psalmorum[1];

[1] Tischendorf, *Mon. sacr.* Lips. a. 1849, vol. 4, p. 1—223.

continet *Mt* et *Mc;* desunt *Mc* 16,14—20; textus mixtum neque adeo bonum colorem habet consentitque saepe cum A Δ Π saepissime cum N; pauca correxit prima manus; tabulae pictae, quarum non nisi octo folia hodie exstant, omnibus aliis quae res evangelicas illustrant vetustiores sunt.

Viri clarissimi Oscarus de Gebhardt et Adolfus Harnackius codicem e tenebris protraxerunt anno 1879 et notitiam[1] codicis cum facsimili anno 1880 ediderunt.[2] Anno 1883 publici iuris fecit v. cl. Gebhardtius codicis textum: *Die Evangelien des Matthäus und des Marcus aus dem Codex purpureus Rossanensis*, Lipsiae a. 1883, p. liv, 96 in octavo.

2.

AD ACTUS ET EPISTULAS CATHOLICAS.

Pertinent ad Act Cath sedecim codices unciales, ex quibus tres ℵAB Act Cath sine lacuna praebent. Praeterea continent:

EP: Act fere integros
CDHL: maximam Act partem
$F^{a}GG^{b}I^{2.5.6}$: fragmenta Act pauca
et KL: Cath integras
CP: maximam Cath partem.

[1] Gebhardt et Harnack, *Evangeliorum codex Graecus purpureus Rossanensis*, Lipsiae a. 1880, cum facsimilibus. Cf vv. cll. A. I. T. Jonker, *Studiën*, Groningae a. 1880, vol. 6, p. 405—412; Zucker, *Göttingische gelehrte Anzeigen*, Gottingae a. 1881, fasc. 30, p. 938—954; Lamprecht, *Jahrbuch des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinland*, Bonnae a. 1880, fasc. 69, p. 90—98; S. A. Usow, *Die Miniaturen zu dem in Rossano entdeckten Evangeliencodex aus dem 6. Jahrh.* Moscuae a. 1881.

[2] V. cl. Ludovicus Duchesnius, professor Parisiensis, *Bulletin critique*, Parisiis die 15 mensis aprilis anni 1881, vol. 1, p. 451, adn. 1, scripsit codicem novum purpureo-argenteum Matthaei et Marci exstare. Litteris amicissimis die 4 mensis iulii anni 1881 me certiorem fecit vir clarissimus codicem a viro docto nondum exploratum esse et illo tempore prorsus inaccessum esse.

Saeculorum sunt:

ℵB . . . . . quarti
ACI^{2} . . . . . quinti
DE . . . . . sexti
F^{a}GI$^{5.6}$ . . . . septimi
G^{b}HKLP . . . noni

ℵ: Sinaiticus Petropolitanus
saec. IV; vide supra, p. 345: continet Act Cath.

A: Alexandrinus Londinensis
saec. V; vide supra, p. 354: continet Act Cath.

B: Vaticanus Romanus
saec. IV; vide supra, p. 358: continet Act Cath.

C: Ephraemi Parisiensis
saec. V; vide supra, p. 366:
continet *actuum* 1,2 *πνευματοσ — εισ την* 4,3 5,35 *ειπεν δε — και νεκρων* 10,42 13,1 *οσ μαναην — εν ειρηνη* 16,36 20,10 *λων αυτου — αι θυραι* 21,30 22,21 *και ειπεν — προσ τον χιλιαρ* 23,18 24,15 *πιδα εχων — απειθησ τη* 26,19 27,16 *φησ ην αραντεσ — ουκ ειασεν* 28,4 et *epistularum catholicarum Iac* 1,1 [*ι*]*ακ*[*ωβοσ*] — *πολεμειτε* 4,2 *1 Pe* 1,2 *πνευματοσ — νεκρουσ* 4,6 *2 Pe* 1,1 *χαρισ υμιν — εκ του θεου 1 Io* 4,2 *3 Io* 3 *εχαρην — ονομα* 15 *Iud* 3 *αγαπητοι — αμην* 25.

D: Bezae Cantabrigiensis
saec. VI; vide supra, p. 369:
continet *Act*; desunt 8,29 *προσελθε — εφαγον* 10,14 21,2 *επιβαντεσ — ιουδαιασ* 10 21,15 *ιεροσολυμα — παντεσ τε* 18 (cum Usserius Millius Wetstenius Dickinsonius [1732] lectiones varias hic exhibeant, folii partem inter 1732 et 1793 abscissum esse liquet) 22,10 *ων τεταχται — συνευδοκων* 20 22,29 *οι μελλοντεσ — ακωλυτωσ* 28,31 Graece tantum; desunt Latine 8,20—10,4 20,31—21,2 21,7—10 22,2—10 22,20—28,31. Olim comprehendit codex hic epistulas catholicas, quarum versus pauci 3 Io 11—15 Latine exstant. Ex subscriptione „epistulae iohanis iii explicit incipit actus apostolorum" conligitur ordinem fuisse Evv Cath Act, et epistulam Iudae vel inusitato loco stetisse vel defuisse.

E: Oxoniensis Bodleianus Laudianus 35 olim F. 82
Graeco-Latinus.

1897.

saec. VI exeuntis, in 4, membr, foll. 227, alt. 27 cm, lat. 22 cm, binis columnis 23.24.25.26 lineis in singulis paginis;

textus Latinus ad sinistram honoris gratia ponitur; stichi brevissimi singulorum binorum trinorum verborum Latine et Graece inter se consentientium hoc modo Act 17,18:



membrana crassa est; pluribus paginis litterae evanescentes novo atramento renovatae sunt manu quadam recentiore; litterae maiores crassioresque quam in ℵBA, minores quam in N, potius vero quales in PR accentibus non ornatae sunt, neque separantur duo vel tres verba in eadem linea; ad initium verborum habet *υ* fere semper spiritum asperum vel lineam vel puncta duplicata et *ι* plerumque puncta duplicata ut *ῒ ῡ ϋ ϊ*; sunt hic illic litterae maiores ubi nova res incipit; compendia verborum usitata adhibita sunt; confunduntur saepissime *ει* et *ι*, *αι* et *ε* inter se, rarius *οι* et *υ*, passim *ο* et *ω*; litterarum adsimulatio neglegitur ut in *ενκοπτω*, *συνλημφθεντα*:

continet *actus;* desunt nunc 26,29 *ευξαιμην* — *λεγων* 28,26, quae Bezae tempore non defuisse inde apparet quod Beza locos tres Latine duo ex capite 27 unum ex capite 28 laudat, sed defuerunt iam anno 1675; textus Graecus proprietate ac bonitate lectionum admodum insignis[1] iniuria Latinizare dicitur a Wetstenio aliisque; contra textus Latinus non Vulgatae versionis ubique revocatur ad Graecum etsi non est interpretatio huius textus Graeci, praeterea accedit textus Latinus Hieronymi multo propius ad hunc quam ad textum Latinum codicis D Cantabrigiensis; tres manus correxerunt codicem — quorum una est fortasse *διορθωτοῦ* sed videtur esse prima, — E^2 ut Act 13,44 fortasse circa finem saeculi sexti (?) correxit multa additditque in fol. 226 symbolum apostolicum Latine, — E^3 fortasse saeculo septimo correxit nonnulla et apposuit notationem capitum sive titulorum quae neque cum capitulatione, ut dicunt, Amiatina neque cum Fuldensi congruit, scilicet *am* habet capita 70, *fuld* capita 74; mutilus est codex noster, sed titulus LVIII est Act 26,24 = *am* LXVI vel *fuld* LXXI.

[1] Textus similis textus huius codicis invenitur in codice Act 218.

In Occidente fortasse in Sardinia ipsa exaratus manu cuiuspiam qui Graeca emendatius quam Latina scribebat, erat codex olim in Sardinia, teste manu posteriore quae sub finem libri edictum Flavii Pancratii ducis[1] Sardiniae addidit: *Ψλ[ανιοσ] πανκρατιοσ συν θεω απο επαρχων δουξ σαρδινιασ δηλα ποιω τα υποτεταγμενα κ. τ. λ.*, nominatim occurrunt etiam Gregorius diaconus, Iohannes Caramalus, Eupraxia diaconissa, Balb[2] femina *ἡ σοφή* dicta. Serius in Angliam translatus est. Millius,[3] Wetstenius,[4] Woidius[5] tantum non demonstraverunt Bedam Venerabilem (mortuum anno 735) codice hoc usum esse in libro Retractationis in actus, nam omnes quas notavit lectiones variantes (plus quam 70) in hoc codice eoque saepe solo reperiuntur. Bed^{gr} signatae sunt Bedae lectiones quamquam Beda Latina tantum ex Graecis versa adscripsit atque re vera e versione codicis magis quam e Graeco codicis textu pependisse videtur. Laudii (unde Laudianus) archiepiscopi Cantuarensis et cancellarii universitatis Oxoniensis fuit, cuius donatione multis cum aliis codicibus universitati anno 1636 cessit. Post Bedam primus ut videtur adhibuit Fellius codicem in N. T. Gr. editione (cf supra, p. 222) ubi B Bodleianum designat. Contulit codicem Millius[6] cui erat Laud. 3. Anno 1715 edidit

[1] Duces Sardiniae praefuerunt annis 534—749.

[2] Tischendorf, p. xx scribit *βαλβαδ*, sed codex praebet *βαλβ.*; post *βαλβ.* addidit manus posterior signa duo vel litteras duas.

[3] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster. Amstelodami a. 1710, proll. paragr. 1022—1026.

[4] Wetstein, *N. T. Gr.* Amstelaedami a. 1752, vol. 2, p. 450.

[5] Woide, *Notitia codicis Alexandrini*, ed. a Gottlieb Leberecht Spohnio, Lipsiae a. 1788, p. 156—160; sub finem libri exstant facsimilia duo ex hoc codice.

[6] Mill, *ut supra*, proll. paragr. 1439—1441.

Thomas Hearnius[1] neque vero satis accurate. Sabatarii[2] liber Latina huius codicis ex Hearnio hausta exhibuit anno 1749. V. cl. Eduardus H. Hansellius[3] anno 1864 cum facsimili unius paginae textum Graecum codicis nimis vitiose edidit. Tischendorfius curavit Hearnii editionem exscribendam et hanc cum codice contulit anno 1854 et iterum anno 1865 unde anno 1870 codicem edidit in *Monumentis sacris ineditis*, vol. 9, cum facsimili.[4] Vidi anno 1883.

F[a]: Coislinianus Parisiensis,
saec. VII: vide supra, p. 375:
continet *actuum* 4,33.34 9,24.25 10,13.15 22,22.

G: Petropolitanus caesareus Muralti XVII.
saec. VII, in 8, membr, folium unum; lineis 21 in singulis paginis; mutilum in summo folio et utrisque marginibus; praeterea exciderunt hic illic litterae; litterae unciales crassiores spiritibus vel accentibus non ornatae sunt; *ι* et *υ* initiales habent puncta duplicata sic *ϊερον*, *ϊωαννησ*, *ϋπαρχων*; interpunctio exhibet punctum simplex puncta duplicata, et crucem)☩(ad 3,1 :
continet *Act* 2,45 [*επιπ*]*ρ*[*ασκον και*] *διεμερ*[*ιζ*]*ον* — *αλλομενοσ* 3,8; 2,47 et 3,1 *επι το αυτο*: + *πετροσ δ*[*ε*] consentit cum ℵABC et ad 3,7 [*ηγειρ*]*εν αυτον*.

Fragmentum ex Oriente Petropolim secum translatum Tischendorfius magna cum difficultate ex tegumento codicis Syriaci ligneo solvit; vide Tischendorfium, *Notitia editionis codicis bibliorum Sinaitici*, Lipsiae a. 1860, p. 50, „quintum." In Tregellesii (Hortii Streanii) prolegomenis est G[a].

[1] Hearne, *Acta apostolorum Graeco-Latine . . . e codice Laudiano . . .* Oxonii a. 1715, in 8, p. xii, 320 (facs. p. ix); non nisi exemplaria 120 expressa.

[2] Sabatier, *Bibliorum s. Latinae versiones antiquae*, Parisiis a. [1749]1751, vol. 3, part. 1, p. 493—588.

[3] Hansell, vide supra, p. 358.

[4] Extat etiam facsimile apud Astlium, *Origin and progress of writing*, Londinii a. 1784 et 1876, tab. iv; et apud Scrivenerum, *Intr.*[3] Cantabr. a. 1883, tab. x, num. 25; et apud vv. cll. E. A. Bondium et E. M. Thompsonium, *Palaeogr. society*, pars 1—8, Londinii a. 1873—1878, num. 80.

G^b: Vaticanus Romanus 9671.

saec. IX (?), in fol, membr, rescr, fol. 5, col. 1, ll. 22, litt. 16—21 in lin, litterae unciales inclinatae spiritibus accentibus interpunctione ornatae sunt; *υ* et *ι*, *η* et *ει*, *ο* et *ω*, *αι* et *ε* confusae sunt; titl; ex numeris foliorum qui re vera paginarum videntur esse, conligo folia haec quinque in codice hodierno sic exstare,



foliis duobus codicis hodierni ex folio uno antiquo constantibus, etsi v. cl. Cozza nihil diserte de codicis forma refert. Legenda sunt folia hoc ordine ut videtur: 79—94 80—93 89—84 90—83 [hic deest folium] 82—91 81—92 [hic deest folium] 65—76 66—75 87—86 88—85 [87—85 apud Cozzam est ex errore ut videtur typographico]. De fasciculis vetustis certe dici non potest; si folia ex eodem fasciculo sunt, fasciculo folia desunt vel 1.4.6 vel 3.5.8.

continet *Act* 16,40 [*το*]*υ*[*σ αδε*]*λφουσ . παρεκαλεσαν — τοισ σεβο* 17,17 17,27 *ευροιεν — το θειον* 17,29 17,31 *πιστιν — δαμαρισ και* 17,34 18,(8 *ευον και* —) 11 *εν αυτοισ — ακυλασ και πρισκιλλα* 18,26, sed desunt passim litterae vel verba; textus, etsi saepe cum EHLP facit, consentit plus uno loco cum uncialibus primi ordinis ut 17,2 *συναγωγη* cum ℵABD, 17,5 *προαγαγειν* cum ℵAB, 17,10 *δια νυκτοσ* cum ℵBD, et *απηεσαν* post *των ιουδαιων* cum ℵABD, 17,14 *υπεμειναν* cum AB, 18,11 *εκαθισεν δε* cum ℵAB 18,20 *μειναι* sine *παρ αυτουσ* cum ℵAB; scriptio superposita saeculi decimi tertii praebet cantica Bartholomaei et alia Iohannis Rossanensis de laudibus s. Caesarii.

Codex olim Cryptoferratensis tum Maii nunc Vaticanus est. Haec fragmenta actuum edidit, neque tam accurate quam optare licebat v. cl. Iosephus Cozza, *Sacrorum bibliorum vetustissima fragmenta Graeca et Latina e codicibus Cryptoferratensibus eruta*, part. III, Romae a. 1877, p. cxxi—cxxxiv; facsimile non addit, quod valde dolendum est. Lectiones codicis exhibentur infra capite XII inter addenda.

H: Mutinensis bibliothecae magni ducis [CXCVI.] II. G. 3.
saec. IX, in fol, membr: continet *Act*; desunt 1,1 *τον μεν — διδαχησ υμων* 5,28 9,39 *αι χηραι — ιδου* 10,19 13,36 *ιδια — τερατα* 14,3 27,4 *κακειθεν — ακωλυτωσ* 28,31; locus 27,4 —28,31 suppletus est manu saeculi fere undecimi litteris uncialibus, alia supplevit manus recens saeculi decimi quinti vel sexti; insunt etiam scriptae minusculis litteris *epistulae*, quarum *catholicas* e Scholzio haustas signavit Tischendorfius littera h, in catalogo nostro Act Cath 112; *epistulae Pauli* sunt codex 179; textus est inferioris ordinis.

Scholzius codicem contulit neglegenter ut assolebat. Tischendorfius contulit partem antiquam anno 1843, Tregellesius anno 1846, et Lipsiae anno 1850 schedas suas composuerunt.

I$^{2.5.6.}$: Petropolitanus caesareus, vide supra, p. 378.
(2.) Muralti VII. II. (4.)
saec. V, in 4, membr, rescr; folium unum binis columnis et 24 vel 25 lineis in singulis paginis; litterae unciales spiritibus vel accentibus non ornatae sunt:
continet *Act* 28,8 *νοσ — ιεροσολυμων* 17; textus est optimae notae.
Monumenta sacra inedita, vol. 1, proll. p. xiii—xix, text. p. 43.44, facsimile tab. I, num. II.
(5.) Muralti XIX.
saec. VII, in 4, membr, rescr; folia duo, singulis columnis et 26 lineis in singulis paginis; habet accentus nonnullos:
continet *Act* 2,6 [*θοσ κ*]*αι — μου επι πασ* 2,17 et 26,7 *αι υπο — του επ*[*ι*] 26,18.
Monumenta sacra inedita, vol. 1, p. 37.38 et 41.42 et facsimile tab. I, num. V.
(6.) Muralti XVIII.
saec. VII, in 4, membr, rescr; folium unum, binis columnis et 18 lineis in singulis paginis; sine accentibus:
continet *Act* 13,39 *τω πασ — ληθηναι τον* 13,46.
Monumenta sacra inedita, vol. 1, p. 39.40 et facsimile tab. I, num. VI.

K: Mosquensis s. Synodi XCVIII.
saec. IX, in fol, membr; foll. 288+; binis columnis in singulis paginis; spiritibus et accentibus ornatus; interpunctio exhibet

punctum simplex et comma et lineam ut ΑΛΗΘΕΙΑ—ΟΤΙ (ex Matthaeii facsimili):

continet *Cath* cum catena et *Paul* (vide infra, p. 431) cum scholiis Damasceni.

Olim in monasterio montis Athus s. Dionysii unde foliis 1 et 2 notatur: *κτῆμα μονῆς τοῦ κυροῦ διονυσίου.* Conlationem quam (cum siglo *g*) fecit Matthaeius[1] usi sunt Scholzius (cum siglis Act Cath 102 et Paul 117) et post eum Tischendorfius, in editione anni 1849 hunc codicem I nuncupavit in epistulis catholicis K in Paulinis, in editionibus vero septima et octava K utrisque communem habet.

L: Angelicus Romanus A. 2.15.

saec. IX exeuntis, in 4, membr; foll. 189, binis columnis in singulis paginis, *ὑπόϑ*, lect, *στίχ*:

continet *Act* 8,10 *μισ του ϑεου — ακωλυτωσ* 28,31, *Cath* integras, *Paul* inde ab initio usque ad *ουκ εχουσιν* He 13,10.

Olim cardinalis Passionei, nunc bibliothecae Angelicae monachorum ordinis s. Augustini Romae. Montefalconius facsimile exhibet.[2] Conlatus est ad locos selectos a Blanchino[3] unde Wetstenius lectiones varias sub siglo G dedit. Birchius[4] contulit Iac et 1 Co siglo *Aug. 2* adhibito. Contulerunt totum anno 1820 Scholzius, cui erat G in Act Cath et I in Paul, et F. F. Fleckius anno 1833, deinde Tischendorfius aestate anni 1843 et Tregellesius anno 1845, qui schedas etiam suas Lipsiae inter se communicaverunt. A Tischendorfio ut a Wetstenio

[1] Matthaei, *Pauli epp. ad Rom. Tit et Philem.* Rigae a. 1782, p. 265—267; facsimile est in libro eius *Apostolorum VII. epp. cath.* Rigae a. 1782.

[2] Montfaucon, *Palaeographia Graeca*, Parisiis a. 1708, append. p. 514, specimen 2.

[3] Bianchini, *Evangeliarium quadruplex*, Romae a. 1749, part. 1, vol. 2, p. dlxiv^{b}—dlxx^{b}, cum facsimili, p. dlviii vel dlx.

[4] Birch, *Variae lectiones ad textum act. app. epp. cath. et Pauli*, Hauniae a. 1798, p. xiv.

Scholzioque codex primum littera G insignitus est; in editione septima voluerat Tischendorfius signum L etiam in epistulis catholicis adhibere, quod cum memoriae lapsu neglexisset, denique in prolegomenis signum duplicavit G=L.

P: Porfirianus Chiovensis.

saec. IX ineuntis, in 8, membr, rescr, foll. 325, litterae unciales multum et ubique ab antiqua rotundi et quadrati generis pulchritudine deflectentes ornatae sunt spiritibus et accentibus, his saepe male positis, et apostrophis; ι et υ habent puncta duplicata; triplici usu punctum utitur, et adhibentur comma signumque interrogationis; interpunctio maxima est ·̣· vel hic illic : et :· ; confunduntur αι et ε, η et ει et ι, ω et ο, nonnunquam οι et υ; saepe omissa est adsimulatio litterae ν ante κ et χ; compendia verborum usitata adhibentur; lect:

continet Act Cath Paul Apoc; desunt *Act* 1,1 *τον μεν* — [habet 2,9 *και ελαμπταν·και οι κατοικουν*] *χουσ μεμεστωμενοι* 2,13 *1Io* 3,20 *οτι εαν* — *χριστοσ εκ του* 5,1 *Iud* 4 *μων ιησουν* — *αυτων ων η* 15; praeterea oculum effugiunt verba multa in Act 28,21—23 Iac 2,13—21, pauca in 2 Pe 2,3—5; textus quem exhibent Act et 1 Pe minus bonus est consentitque cum codicibus uncialibus serioribus velut H et L, ad epistulas ceteras et ad apocalypsim est multo melioris notae consentitque nunc cum ℵ nunc et plerumque cum AC; locos nonnullos correxit sive manus prima, sive alia sed aetatis eiusdem; inter Paul et Apoc locum habent martyria Petri et Pauli; scriptura recentior anni 1301 exhibet fere integrum Euthalii commentarium in Act et Paul (cum textu sacro) quem Tischendorfius siglo *Euthal cod* notavit; codici adsociata sunt fragmenta non rescripta libri quarti Maccabaeorum saeculi septimi ex tegumento extracta: 4 Macc 8,5.6.11.12.14.28 9,28—30.31.32.

Est episcopi Porfirii Chiovensis, inter cuius libros inventus est a Tischendorfio anno 1862; Porfirius codicem cum Tischendorfio Lipsiae communicavit edendi causa. Quae ad Act pertinent publici iuris facta sunt in *Mon. sacr. ined.* vol. 6, Lipsiae a. 1869, p. 89—248, et quae ad Cath pertinent, vol. 5, Lipsiae a. 1865, p. 1—58 cum facsimilibus. Fragmenta libri quarti Maccabaeorum exhibentur vol. 6, p. 339.340.

3.

AD EPISTULAS PAULI.

Epistulae Paulinae viginti codicibus uncialibus continentur e quibus unus ℵ integer est. Praebent

DL: textum paene integrum

ABCEFGK: maximam textus partem

P: plurima textus fragmenta

$F^{a}HI^{2}MNOO^{b}QR$: pauca textus fragmenta

Saeculorum sunt:

ℵB . . . . . quarti

$ACI^{2}Q$ . . . . . quinti

$DHOO^{b}$ . . . . . sexti

$F^{a}R$ . . . . . septimi

EFGKLMNP . . . noni

ℵ: Sinaiticus Petropolitanus.
saec. IV; vide supra, p. 345: integer.

A: Alexandrinus Londinensis.
saec. V; vide supra, p. 354: deest *2 Co* 4,13 *επιστευσα — εξ εμου* 12,6

B: Vaticanus Romanus.
saec. IV; vide supra, p. 358: desunt *He* 9,14 *ριει την συνειδησιν — υμων* 13,25 *1 et 2 Ti Tit Philem;* manus multo recentior supplevit He 9,14—13,25, quae Mico Italus ipsius codicis conlator Bentleio iubente contulit et Tischendorfius aliquoties notavit siglo *b*.

C: Ephraemi Parisiensis.
saec. V; vide supra, p. 366: desunt *Ro* 2,5 [κα]τα *δε την — υπο του νομου* 3,21 9,6 *ουχ οιον — εαν* 10,15 11,31 *θησαν τω — πληρωμα* 13,10 *1 Co* 7,18 *εν ακροβυστια — του μη εϱ* 9,6 13,8 *παυσονται — αλλα ετερα* 15,40 *2 Co* 10,8 *ουκ αισχυνθησομαι — ου ψευδομαι Gal* 1,20 *Eph* 1,1 *παυλος — προσαγωγην* 2,18 4,17 *τουτο ουν — και τι αι Phil* 1,22 3,5 *μειν εβραιος — υμων* 4,23 *1 Th* 2,9 *μνημονευετε — αμην 2 Th* 3,18 *He* 1,1 *πολυμερως — πνευματος αγιου* 2,4 7,26 *αμιαντος —*

μεσιτησ 9,15 10,24 *πησ και καλων — μιανθωσιν πολλοι* 12,15 *1 Τι* 1,1 *παυλοσ — το μυστη* 3,9 5,20 *τουσ αμαρτανοντασ — μετα σου* vel *μεθ υμων* 6,21.

D: Claromontanus Parisiensis nationalis 107 olim 2245 Graeco-Latinus.

saec. VI, in 4, membr, foll. 533, singulis columnis et 21 lineis in singulis paginis; in tenuissimis membranis stichometrice (vide supra, p. 114) exaratus; scriptio in lineis singulis cum Graecis tum Latinis continua est, sine interpunctione, neque extant spiritus vel accentus a prima manu sed hic illic apostrophus; litterarum Graecarum magnitudo fere eadem est atque in codicibus C et D^{evv}, minor quam in N^{evv}; litterae Latinae tales sunt quales habet codex D^{evv}; litterae sectionum initiales aliis aliquanto maiores versuum seriem paulo excedunt; minio scripti sunt versus primi tres uniuscuiusque epistulae pariter atque verba ex Vetere Testamento laudata, nisi in epistula ad Hebraeos; compendia usitata usurpantur:

continet epistulas Pauli Graeco-Latine; Graecis pagina sinistra honoris gratia datur ut in codice Bezae $D^{evv\ et\ act}$, non ut in codice E^{act}; lineae Graecae et Latinae conveniunt inter se; Col praecedit Phil, et Heb sequitur Philem; deest *Ro* 1,1 *παυλοσ — αγαπητοισ θεου* 1,7; praeterea suppleta sunt in folio sexto manu saeculi fere sexti exeuntis Ro 1,27 *εξεκαυθησαν — εφευρετασ κακων* 1,30 (in Latinis 1,24 *propter quod — usu feminae* 1,27) et postea manu alia antiqua in foliis 162.163 Graece 1 Co 14,13 *διο ο λαλων — σημειον εισιν* 14,22; Graeca praebent formas „Alexandrinas" quas dicunt, Latina in primis in epistula ad Hebraeos errores multos; textus codicis huius est praestantissimus et Graecus et Latinus neque semper pendet hic ex illo; codex iterum iterumque correctores habuit, quos Tischendorfius quo studio erat indefesso pertractavit[1] et ita fere summatim distinxit:

D^b: saeculo exeunte sexto supplevit folium sextum Ro 1,27—30;

D^{**} (N. T. ed. VIII.=D^b): Graecus septimi fere saeculi, textum totius codicis Graecum recensuit;

D^{**b} in Latinis d^{**}: paucos correxit locos utriusque textus;

D^{**c}: perpauca in Graecis mutavit;

D^{***} (N. T. ed. VIII.=D^c): Graecus noni fere saeculi ineuntis textum Graecum per omnes codicis partes diligenter recensuit, etiam spiritus et accentus ubique addidit;

[1] Tischendorf, *Codex Claromontanus*, Lipsiae a. 1852, p. xix—xxv.

D^c: is est qui duobus foliis rescriptis suppleverit Graece 1 Co 14, 13—22;

D^{***b}: paucissima attigit eaque parum apte;

D^{**}_{**} (N. T. ed. VIII. = D^d) in Latinis d^{**d}: aliquot locos et Graece et Latine correxit et Latinas subscriptiones suis additamentis auxit;

d^{***}: homo Latinus qui totum epistulae ad Romanos textum Latinum eumque solum recensuit;

D^{nov}: 1 Co 9,15: erat is fortasse ex monachis monasterii eius unde codex in manus Theodori Bezae pervenit; passim notandae lectioni primae operam dedit; item ut videtur capita nunc usitata adscripsit;

sunt ex his omnibus gravissimi et in primis ad nostrum apparatum pertinent D^{**} D^{***} D^{**}_{**} quos Tischendorfius ubique siglis D^b D^c D^d significat; in foliis 162.163 insunt sub textu Novi Testamenti fragmenta Euripidis quae Godofredus Hermannus anno 1821 edidit; in codice inest ante epistulam ad Hebraeos stichometria antiquissima universorum Bibliorum, titulo „versus scripturarum sacrarum" cuius eam partem quae ad Novum Testamentum pertinet hic typis mandavi, uncis inclusi numeri quot versus in unaquaque epistula Pauli habeat ipse codex indicant:

Mt	2600		Iac	220
Io	2000		1 Io	220
Mc	1600		2 Io	20
Lc	2900		3 Io	20
Epistulae Pauli ad			Iud	60
Ro	1040	(1929)	Barnab. [He?]	850
Chorintios 1	1060	(1945)	Ioh. rev.	1200
„ 2	70	(1440)	Act	2600
Gal	350	(728)	pastor	4000
Efesios	375	(796)	actus Pauli	3560
1 Ti	208	(528)	revel. Petri	270
2 Ti	289	(391)	Epistulae quattuor hic omissae hos versus in ipso codice habent:	
Ti	140	(232)		
Colosenses	251	(469)	Phil	485
Filimonem	50	(98)	1 Th	435
1 ad Petrum	200		2 Th	223
2 ad Petrum	140		He	1364

Non retulit Tischendorfius indicem hunc ad venditorem codicis, nihilo minus aetatis magnae esse dubitari non potest.

Bezae in editione sua Novi Testamenti Graece altera anni 1582 codicem adhibuit, et in titulo verso scripsit eum „in Claromontano apud Bellovacos (Beauvais) coenobio repertum“ et paris vetustatis atque codicem $D^{evv\ act}$ esse. Wetstenius,[1] cui assentitur Tischendorfius, putat codicem magis Lugdunensem vel Cluniacensem esse quam Claromontanum, de qua re cf supra, p. 370.371. Posthac, ut videtur ante Bezam mortuum (a. 1605) erat Claudii Puteani [Dupuy] Parisiensis, inestque nota: „codex *τοῦ μακαρίτου* Puteani“; deinde fuit filiorum Puteani Iacobi et Petri bibliothecariorum regis. Antigraphum quod anno 1648 exscripsit Sarravius Oxonii Bodl. B. 8317 adservatum, teste Tischendorfio tantum non inutile est eo quod prima manus fere neglecta sit. Ipse codex, quo utebatur Iohannes Morinus[2], conlatus est in usum Usserii Armachani adiutoris Waltoni (cf supra, p. 220.221)[3] et a Michaele Falcario in usum Curcellaei Novum Testamentum anni 1658 edituri. Ante Iacobi mortem (anno 1656) emit Ludovicus XIV rex codicem reposuitque in bibliotheca regia hodie nationali. Millio,[4] qui lectiones varias ex Waltonio hausit, fuit *Clar* siglum huius codicis. Ex foliis triginta quinque anno 1707 a Iohanne Aymontio ablatis et venum datis restituta sunt unum a Stoschio Batavo anno 1720 et triginta quattuor anno 1729 a filio comitis Harleii. Wetstenius contulit codicem (siglo D) bis annis 1715 et 1716,

[1] Wetstein, *N. T. Gr.* Amstelaedami a. 1752, vol. 2, p. 3.

[2] Morinus, *Exercitationes biblicae*, pars prior, lib. 1, exerc. 2, cap. 4, Lutetiae Parisiorum a. 1633, p. 107—120.

[3] V. cl. Scrivenerus, *Intr.*[3] p. 165, verbis Millii minus recte intellectis adseverat 2245 lectiones varias ex hoc codice in Polyglottis inesse. Attamen volebat Millius hoc numero designari codicem in bibliotheca.

[4] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster. Amstelodami a. 1710, proll. paragr. 1284—1293.

quo tempore folia illa defuerunt, quae T. Nieuwenhuisius posthac contulit conlationemque cum Wetstenio communicavit. Petrus Sabatarius[1] textum Latinum anno 1749 parum accurate edidit. De codice disseruerunt Montefalconius[2] cum facsimili et fusius Griesbachius[3] qui primus correctores accuratius distinxit. Anno 1840 exscripsit Tischendorfius codicem, deinde locos innumerabiles manibus fere novem correctos perscrutatus est. Proximo anno 1841 ut sumptibus preli universitatis Oxoniensis imprimeretur, impetrare non potuit, nihilo minus eodem fere anno codicis totius correctiones accuratissime retractavit. Quoniam schedae in editione Novi Testamenti sua anni 1849 adhibitae non omni numero perfectae videbantur esse sequenti hieme Parisios repetiit et omnia diligenter quarta vice emendavit. Anno eodem 1849 totum (cum correctionibus) contulit Tregellesius deinde anno 1850 lectiones Tischendorfianas in Novo Testamento nuper editas ad ipsum codicem exegit. Denique schedas suas utriusque anni cum Tischendorfianis conlatas Tischendorfio commodavit. Praeterea quoties Wetstenii vel Sabatarii lectio suspicionem movebat, Tischendorfius officia Caroli Hasii et Friderici Duebneri in auxilium vocavit, ut vel minima ad codicem iterum exigerentur. Denique anno 1851 exeunte prodiit editio codicis Lipsiae (in titulo stat ex more bibliopolarum 1852), facsimili,[4] quod amicissime cum Tischendorfio communicaverat Tregellesius, ornata et cum appendice, p. 537—599 ubi emendationes correctorum notantur. Vidi anno 1883.

[1] Sabatier, *Bibliorum sacrorum Latinae versiones antiquae*, Parisiis a. [1749]1751, vol. 3, part. 2, p. 591—933.

[2] Montfaucon, *Palaeogr. Gr.* Parisiis a. 1708, p. 217 seq.

[3] Griesbach, *Symbolae criticae*, Halae a. 1793, vol. 2, p. 31—77.

[4] Facsimile huius codicis invenitur apud vv. cl. E. A. Bondium et E. M. Thompsonium, *Palaeographical society*, pars 1—8, Londinii a. 1873—1878, num. 63.64; et apud Silvestrium, *Pal. univ.* vol. 2.

E: Petropolitanus caesareus Muralti xx olim Sangermanensis Graeco-Latinus.

saec. IX, in 4, membr, foll. 177, binis columnis (Graeca ad sinistram) et 31 lineis in singulis paginis; litterae unciales crassiores sunt a prima manu spiritibus et accentibus ornatae; ϊ et ϋ ita; scriptura est stichometrica:

continet *Paul* Graeco-Latine; desunt *Ro* 8,21 *του θεου — κατα* 8,33 11,15 *ει γαρ — πληρωμα* 11,25 *1 Ti* 1,1 *παυλος — και μ.* 6,15 *He* 12,8 *παντες — υμων* 13,25; „versus scripturarum sanctarum" (cf supra, p. 420) in codice insunt ante He; de textu Graeco vide infra, et de Latino vide infra, IX, 2, (1), a, 4, hic mutatus est ad textum alium quam codicis Claromontani eumque cum Hieronymiano plerumque consentientem.

Nihil est nisi apographum occidentale satis vitiosum codicis D Claromontani identidem iam a D** D*** D^{***}_{***} d*** correcti, quod Eduardus de Muralt, qui ut videtur solus in catalogo suo Petropolitano anni 1840 negaverat, nunc concedit.[1] Codicis indolem veram teste Tischendorfio demonstrant „in primis monstra scripturae codicis E ex conflatis lectionibus duarum vel trium manuum codicis D orta, ut *δικαίωσινην* Ro 4,25, ortum inde quod D^{**}_{**} pro *ν* in *δικαίωσιν*, qui accentus correctori D*** debetur, notavit *νην*, accentu quidem non mutato ita, ut re vera legendum videatur *δικαίωσινην;* item ibidem 15,29 *πληρώματιρια*: quum enim pro *πληροφορια* correctores codicis Claromontani dedissent *πληρώματι*, ineptus scriba cum nova lectione retinuit syllabas duas primae lectionis; item *μετὰ ταυεῖτα τοῖς δώενδεκα* 1 Cor 15,5 ex prima lectione *μετα ταυτα τοις ενδεκα* et altera *ειτα τοις δωδεκα* confusis ortum; item *νιδιζομενοθεατριζομενοι* Heb 10,33: priorem enim lectionem *ονιδιζομενοι* corrector codicis D ita mutaverat ut litteris prima et extrema obelo transfixis adscriberet *θεατριζομενοι.*" Contulit Iohannes Gachonius in usum editionis N. T. Gr. Fellianae

[1] Muralt, *Catalogue des manuscrits grecs de la bibliothèque impériale publique*, Petropoli a. 1864, p. 13.

(cf supra, p. 222) a. 1675, siglo *Ge.* Millio fuit *Ger.* Sabatarius (vide supra, p. 422, adn. 1) codicem adiit eiusque originem perspexit. Montefalconius[1] descripsit et facsimile exhibuit. Wetstenius siglum E dedit, item textum Graecum inutilem esse adseveravit. Lessius[2] et Griesbachius[3] inspexerunt. Post incendium abbatiae s. Germani (in suburbio Parisino) saeculo octavo decimo exeunte, emit Dobrowskius codicem Parisiis, emptumque Petropolim transtulit ubi Matthaeius[4] eum vidit anno 1805. Tischendorfius lectiones varias e Wetstenio hausit, neque semper fide dignae esse videntur.

Re vera, quod ad textum Graecum attinet, delenda est notatio huius codicis praesertim codice primario D Claromontano nunc plenissime et accuratissime edito. Littera E ad epistulas Pauli exspectat codicem novum quemdam non inutilem.

F: Augiensis Cantabrigiensis collegii Trinitatis B. 17.1 Graeco-Latinus.

saec. IX exeuntis, in 4, membr, foll. 136, alt. 22.8 cm, lat. 19 cm, membranis tenuissimis, binis columnis et 28 lineis in singulis paginis; Latina semper in columna exteriore posita; litterae Graecae unciales non magnae habent nec spiritus neque accentus; saepe occurrunt litterae maiores cum Latinae tum Graecae mediis in lineis; ϊ et ϋ vel *i* et *v* scribuntur in initio verborum; hic illic invenitur linea supra vocalem initialem sic ἴδιον, quae etiam ad 1 Ti 3,16 ΌC usurpatur cum in F tum in G, et ⏜ ponitur supra vocalem sive diphthongum in primis ι et ει; punctum discernit inter verba singula (vide supra, p. 111); signum ⊱ spatia vacua implet; litterae Latinae sunt minusculae Carolinae quas dicunt; punctum ad mediam litteram, semicolon (;), signum interrogationis nonnunquam usurpantur in Latinis; confusae sunt saepissime ι et ει, ε et αι, ο et ω, ε et η,

[1] Montfaucon, *Palaeogr. Gr.* Paris. a. 1708, pp. 218—220.

[2] G. Less apud Ioh. Dav. Michaelem, *Orientalische und exegetische Bibliothek*, pars 9, Francofurti ad Moenum, 1776, p. 140—152; Lessius scribebat Parisiis die 20 Martii a. 1775.

[3] Griesbach, *Symbolae criticae*, Halae a. 1793, vol. 2, p. 77—85.

[4] Matthaei, *N. T. Gr.* Ronneburgi, a. 1807, vol. 3, append. p. 98.

η et υ, ι et υ, δ et ϑ, ϑ et τ, π et β, $\varkappa$ et χ, etc; in Latinis permutantur b et p, d et t, etc; compendia verborum Graecorum usitata adhibentur, Latinorum quae saepius occurrunt enumeravit Scrivenerus (ubi infra) p. xxxi; linea prima uniuscuiusque epistulae et littera prima uniuscuiusque capitis minio exaratae sunt; librarium Germanicum fuisse docet verbum „waltet" prima manu (?) ad $\varepsilon\xi\upsilon\sigma\varepsilon\iota\alpha\zeta\varepsilon\iota$ 1 Co 7,4:

continet *Paul;* desunt Graece *Ro* 1,1 $\pi\alpha\upsilon\lambda\circ\sigma$ — $\varepsilon\nu$ $\tau\omega$ $\nu\circ$ 3,19 *1 Co* 3,8 $\circ$ $\varphi\upsilon\tau\varepsilon\upsilon\omega\nu$ — $\pi\nu.$ $\tau\circ\upsilon$ $\vartheta\varepsilon\circ\upsilon$ 3,16 6,7 $\eta\delta\eta$ $\mu\varepsilon\nu$ — $\alpha\upsilon\tau\circ\upsilon$ 6,14 *Col* 2,1 $\varkappa\alpha\iota$ $\circ\sigma\circ\iota$ — $\sigma\tau\circ\iota\chi\varepsilon\iota\alpha$ $\tau\circ\upsilon$ 2,8 *Philem* 21 $\pi\varepsilon\pi\circ\iota\vartheta\omega\sigma$ — $\alpha\mu\eta\nu$ 25 *Heb;* desunt Latine Ro 1,1—3,19; Heb quae Latine solum exstat habet argumentum fere ad verbum argumenti huius epistulae in codice Vulgatae versionis Amiatino simile; emendatus est codex prima manu et praesertim manu secunda temporis haud multo inferioris quae etiam locis 106 verba Latina a versione Latina discrepantia supra Graeca addidit in columna altera sed locis 86 consentiunt cum versione Latina in codice G Boerneriano; textus Graecus est bonae notae, Latinus magis ex interpretatione Hieronymi quam e textu vetere pendet; de nexu inter codices F et G, vide infra, p. 428.

Codicibus G^{paul} et Δ^{evv} affinis, videtur codex F in coenobio Helvetico vel Alemannico scriptus esse. Fuit monasterii Augiae (unde Augiensis) Maioris sive Divitis („Reichenau")[1] in insula prope Constantiam, non Augiae Rheni. Postea venit in manus Georgii Michaelis Wepferi Schaphusiani, deinde Ludovici Christiani Miegii apud quem Wetstenius codicem anno 1717 Heidelbergae contulit (codex Paul F), a quo et Bentleius codicem emit anno 1718 florenis quos dicunt Batavis 250. Conlatio Bentleiana in margine editionis N. T. Gr. Fellianae exstat in bibliotheca collegii Trinitatis Cantabrigiae B. 17. 8. Filius fratris Bentleii legavit codicem collegio Trinitatis anno 1786. Anno 1842 perlustravit Tischendorfius codicem et Bentleii conlationem, primus etiam versionem Latinam in auxilium vocavit, *Anecdota sacra*

[1] V. cl. B. Kruschius in actis, *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, vol. 7, fasc. 3, p. 516, vult Augiam Maiorem Germanice „Mehrerau" esse.

et profana, Lipsiae a. 1855, p. 209—216. Tregellesius utrumque textum anno 1845 contulit. V. cl. Scrivenerus totum edidit: *An exact transcript of the codex Augiensis*, Cantabrigiae a. 1859 cum facsimili[1] 1 Ti 3,14—4,5. Vidi codicem mense Ianuario anni 1877 et anni 1883.

F^{a}: Coislinianus Parisiensis.

saec. VII; vide supra, p. 375: continet *1 Co* 7,39 11,29 *2 Co* 3,13 9,7 11,33 *Gal* 4,21.22 *Col* 2,16.17 *He* 10,26.

G: Boernerianus Dresdensis A. 145^{b} propalam expositus, Graeco-Latinus.

saec. IX exeuntis, in 4, membr, foll. (1) 99 (11), alt. 21.5 cm, lat. 19 cm, textus alt. circa 17 vel 18 cm, lat. circa 12 vel 13 cm, singulis columnis et 20—26 lineis in singulis paginis; folia 11 sub finem nunc Latinis conscripta videntur libro compacta esse ad eum finem ut quae desunt continerent; Latina inter lineas Graecas scripta sunt; litterae Graecae unciales crassae et inelegantes sunt, Latinae minusculae; Graecae sine spiritibus vel accentibus sunt sed nonnunquam habet vocalis initialis, in primis ubi asper adhibendus esset, lineam suprapositam *ήμεισ ίστανων ίνα*, ad 1 Ti 3,16 ΌC quod cum $\overline{\text{OC}}$ non permutandum est; *ί ϊ ὶ ύ ϋ υ* saepe scribuntur; ⌃ hic illic vocali additur, vide supra, p. 99.111.112; saepe usurpatur punctum simplex; signum > ut in F spatia vacua implet; litterae maiores coloribus variis turpantur; codicem ex codice stichis scripto exscriptum esse docent maiores mediis in lineis litterae, initiorum veterum monumenta, ut 1 Th 5,22:

Απο παντοσ ϊδουσ πονηρου Απεχεσθαι
Αυτοσ δε ο θσ̄ τησ ϊρηνησ Αγιασει ὑμασ ολοτελεισ
Και ολοκληρον υμων· το $\overline{\text{πνα}}$. Και η ψυχη και
το σωμα· (vide supra, p. 111—115.355 adn. 1):

continet *epistulas Pauli* tredecim omissa epistula ad Hebraeos; desunt *Ro* 1,1 *αφωρισμενοσ — πιστεωσ* 1,5 2,16 *τα κρυπτα — νομου ησ* 2,25 et ut in codice F *1 Co* 3,8—16 6,7—14 *Col* 2,1—8 *Phil* 21—25; lacunae hae non supplentur Latine ut in codice F sed vacat spatium; Philem desiit folio 99^{b} summo, eademque pagina infra exstat titulus *προσ λαουδακησασ αρχεται επιστολη*, sed quae sequuntur Latina sunt posterioris temporis; ad marginem hic illic adscriptae sunt notae brevissimae ut Ro 3,5 goddiscalcos,

[1] Facsimile exhibent vv. cll. Bondius et Thompsonius, *Palaeogr. society*, pars 9.10, num. 127.

1 Co 2,8 goddisca, 1 Ti 2,4 goddiskalkon, 4,10. π' goddiskalkon, 6,4 cont' goddiskalkon, 2 Ti 2,15 π' goddiscalkon, Aganon etiam commemoratur nonnullis locis (cf supra, p. 402); folium 23 continet versus Hibernos quos Scrivenerus cum versione Anglica exhibet;[1] textus Graecus est bonae notae, Latinus est versio vetus sed saepe ad Graeca accommodata.

Eiusdem fortasse aetatis et patriae atque codices Δ^{evv} et F^{paul}, eiusdem voluminis[2] atque ille, denique ex eodem exemplari atque hic, in Helvetia saeculo nono exeunte manu monachi Hiberni scriptus est. Fuit Pauli Iunii Lugdunensis Batavorum quo tempore J. F. Gronovius codicem contulit. Mortuo Iunio anno 1670 pervenit in manus Petri Francii (a. 1645—1704) Amstelaedami et conlatus est ab A. Bynaeo anno 1690. Libris Francii anno 1705 venum datis emptus est codex a Christiano Friderico Boernero (unde Boernerianus) professore Lipsiensi qui eum cum Kustero[3] et anno 1719 cum Bentleio communicavit; hic codicem quinque annos retinuit voluitque emere, item per aliam manum fieri curavit apographum, quod exstat Cantabrigiae in bibliotheca collegii Trinitatis B. 17. 2. Wetstenius usus est apographo conlationis cum Gronovii tum Bynaei. Post Boernerum mortuum (nat. a. 1685, mort. a. 1753) translatus est codex ad bibliothecam electoralem nunc regiam Dresdae. Christianus Fridericus Matthaeius codicem accuratissime edidit: *XIII. epistolarum Pauli codex Graecus cum versione Latina veteri vulgo Antehieronymiana olim Boernerianus nunc bibliothecae electoralis Dresdensis*, Misenae a. 1791, in 4, p. xxviii, foll. 99 et 8 (pagina ultima est p. 114), cum facsimilibus duobus 1 Co 2, 9—3,3

[1] Scrivener, *A plain introduction* etc. ed. 3, Cantabrigiae a. 1883, p. 170 adn. 1.

[2] Vide Rettigium, *Antiquissimus IV^{s} evv. codex Sangallensis*, Turici a. 1836, proll. cap. 4, p. xviii — xxiii.

[3] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster. Amstelodami a. 1710, praefat. fol. 5 recto.

1 Ti 1,1—10.[1] Angerus, Tischendorfius, Tregellesius editione ad codicem exacta vix invenerunt nisi haec emendanda, Ro 16,17 *υμασ* legendum pro *ημασ*, 1 Co 9,27 *στωμα* pro *στομα* (*σωμα*), Eph 4,16 *μερουσ* pro *μετρουσ*, Eph 4,18 *εσκοτισμενοι* pro *εσκοτισμενοσ*. Vidi codicem et facsimile feci Dresdae mense ianuario anni 1880.[2]

Pauca addenda sunt de consonantia mirabili inter codices F et G. V. cl. Scrivenerus[3] invenit 1982 locos quibus discrepant; ex his sunt 578 scribarum lapsus, 967 vocalium mutationes sive errores ex itacismo orti, 166 consonantium mutationes, 71 formae grammaticales sive orthographicae; ceteri 200 re vera sunt lectiones variae, inter quos 32 ad articulum pertinent. Consentiunt passim Graecis vitiose scriptis ut *εκδημοσ* pro *εκδηλοσ*, *εκ το* pro *εισ το*, *αστιζομενοσ* pro *λογιζομενοσ* (ΛCTIZ- pro ΛOΓIZ-), habet tamen suos quisque proprios errores, exempli causa 1 Ti 4,2 praebet G *κεκαυτηριασμενων*, F *και. καυτη ριασ μενων*· Quattuor lacunae in utroque textu Graeco eaedem: 1 Co 3,8—16 6,7—14 Col 2,1—8 Philem 21—25 affinitatem firmant, etsi ad 2 Ti 2,4.5 in Augiensi multo plus spatii quam in Boerneriano relictum est (habet uterque spatium ad 2 Ti 2,12), et contra ad Ro 14,23 praebet G spatium vacuum quod F non exhibet. Titulus epistulae ad Laodicenses in codice F non inest. Textus Latinus, in F columnam unam faciens, in G interlinearis, accedit in F multo propius ad Hieronymi versionem quam in G ubi versionem veterem

[1] Facsimile 1 Tim. 3,14—4,1 dedit etiam Matthaeius in libro *Ev. sec. Matthaeum Gr. et Lat.* Rigae a. 1788.

[2] De codice G cf v. cl. Franciscum Delitzschium, *Zeitschrift für die gesammte lutherische Theologie und Kirche*, Lipsiae a. 1864, p. 217—223, et v. cl. H. Rönschium, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, Lipsiae a. 1866, p. 281—292.

[3] Scrivener, *A plain introduction etc.* ed. 3, Cantabrigiae a. 1883, p. 170; et *Codex Augiensis*, Cantabrigiae a. 1859, p. xxvi.

invenimus hic illic ad textum emendatum fortasse Vulgatae versionis conformatam.

De ratione quae inter hos codices intercedat diu disputatum est.[1] V. cl. Scrivenerus arbitratus est F et G ab eodem exemplari Graeco, F fortasse paulo ante G, exscriptos esse, correctorem codicis F ad manum habuisse G et Graece et Latine. Sed v. cl. Hortius[2] pro certo habet F Graecum ex Graeco G exscriptum esse, F Latinum e textu Vulgato ad Graecum opem ferente Latino G conformato ortum esse.

H:
- Coislinianus Parisiensis nationalis 202 . . foll. 12
- Athonus . . . . . „ 9
- Petropolitanus { Antonianus . . . . foll. 3 / caesareus Muralti XIV. „ 2 } ” 5
- Moscuensis sanctae Synodi 60 (LXI) (a.) foll. 289 „ 2
- Taurinensis bibliothecae nationalis B. 1.5 . „ 2
- Chiovensis Porfirianus . . . . . „ 1

saec. VI, in 4, membr, foll. 31, singulis columnis et 16 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae et quadratae ornatae sunt spiritibus et accentibus a manu secunda; punctum unum ad summam mediam imam litteram invenitur, est tamen fortasse a manu secunda, nam saepe ubi punctum adhibetur vix quidquid spatii inter litteras relinquitur; litterae initiales ceteris non maiores sunt; in stichos disposita sunt verba; compendia usitata adhibentur:

continet *1 Co* 10,22 *εσμεν — η ελευθερια* 29 11,9 *ανηρ — του θεου* 16 *2 Co* 4,2 *σιν ανων — οστρα[κινοις]* 7 10,8 *εαν — συνκρινοντεσ εαυ* 12 10,18 *ου γαρ — γνωσει* 11,6 11,12 *ινα ενκοψω — εκτοσ του σ. ουκ οιδα* 12,2 *Gal* 1,1 *παυλοσ — πειθω* 10 2,9 *και βαρν. — γενοιτο* 17 4,30 *ου μη γαρ κληρονομησει — απεκδεχομεθα* 5,5 *Col* 3,4 *εν δοξη — ελλην* 11 *1 Th* 2,9 *και τον [κοπ]ον — αληθωσ* 13 4,5 *μη εν παθει — και φιλοτιμισθαι* 11

[1] Wetstein, *N. T. Gr.*; J. D. Michaelis, *Einleitung in die göttlichen Schriften des Neuen Bundes*, ed. 3, Gottingae a. 1777, vol. 1, p. 500.501, idemque liber a Marshio Anglice editus, Cantabrigiae a. 1793, vol. 2, p. 225 ff., vol. 3, p. 670 ff.

[2] Hort, *Journal of philology*, Londinii et Cantabr. a. 1871, vol. 3, p. 67 seq. adn. et Westc.-Hort, *N. T.* vol. 2, intr. par. 203. Aliter v. cl. Lightfootius, *ibidem*, a. 1869, vol. 2, p. 292, et minus fidenter a. 1871, vol. 3, p. 210 et in commentario *Colossians*, p. 345.

1 Ti 3,7 *δει δε — εν χριστω ιησου* 13 6,9 *οι δε βουλομενοι — τα παντα* 13 *2 Ti* 2,1 *μου εν τη χαριτι — κακουργοσ* 9 titulum epistulae ad Titum *Tit* 1,1 *παυλοσ — του σωτη* 3 1,15 *απιστοισ ουδεν — αγαθασ* 2,5 3,13 *ζηναν — υμων* 15 *He* 2,11 *δε την αιτιαν — σπερματοσ αβρααμ* 16 3,13 *αχρισ ου — μη εισε* 18 4,12 *ζων γαρ — ασθενιαισ ημων* 15 10,1 *των μελλοντων — θελημα* 7 10,32 *υπεμειναται — ψυχη μου* 38; — *Parisiensia* sunt 1 Co 1 Ti cap. 3 Tit He capp. 2.3.4; *Athona* 2 Co capp. 10.11.12 Gal 1,1—4 2,14—17 4,30—5,5; *Antoniana* 2 Co cap. 4 1 Th; *Petrop. caesar.* Gal 1,4—10 2,9—14; *Moscuensia* He cap. 10; *Taurinensia* 1 Ti cap. 6 2 Ti; *Porfiriana* Col; insunt in codice varia quae ad argumenta Euthaliana epistularum ad He 1 Ti Tit spectant, et haec quae Tischendorfius ex foliis Parisiensibus exscripsit; *ἔγραψα καὶ ἐξεθέμην κατα δυναμιν στειχηρὸν· τόδε τὸ τεύχος παύλου τοῦ ἀποστόλου πρὸσ ἐγγραμμὸν καὶ εὐκατάληπτον ἀνάγνωσιν. τῶν καθ' ἡμασ ἀδελφῶν παρῶν ἁπάντων τολμησ συγγνώμην αἰτῶ. εὐχὴ τῆ ὑπὲρ ἐμῶν· τὴν συνπεριφορὰν κομιζόμενοσ· ἀντεβλήθη δὲ ἡ βιβλοσ· πρὸσ τὸ ἐν καισαρία ἀντίγραφον τῆσ βιβλιοθήκησ τοῦ ἁγίου παμφίλου χειρὶ γεγραμμένον αὐτοῦ.*

Folia haec olim in monte Atho tegumentis librorum manuscriptorum adglutinata nunc dispersa sunt cum libris illis. Quae Parisiis fuerunt (primo folia 14 sed post incendium bibliothecae duo translata sunt Petropolim) quattuordecim folia anno 1218 ad Laura s. Athanasii in monte Atho in libros sex manuscriptos compingendos a Macario quodam — rectius est dici eum Schetlios! — adhibita sunt; folia Moscuensia anno iam 975 teste Matthaeio eodem modo adhibita sunt compingendo codici Gregorii Nazianzeni, et usque ad annum 1665 manserunt in Laura s. Athanasii in monte Atho; folia Taurinensia erant in compagine catenae Nicetae Heracleensis in Psalterium, saeculi duodecimi. Folia 14 Parisiensia olim Coislini episcopi Metensis edita sunt a Montefalconio[1]. Moscuensia primus vidit Matthaeius[2]. Tischendorfius[3] percepit codicis H esse partem. Athona

[1] Montfaucon, *Bibliotheca Coislinïana*, p. 253 seqq.

[2] Matthaei, *D. Pauli epp. ad Hebr, et Col.* Rigae 1784, p. 58.

[3] Tischendorf, *Herzog's Real-Encyklopädie*, ed. 1, Gothae a. 1865, vol. 19, p. 191.

edidit v. cl. Duchesnius[1]. Tischendorfius praeparabat editionem foliorum Parisiensium, Antonianorum, Caesareo-Petropolitanorum, Moscuensium, Porfiriani. V. cl. Bernardinus Peyronius[2] disseruit de foliis Taurinensibus, quae v. cl. Oscarus de Gebhardt amicissime transcripsit in meum usum die 27 mensis februarii anno 1882. Facsimilia praebent vv. cll. Sabas[3] et Silvestrius[4].

I²: Petropolitanus, vide supra, p. 378. Muralti VI. II. (5.) (6.)

saec. V, in 4, membr, rescr, fol. 2, binis columnis et 24 vel 25 lineis in singulis paginis; litterae initiales maiores et litterarum seriem excedentes insunt:

continet *1 Co* 15,53 *τουτο — ανεω* 16,9 *Tit* 1,1 *παυλοσ — αιτιαν* 1,13; textus optimae est notae.

Editus in *Mon. sacr. ined.* vol. 1, p. 45—48.

K: Moscuensis s. Synodi XCVIII.

saec. IX; vide supra, p. 415 : continet epistulas Pauli cum scholiis Damasceni; desunt *Ro* 10,18 *ἀλλὰ λέγω — ταύτην καί 1 Co* 6,13 *1 Co* 8,7 *τινὲσ δὲ — ἀπέθανεν* 8,11.

Matthaeii est *g;* Scholzii est Paul 117.

L: Angelicus Romanus A. 2.15.

saec. IX; vide supra, p. 416, mut : continet *Paul;* deest *He* 13,10 *εξουσιαν — υμων Philem* 25.

M: { Londinii musei Britannici Harl. 5613*.
Hamburgensis bibliothecae urbis cod. Gr. 50.

saec. IX, in fol, membr, foll. 4, Londin. alt. hodie circiter 26 cm, lat. 20.8 cm, text. Lond. alt. circiter 22 cm, col. lat. 6.5 cm, binis columnis;

[1] Duchesne, *Archives des missions scientifiques et littéraires*, ser. 3, vol. 3, Parisiis a. 1876, p. 420—429.

[2] Peyron, „Di due frammenti greci delle epistole di san Paolo del V o VI secolo che si conservano nella bibliotheca nationale di Torino", *Atti della R. Accademia delle scienze di Torino* [pro die 1 mensis februarii a. 1880], vol. 15 (a. 1879), fasc. 4, p. 493—498.

[3] Sabas, *Specimina palaeographica codicum Graecorum et Slavonicorum bibliothecae Mosquensis synodalis*, Moscuae a. 1863, p. 1—4 et tab. A.

[4] Silvestre, *Paléographie universelle*, Paris. a. 1841, vol. 2, num. 63.64.

folia duo Londinensia ll.38, folia duo Hamburgensia ll.45; rubro scriptus (non atramento) ut textus in codicibus Evv 196.254.362.366; litterae maiores litterarum seriem excedentes novam rem indicant; litterae unciales formae posterioris ornatae sunt spiritibus accentibusque; iota adscriptum occurrit ter He 13,21 *ὧι ἡ δόξα*, 2 Co 1,1 *τῆι ἐκκλησία*, 2 Co 1,4 *τῆι θλιψει* (erravit Griesbachius qui iota subscriptum codici inesse scripserit); triplex puncti usus ad summam mediam imam litteram observatur; signum interrogationis invenitur He 3,17 *ἐρήμω;* v. cl. Scrivenerus enumeravit errores decem ex itacismo; raro invenitur *ν ἐφελκυστικόν;* in titulo epistulae ad Hebraeos et secundae ad Corinthios exstat phrasis *ἐκτεθεῖσα ὡσ ἐν πίνακι*, quae verba Henkius ad scripturae characterem codicillarem retulit ut qui *γράμμα βασίλειον* exhiberet, Tischendorfius autem ad epistulae epitomen nunc omissam:

continent folia Londinensia *1 Co* 15,52 *σαλπίσει — ἐλθεῖν ἵνα* *2 Co* 1,15 *2 Co* 10,13 *σόμεθα. ἀλλὰ κατὰ — ἀσθενείαισ μου* 12,5, exciderunt hic illic verba pauca, — folia Hamburgensia titulum epistulae ad Hebraeos et *He* 1,1 *πολυμερῶσ — εἰσ τήν* 4,3 12,20 *βοληθήσεται — ἀμήν* 13,25; textu ad optimos testes hic codex accedit.

Folia Hamburgensia olim in Italia inde transierunt in bibliothecam Marckianam (H. van der Merk); qua bibliotheca anno 1712 Hagae Comitum venum data emit Zacharias Conradus ab Uffenbach consul Francofurti ad Moenum haec folia. Uffenbachius anno 1717 communicavit ea cum Wetstenio et nescio quo tempore cum Bengelio[1]; Wetstenio siglo Paul 53 designavit. Posthac erant Iohannis Christophori Wolfii, isque anno 1739 moriens bibliothecae publicae Hamburgi legavit. Anno iam 1800 tractavit de foliis his Henricus Philippus Conradus Henkius[2]. Tregellesius folia haec bis contulit schedasque suas cum Tischendorfio Hamburgo Lipsiam reversus communicavit. Tischendorfius folia Hamburgi

[1] Bengel, *N. T. Gr.* Tubingae a. 1734, p. 377.

[2] Henke, *Inest codicis Uffenbachiani, qui epistulae ad Hebraeos fragmenta continet, recensus et specimen aere exsculptum*, Helmstadii a. 1800, p. xxx. Est libellus academicus Ant. Aug. Heinr. Lichtensteinium theol. doctorem renunciandi causa scriptus.

transcripsit et edidit in *Anecdotis sacris et profanis*, Lipsiae a. 1855, p. 174—189. Vidi anno 1878.

Folia Londinensia primus contulit Griesbachius[1], cui codex Paul 64 haec erant; is similitudine horum et foliorum Hamburgensium perspecta utraque ex eodem codice vel saltem ab eodem scriba scripta esse docuit. Tischendorfius inter editionem foliorum Hamburgensium parandam Londinii folia alia vidit et Griesbachii iudicio probato haec quoque eodem libro cum Hamburgensibus edidit, p. 190—205. In editione repetita *Anecdotorum*, anno 1861 correcti sunt errores quinque in textu codicis huius anno 1855 edito. Folia Londinensia, codici Act 60 formae minoris praefixa et suffixa, separatim compingenda curavit v. cl. E. Maundius Thompsonius me suadente anno 1883; vocabula nova pauca legi.

N: Petropolitanus caesareus Muralti XXXII, Dobrowskii 258 (285?) in catalogo V. 1.

saec. IX, in 4, membr, mut; folia duo, binis columnis et nunc 25 (nonnullis exscissis) lineis in singulis paginis; litterae unciales spiritibus accentibusque ornatae sunt; triplex puncti usus ad summam mediam imam litteram observatur; tituli sectionum et κε῾φ minio scripti sunt; litterae maiores praeponuntur paragraphis: continet *Gal* 5,12 *καὶ ἀποκόψονται* — *καύχη[μα]* 6,4 *He* 5,8 *[ἔ]παθεν τὴν* — *ἐπιλαθέσ[θαι]* 6,10, sed multa exscissa sunt; ad marginem adscripta fuit catena cuius nihil nisi fragmenta supersunt.

Est ex tegumento libri manuscripti opera Manuelis Cretensis anni 1424 continentis, quae rescripta sunt supra opera Chrysostomi saeculo decimo exarata. Detecta sunt folia a Tischendorfio. In Tregellesii supplemento, p. 1021, siglum habet O^d.

O: Petropolitanus caesareus Muralti IX.

saec. VI, in fol, membr, folia duo, binis columnis et 18 lineis in singulis paginis; litterae unciales magnae absque spiritibus et accentibus continue scriptae sunt; litterae maiores et litterarum seriem excedentes novam rem notant; compendia usitata adhibentur; *ï* et *ÿ* ita ad verborum initium:

[1] Griesbach, *Symbolae criticae*, Halae a. 1793, vol. 2, p. 164—166, et *N. T. Gr.* ed. 2, Halae 1806, vol. 2, p. xxv.

continet *2 Co* 1,20 *αυτου το αμην τω θεω — ελθων δε εισ* 2,12; textus est optimae notae.

Ex Oriente Petropolim translatus a Tischendorfio anno 1859. In Tregellesii supplem., p. 1021, est O^a.

O^b: Mosquensis
saec. VI, in ?, membr, folium unum:
continet Eph 4,1—18; desunt nonnulla.

Vidit Tischendorfius codicem Moscuae anno 1868.

P: Porfirianus Chiovensis.
saec. IX; vide supra, p. 417: desunt *Ro* 2,15 syllabae duae ultimae *μενων — η αδικια η* 3,5 8,33 *θεοσ ο δικαιων — ινα η κα* 9,11 11,22 *και αποτομιαν — θυσιαν* 12,1 *1 Co* 7,15 *υμασ ο θεοσ — περιπατει* 7,17 12,23 *του σωματοσ — ου λογι* 13,5 14,23 *η απιστοι — το λαλειν μη* 14,39 *2 Co* 2,13 *αυτων* et ex syllaba ultima *ιαν — ζωησ εισ* 2,16 *Col* 3,16 *ωδαισ — ον ε* 4,8 *1 Th* 3,5 *μηκετι — ημεισ οι* 4,17; praeterea verba multa legi non possunt in 2 Co 1,1—6 2,13.16 12,1.2 Eph 4,1—3.8—12.14.15 Phil 1,10.12.13.15 He 12,9.10 1 Ti 6,7.9—12 2 Ti 1,2—5.

Codicis pars quae ad epistulas Pauli attinet edita est in *Mon. sacr. ined.* Lipsiae a. 1865, vol. 5, p. 58—364.

Q: Porfirianus Chiovensis.
saec. V, *papyraceus*[1], quinque fragmenta ut videtur; litterae unciales magnae sine spiritibus et accentibus sunt; punctum simplex ad summam litteram usurpatur; *ϊ* scribitur in *ϊνα*:
continet *1 Co* 1,17 *ογων ϊνα μη — συνζητητ* 1,20 6,13 *τι·* (14) *ο* $\overset{\delta\varepsilon}{\theta\bar{o}}$ *— ματ[α υμων μελη]* $\chi\bar{υ}$ *ε* 6,15 6,16 *[κ]ο[λ]λω[μενοσ τη πο]ρνη εν — νε* (?) 6,18 (fragmento verso videntur litterae nonnullae ex versibus qui sequuntur exstare) 7,3 *οφει[ληγ] — σιαζει· αλλ[α ο ανηρ]* 7,4 7,10 *[ε]γω — [εαν δ]ε και* 7,11 7,12 *[εχ]ει απιστ — [και ηγ]ιασ[ται η γυνη]* 7,14 (in hoc fragmento verso scripta sunt neglegenter nonnulla litteris minusculis); nulla linea est tota salva; nonnisi verborum panni supersunt.

[1] De codicibus uncialibus papyraceis conferendus est Gardthausenius, *Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der königl. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften*, Lipsiae a. 1878, vol. 30, p. 56—61; — et de fragmentis lectionarii minusculi-cursivi papyracei Vindobonensibus conferendus est v. cl. Carolus Wessely, „Evangelien-Fragmente auf Papyrus", *Wiener Studien*, Vindobonae a. 1882, fasc. 2, p. 198—214: horum textus optimae notae est.

Praeter haec folia nullum habemus textum Graecum Novi Testamenti uncialibus litteris in papyro scriptum. A v. cl. Porfirio in Oriente reperta, Tischendorfius ea legit Petropoli anno 1862. In Tregellesii supplem., p. 1021, est O^c.

R: Cryptoferratensis Z. β. I.

saec. VII exeuntis, in 4, membr, rescr, folium unum; punctum simplex et duplicatum habet; litterae maiores usurpantur ad initium paragraphorum; scriptio continua est absque spiritibus et accentibus: continet *2 Co* 11,9 *υστερημα — αφρονων* 11,19; quas paucas habet lectiones bonae notae sunt; scriptura nova est Homeri Ilias.

Edidit fragmentum hoc v. cl. Iosephus Cozza, *Sacrorum bibliorum vetustissima fragmenta Graeca et Latina ex palimpsestis codicibus bibliothecae Cryptoferratensis eruta*, Romae a. 1867, I. II, p. 332—335. Facsimile unius lineae ad p. 313 videtur praebere *MH ov θαυμα* ubi Cozza *KAI ov θαυμα* edidit.

4.

AD APOCALYPSIM.

Pertinent ad Apoc codices unciales quinque, ex quibus tres ℵAB textum integrum praebent, duo CP maximam textus partem. Saeculorum sunt:

ℵ: quarti — B: octavi
AC: quinti — P: noni.

ℵ: Sinaiticus Petropolitanus

saec. IV; vide supra, p. 345 : continet apocalypsim integram.

A: Alexandrinus Londinensis

saec. V; vide supra, p. 354 : continet apocalypsim integram.

B: Vaticanus Romanus 2066 olim Basilianus 105.

saec. VIII exeuntis, in 8, membr, foll. 20 (sunt haec in codice foll. 259—278 etsi ex errore 249—268 numerata; codex habet folia 316), litterae unciales simplices ad dexteram inclinatae continue scriptae ornatae sunt spiritibus et accentibus a prima manu; punctum prudenter in summa media ima littera pro loci natura ponitur: continet apocalypsim integram; textus haud ideo bonus est saepe attamen cum ℵAC consentit; apocalypsis inter Basilii Magni

et Gregorii Nysseni opuscula et alia patristica manu eadem scripta locum habet.

Blanchinus primus de codice disseruit.[1] Wetstenius Quirinio cardinali intercedente accepit lectiones varias nonnullas indiligenter excerptas huius codicis cum editione N. T. Gr. Moriniana Parisiis a. 1628 edita conlati, et edidit in Novo Testamento Graeco suo, Amstelaedami a. 1752, vol. 2, p. 894—896, praeter lectiones ad 21,5—22,20 quae in apparatu insunt; Wetstenius codici siglum B dedit, quasi locum codicis celebris Vaticani 1209 in apocalypsi teneret. Anno 1843 Tischendorfio Romae degenti id unum concessum est (Maio suae editionis laudi nimis providente) ut facsimile litterarum uncialium faceret, inter litteras delineandas autem textum contulit cum editione sua anni 1841 publicique iuris fecit in *Mon. sacr. ined.* Lipsiae a. 1846, p. 407—431 cum facsimili, tab. III, num. 9. Anno 1843 vidit Tregellesius codicem quattuorque paginas accurate delineavit; praeterea transcripsit lineas primas et ultimas uniuscuiusque paginae et errores paucos conlationis Tischendorfii correxit;[2] cautius vero quam sollertius codicem primum L posthac Q designavit. Editio Angeli Maii (mortui anno 1854), anno 1838 typis expressa, publici iuris primum anno 1857 facta, nonnulla rectius exhibuit, ipsa tamen mendis non carebat.[3] Anno demum 1866 concessa est Tischendorfio facultas codicis exscribendi, unde eum edidit in libro *Appendix Novi Testamenti Vaticani*, Lipsiae a. 1869, p. iii—vi, et 1—20.[4]

[1] Bianchini, *Evangeliarium quadruplex*, Romae a. 1748, part. 1, vol. 2, p. dxxiv cum facsimili.

[2] Tregelles, *An account of the printed text* etc, Londinii a. 1854, p. 156 seq.

[3] Vide etiam *N. T. ex vetustissimo codice Vaticano secundis curis editum studio Angeli Maii*, Romae a. 1859, in 8.

[4] Cf Iosephum Cozzam, *Ad editionem Apocalypseos s. Iohannis . . . Lipsiae anno 1869 evulgatam animadversiones*, Romae a. 1869.

C: Ephraemi Parisiensis.
saec. V; vide supra, p. 366 : desunt *Apoc* 3,19 *νοησον — και προσε* 5,14 7,14 *οι ερχομενοι — ο θεοσ παν* 7,17 8,5 *και ειληφεν — αριθμον αυτον* 9,16 10,10 *εφαγον αυτο επικρ — προφητευσουσιν ημερασ* 11,3 16,13 *τα ωσ βατραχοι — ακαθαρτον και φυλακη* 18,2 19,5 *και οι μεγαλοι — αμην* 22,21.

P: Porfirianus Chiovensis.
saec. IX; vide supra, p. 417; desunt *Apoc* 16,12 *η οδοσ — εκ των επτα* 17,1 19,21 syllaba ultima *των — αγιων και την* 20,9 22,6 *ταχει — παντων* 22,21. Editus in *Mon. sac. ined.* Lipsiae, a. 1869, vol. 6, p. 1—88.

Signa sive compendia haec olim adhibita sunt pro codicibus uncialibus qui in hac editione signis Wetstenianis sive aliis ad eorum normam in usum receptis designati sunt.

Evv

A: Wolfii = G^{evv}
A: Knittelii = P^{evv}
Alex: Millii = A
B: Wolfii = H^{evv}
B: Knittelii = Q^{evv}
B^1: Millii = E^{evv}
β′: Stephani = $D^{evv\ act}$
Bas α / Basil α: Bengelii = E^{evv}
$Borg^1$: Birchii = T^{evv}
Ca: Fellii / Cant: Waltoni, Millii = $D^{evv\ act}$
Cypr: Millii = K^{evv}
Γ: Scholzii = N^{evv} Rom
η′: Stephani = L^{evv}
I: Wetstenii, Griesbachii, Scholzii, Tischendorfii^{1849} = N^{evv} Lond
Λ: Tischendorfii^{1849} = Evrm 312
Mosc: Bengelii = V^{evv}
Nanii: Münteri, Birchii = U^{evv}
N^b: Tischendorfii ed. VII = I^b
O: Wetstenii, Griesbachii, Scholzii = Evrm 295
Paris 2: Kusteri = M^{evv}
Paris 9: Kusteri = C
R: Griesbachii, Scholzii = Evrm 294
R: Tischendorfii ^{1849} = $W^{b\ evv}$
S: designaverunt nonnulli hac littera codicem ℵ Sinaiticum ut littera Hebraica supersederent.
Υ: Scriveneri = $W^{g\ evv}$
Vat: Millii = $B^{evv\ act\ epp}$
Φ: Gebhardtii = codicum 13.69. 124.346 fons communis.
Φ: Scriveneri = codex Hierosolymitanus rescriptus qui nonnulla ex Novo Testamento continere dicitur.
15: Matthaeii = O^{evv}
257^{evv}: Scholzii = O^{evv}
299^{evrm}: Scriveneri = T^f

Act Cath Paul Apoc

Aug 2: Birchii = $L^{act\ paul}$
B: Fellii = E^{act}
Boerner: Kusteri = G^{paul}
Cl: Fellii
Clar: Waltoni, Millii = D^{paul}
frag. vet. ap. Mat.: Matthaeii, Scholzii = H^{paul}
$G^{act\ epp}$: Wetstenii, Scholzii = $L^{act\ epp}$
G^{cath}: Tischendorfii 1849 et ed. VII = L^{cath}
$G=L^{cath}$: Tischend. ed. VII = L^{cath}
$G^{a\ act}$: Tregellesii suppl. = G.
g: Matthaeii = K^{act}
Ge: Fellii
Ger: Millii = E^{paul}
I^{cath}: Tischendorfii 1849 = K^{cath}
I^{paul}: Scholzii = L^{paul}
L^{apoc}: Tregellesii = B^{apoc}
$Laud^{3}$: Millii = E^{act}
N^{c}: Tischendorfii ed. VII = H^{paul}
O^{a}: Tregellesii suppl. = O^{paul}
O^{c}: Tregellesii suppl. = R^{paul}
O^{d}: Tregellesii suppl. = N^{paul}
Q: Tregellesii = B^{apoc}
Uff^{1}: Bengelii = M^{paul}
53^{paul}: Wetstenii, Griesbachii, Scholzii = M^{paul}
64^{paul}: Griesbachii, Scholzii
102^{cath}, 117^{paul}: Scholzii = $K^{cath\ paul}$

Adde p. 386.

O^{g}: Parisiis bibliothecae Arsenalis 8407 sive MS Gr. 2. saec. IX, in 4, membr, foll. 62r—64r, in psalterio (foll. 66), alt. 22 cm, lat. 15.3 cm, col. 1 (foll. 64v—66 coll. 2), ll. 42, litt. circiter 46 in lin; sine spiritibus; accentus puncti sunt; vocabula punctis separata sunt ut in codicibus $F^{paul}G^{paul}$; Latina in pagina sinistra sunt:

continet Psalmos Graece, cantica Veteris Testamenti Graeco-Latine, *cantica Mariae Zachariae Simeonis Graeco-Latine;* insunt etiam oratio dominica et credo Gr.-Lat., Sanctus, Agnus Dei, vaticinia gentium de Christo.

Saeculo nono scriptus, manu Sedulii Scoti, qui anno 818 claruit: fol. 55 recto, sub psalmum 151, *σεδύλιοσ·σκόττοσ·εγὼ·εγραψα* invenitur; verba *σκόττοσ·εγὼ·εγραψα* post alia scripta sunt; *σ* sub initium vocabuli *σκόττοσ* scribitur supra punctum secundum quod post *σεδύλιοσ* . . ita stabat; et atramentum verborum trium minus atrum est; nihilominus puto Sedulium ipsum haec verba adiecisse et pulvere conspersisse ut citius siccescerent. Saeculo decimo sexto ineunte fuit codex hic in monasterio s.

Nicolai de Prato extra muros Virdunenses, saeculo decimo octavo ineunte in monasterio s. Michaelis diocesis Virdunensis in Lotharingia unde Montefalconius[1] librum accepit et fusius descripsit. Perlustravi die 10 mensis octobris anni 1883, et iterum adire volo.

Adde p. 392.

Tf: Mellsiae Horneri

saec. IX, in fol, membr, fol. 1, alt. 31.2 cm, lat. 28 cm, coll. 2, ll. 24.25, litt. 12—15 in lin; litt mai atr; ϊ ita saepe etiam in diphthongis; spiritus desunt; nonnullis locis videtur accentus circumflexus poni; compendia usitata insunt; est folium ex evangeliario Graeco-Thebaico; pericopa unaquaeque Thebaica sequitur Graecam; scatet erroribus ex itacismo aliisque librarii vitiis:

continet Mt 4,2—11; textus bonae est notae.

Ex Dair al Abiad in Aegypto superiore in Angliam translatus anno 1873 a v. cl. Georgio Hornero, verbi divini ministro Mellsiae prope Fromiam in comitatu Somerset. Folium exscripsi atque facsimile feci apud amicissimum possessorem mense novembri anni 1883. Spero fore ut v. cl. Hornerus studia eius Coptica in usum rei Novi Testamenti criticae vertat.

Twoi: Olim Woidii, hodie Oxonii officinae Clarendonianae; fortasse mox bibliothecae Bodleianae data erunt haec fragmenta Woidiana; fasciculus (14) titulum habet: „Coptic and Sahidic MSS from Cairo", intra hunc fasciculum quaere fasciculum 7, et, in fasciculo 7, numeros v et viii; Graeco-Thebaica.

saec. V, in fol, membr, foll. 9, alt. 36.8 cm, lat. 28.7 cm, paginae numeratae sunt Coptice, coll. 2, ll. 35, litt mai atr; spiritus et accentus passim scribuntur, saepe falso; Graeca sunt in folio verso: *perge* p. 392: codicis Ta prorsus etc.

Adde p. 397.

Wg: Londinii mus. Brit. Add. 31,919 olim Sunderlandius vel Blenheimius 3. D. 13.

saec. IX, in fol, membr, rescr. foll. 36 (ex 108 in codice),

[1] Montfaucon, *Palaeogr. Gr.* Par. a. 1708, p. 235—247; facsimile non bene confectum est; vocabulum ἐγώ non stat infra alia in codice.

alt. 33 cm, lat. 25.8 cm, coll. 2, ll. 20 (fol. 23 mg ll. 25); litterae maiores columnarum seriem excedunt; Amm (non Eus), lect;

continet *Mt* 1,1—14 5,3—19 12,27—41 23,9—25,30 25,43—26,26 26,50—27,17 *Mc* 1,1—42 2,21—5,1 5,29—6,22 ex alio codice *6,14—20* 10,50—11,13 *Lc* 16,21—17,3 17,19—37 19,15—31 *Io* 2,18—3,5 4,23—37 5,35—6,2; textus non videtur bonae esse notae; margo folii 23 est fragmentum ex codice alio unciali et continet Mc 6,14—20.

Codex in quo haec folia insunt est menaum pro mense februario scriptum manu Ignatii metropolitani Selymbriensis anno 1431; omnia codicis folia sunt nisi fallor rescripta; illa vero 36 sola uncialibus litteris primum ornata sunt. Viri cll. T. K. Abbottus et I. P. Mahaffy[1] e collegio Trinitatis Dublinensi anno 1881 folia 34 detexerunt. Emptus est codex mense aprili anno 1882 a museo Britannico. Detexi folia reliqua duo rescripta mense ianuario anni 1883. Codex Ashburnhamensis num. 208 continet menaei illius Ignatii mensem novembrem et fragmentum mensis decembris, folia vero in eodem rescripta non sunt ex eodem codice vetere atque W^{g}.

W^{h}: Oxonii Bodl. Arch. Seld. supra 2, olim 3390 (est codex Evrm 26).

saec. IX, in 8, membr, rescr, foll. 2 (fol. 2 et 7 ex quaternione) alt. 17.5 cm, lat. 13.7 cm, col. 1, ll. 26, litt. 21—24 circiter in lin, litt mai color in margine ad initium capitum; nitide exaratus; membrana satis tenuis; ornatur spiritibus atque accentibus; capp, Amm, Eus:

continet *Mc* 3,15 *λειν τα δαιμόνια — περι αυτον* 32 5,16 *το τῶι δαιμονιζομενωι — συνθλιβοντα σε* 31; textus non est bonae notae.

Detexi atque exscripsi haec folia mense martio anni 1883, exscriptaque v. cl. Scrivenero die 17 mensis aprili monstravi, unde Addendum illud apud Scrivenerum, *Intr.*[3], p. xvi: *p. 281.* Alia pauca inter Scriveneri Addenda, mea sunt, e. g. eadem pagina xvi: *p. 289*, detexi nomen Demetrii illius atque annum.

[1] Mahaffy, „An uncial MS. of the gospels," *The Athenaeum*, Londinii a. 1881, die 2 mensis iulii, p. 14[b c].

VII.

DE CODICIBUS UNCIALIBUS.

SUPPLEMENTUM.

Adde p. 439, l. 5.

O^h: Taurinensis Regius B. VII. 30.

saec. VIII vel IX, 14.5 cm × 10.1 cm, membr, foll. 303, col. 1 (8 cm × 5 cm), ll. 20, litterae maiores coloratae; atramentum fuscum; litterae supra lineas; litterae textus alt. 2 mm ad dextram inclinatae; litterae glossarum rectae; optime exaratus:

[Psalterium et Cantica cum glossis;] foll. 273r—274v *Lc* 1,46—55; 68—79; 2,29—31. Exscripsi diebus 8 et 9 mensis Februarii anni 1886.

Adde p. 392, post T^f.

T^g: Parisiis musei Aegypt. in Lupara (Louvre) 7332.

saec. IV—VI?, membr, fragmenta duo parva: continent vocabula quattuor ex *1 Tim* 6,2 et viginti fere ex *1 Tim* 3,15.16; teste Zahnio habet *ω εφανερωθη* et *και ε[δικαιωθη]*. V. cl. Theodorus Zahn. detexit et, quae legit, typis exscripsit[1].

Adde p. 396, sub codice W^e.

W^e: Atheniensis bibliothecae Nationalis.

saec. IX, 33.3 cm × 23.5 cm mut, membr, foll. 2, col. 1, ll. 4 etc; litt 17.18.24 in lin, litt alt. 4 mm; atr fusc; spir et acc; litt unc *εθοσ* compressae; sunt eiusdem codicis atque folia illa decem iam descripta; sunt haec folia duo in tegumento codicis qui, saeculo XIV scriptus Zonarae continet *ἑρμηνείαν εἰσ τουσ ἱεροὺσ κανόνασ*; fuit olim codex 31 in bibliotheca monasterii *τῶν μεγάλων πυλῶν*.

continet *Ioh* 3,12.13.20.21.22 cum commentario ex Ammonio, Origene, Theodoro, Severo Antiocheno, Diodoro; Severi laudantur

[1] Zahn, T., *Forschungen u. s. w. III. Theil. Supplementum Clementinum*, Erlangae a. 1884, p. 277. 278.

verba ἐκ τῆσ προὸσ ἐμισηνοὺσ ε̄ ἐπιστολῆσ. Detexi et exscripsi die 16 mensis Augusti anni 1886.

Emendatius lege p. 397 sub codice X.

X: Monacensis bibl. univ. MS. fol. 30 olim I. 26.

saec. X, 37.6 × 26.3, membr, foll. 160, coll. 2 (26.3 × 6.2; 2 coll. = 16.4), ll. 45, litt mai nig, membr crass, atr fuscorubrum, disp et lin usit, litt infra lin:

continet *Mt* 6,6(7—9)(10)11. 7,1 etc ut p. 397 *Mc* 6,47—16,20 (mut 14,13.14.25.26.27.61.62.63.64 15,32—16,8 mg abscisso) *Lc* ut p. 397 *Joh* 1,1—3,8 (4,6—5,42 chart m sec; olim sine dubio 3,8—7,1) 7,1 etc ut p. 397; ordo est Mt Joh Lc Mc, etsi bibliopegus Matthaeum duobus primis foliis exceptis post Mc posuit; Mt Joh Lc comm habent, Mc caret commentario quippe qui apud Mt et Lc iam satis illustratus sit; comm in Mt et Joh nomen Chrys prae se fert, in Lc Titi; comm magna ex parte e quaestionibus et responsis constat; f. 51 v, a et 52 r, a *ησυχίου πρεσβυτ ἱεροσολ*; f. 57v *πιλουσιωτου*; f. 92 r, b *τοῦ πηλουσιώτου*.

V. cl. Iohannes Bruderus anno 1882 contulit. Vidi 23 Mart 1887 et 30 Aug 1888.

Adde X[b], cf infra, p. 449.

Adde p. 440, sub finem.

W[i]: Parisiensis.

saec. VII vel VIII, 17.3 cm mut × 21.8 cm mut, membr, folia duo (olim in fasciculo quartum et quintum), coll. 2, ll. 15 olim 24; membr non tenuis; litterae unciales magnae, ad dextram inclinatae; hic illic spiritus; accentus tantum non desunt (*ἡν* fol. 1v, b, l. 9); litterae *εθοσ* compressae; litterae maiores atrae; lect man sec quae etiam sub init lectionis uniuscuiusque Amm addidit; compendia usitata:

continet *Lc* 4,3—5.6—8.10—13.14—16.18.19.21.22.23—25.26—29. Olim Emanuelis Milleri, professoris illustris Parisiensis. Exscripsi Parisiis die 29 mensis Novembris anni 1884.

W[k]: Parisiensis.

saec. VIII vel IX, 21 cm mut × 18.5 cm, membr, foll. 2 (olim in fasciculo primum et octavum), coll. 2, ll. 25 olim 29; litterae maiores nigrae, maximae coloratae; litterae unciales haud ita magnae; spir et acc indiligenter appositi; capp, Amm (non Eus), lect:

continet *Lc* 20,19—23.36—43; 23,31—35.36—41.42—48.49—54. Lc 20,19 legit *ὄχλον* ut syr[p bars mg] et om *ταύτην*. Olim Emanuelis Milleri. Exscripsi die 29 mensis Novembris anni 1884.

W^{l}: Parisiensis bibliothecae Nationalis, Suppl. Gr. 726: folia 6. 7.

saec. VII, 21.7 cm mut × 16.7 cm, membr rescriptus, foll. 2 (olim in fasciculo quartum et quintum), coll. 2 (20.5 × 6; coll. 2 = 13.5), ll. 30; litterae maiores nigrae; litterae supra lineas; litt alt 3 mm; litterae unciales magnae rotundae quadratae; litterae 9 etc in lin; capp, titl, Amm, Eus, lect, mus rubr:

continet *Mc* 13,34—14,29; detexi et partim exscripsi mense Octobri anni 1885.

W^{m}: Parisiensis bibliothecae Nationalis, Suppl. Gr. 726: folia 1—5 et 8—10.

saec. VII vel VIII, 33.4 cm × 21.7 cm, membr rescriptus, foll. 4, coll. 2, ll. 26; litterae unciales magnae; litterae supra lineas; capp, titl, lect:

nondum accurate excussi; quae legi folia 9v. 2r et 9r. 2v continent *Mc* 1,27—41. Detexi mense Octobri anni 1885.

W^{n}: Vindobonensis Caesareus.

saec. VII, 32.5 cm × 24.5 cm, membr, fol. 4 (olim in fasciculo 3.4.5.6), coll. 2 (22.8 cm × 7.5 cm; coll. 2 = 17 cm), ll. 24, litterae maiores et maximae coloratae; membranae non tenues; atramentum fuscum; litterae supra lineas; litt alt. 5 mm; litterae textus, litterulis eis non exceptis quae lineas claudunt, rotundae et quadratae, nunquam compressae; qui vero nonnullas compressas habent lectionum tituli fortasse manus posterioris sunt; litterae maximae et ornamenta inusitatam speciem prae se ferunt; litterae rudes, sed currente calamo ductae, non cum labore pictae; adsunt spir et acc, sed non ubique; mus rubr ornantur solae lectiones ecclesiasticae; Amm, Eus, lect (manu posteriore?); errores nonnulli ex itacismo insunt;

continet *Io* 6,71 *εἷσ ὢν*—7,46 *ανθρωποσ* pr; Io 7,2 habet *ενγύσ*. Exscripsi die 21 mensis Martii anni 1887.

W^{o}: Mediolani Ambrosianus Q. 6. sup.

saec. IX, 14.3 × 12.5 (mut), membr rescr, foll. 16 (foll. 8 in codice: foll. 15.18.31.34.47.50.62.65) col. 1 (12.2 × 7.9), ll. 22.23.24, litterae maiores auratae in rubro; membranae tenues; litterae unciales parvae ad rectam inclinatae; spiritus et accentus; litterae supra lineam; litterae 23 in linea; litt alt. 2.5 mm; capp, titl, Amm (non Eus), lect:

continet *Mt* 25,35—26,2 27,3—17 *Mc* 1,12—24 2,26—3,10 *Lc* 1,24—37 1,68—2,(4?) 4,28—40 6,22—35 8,22—30 9,42—53 17,2—(14?) 18,7—(19?) 22,11—25 22,52—66 23,35—(49?) 24,32—46.

Folia haec rescripsit librarius codicis grammatici anno 1425 exarati bibliothecae a Johanne Baptista Porta Neapolitano dono dati. Similia sunt codicis W^h. Vidi 16 Febr 1886 sub auspiciis viri doctissimi Antonii Mariae Ceriani.

Adde p. 409, sub finem codicis Σ.

Φ: Beratinus ecclesiae sancti Georgii.

saec. VI, 31.4 × 26.8, membr purpur, foll. 190, coll. 2 (21 × 9; 2 coll. = 21.5), ll. 17, litt 8—12 in lin, litt alt. .007; membr med; scriptura argentea; litterae unciales magnae simplices rotundae et quadratae nec spiritibus neque accentibus ornatae continue scriptae sunt; apostrophus hic illic invenitur; punctum simplex aliquid elongatum vel punctum duplex adhibetur; ϊ et ϋ scribuntur; litterae maiores litterarum seriem excedentes indicant paragraphos; compendia usitata usurpantur; capp-tab, capp, titl, Amm, Eus:

continet *Mt* 6,3 *η αριστερα—μη ποι* 7,26 8,7 *θεραπευσω—αυτω* 18,24 19,3 *αυτον—θελου* 23,4 23,13 [Steph 14] *οτι καταισθιετε* [Steph 13 sequitur] — *αμην* 28,20 *Mc* 1,1 *Αρχη—εγω* 14,62; textus codicis est Syriacus (vide supra, p. 199—201), praebet tamen multa Prae-Syriaca, nunc Occidentalia, quod plerumque fit, nunc alia. Congruit saepe in lectionibus Prae-Syriacis cum codicibus N et Σ item cum 13.69.124.346. Habet codex additamentum illud codicis D Mt 20,28.

Anno iam 1356 fuit hic codex in monasterio Theologi in urbe Berat. Hodie est ecclesiae sancti Georgii in domo archiepiscopali repositus. Anno 1868 indicavit codicem archiepiscopus Anthymus D. Alexoudes[1], unde instructus v. cl. Iohannes Sakkelion, illo tempore Patmiensis hodie Atheniensis, notitiam anno 1875 cum v. cl. Ludovico Duchesne[2] professore Parisiensi communicavit. Hortante Duchesnio anno 1885 codicem examinavit v. cl. Petrus

[1] *Σύντομος ἱστορικὴ περιγραφὴ τῆς ἱερᾶς μητροπόλεως Βελεγράδων καὶ τῆς ὑπὸ τὴν πνευματικὴν αὐτῆς δικαιοδοσίαν ὑπαγομένης χώρας νῦν πρῶτον συνταχθεῖσα καὶ ἰδίοις ἀναλώμασι τύποις ἐκδοθεῖσα ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου Βελεγράδων Ἀνθίμου Λ. Ἀλεξούδη τοῦ ἐκ Μαδύτων τῆς θρακικῆς Χερσονήσου· ἐν Κερκύρᾳ. Τυπογραφεῖον ἡ Ἰονία ἀδελφῶν Καῶν·* 1868. Quae de codicibus Beratinis refert, p. 113—115, ea v. cl. Batiffol iterat in libro suo (ut infra, p. 445, adn. 2), p. 122. 123.

[2] Cf supra, p. 409, n. 2.

Batiffol, presbyter Parisiensis, et descriptionem edidit eodem anno[1], anno tandem 1886 textum edidit cum descriptione et facsimili[2]. De *Φ* littera, cf supra, p. 437.

Ψ: Athous Laurae. = 172. (352)
saec. VIII vel IX, 21 cm × 15.3 cm, membr, foll. 261, col. 1 (15 cm × 8.7 cm), ll. 31; litterarum altitudo .0175; litterae maiores nigrae; atramentum suffuscum; litterae supra lineas; capp-tab; Amm (Mc 233 : 16,8), Eus, lect; mus in lect eccles., subscriptiones simplices; fasciculi $\bar{\alpha}$—$\bar{\eta}$ desunt; fasciculus $\overline{\kappa\varsigma}$ habet nonnisi septem folia, sed nihil textus deest; fasciculo ultimo $\overline{\mu\alpha}$ exciderunt folia primum et octavum:

continet *Mc* 9,5 *καὶ μωσῆ μίαν*—finem *Lc Io* | *Act* | *1.2 Pe Iac* | *2.3 Io Iud* | *Rom*—*Philem Hebr*—8,11 *καὶ οὐ μὴ* | folium excidit | *Hebr* 9,19 *ὑπὸ μωύσεως*—subscr Hebr.

Vidimus fol

Lc 16,8 *ἐφοβοῦντο γάρ*: Ⲉ *τ*

Πάντα δὲ τὰ παρηγγελμένα τοῖς περὶ τὸν πέτρον συντόμως. ἐξήγγειλαν: Μετὰ δὲ ταῦτα. καὶ αὐτὸς ⲓ̅ⲥ̅ ἐφάνη ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ μέχρι δύσεως ἐξαπέστειλεν δι' αὐτῶν τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας ἀμήν:

ἔστιν καὶ ταῦτα φερόμενα μετὰ τὸ ἐφοβοῦντο γάρ.

Ἀναστὰς δὲ κ. τ. λ. usque ad versum 20 et sub finem *εὐαγγέλιον κατὰ μάρκον.*

In codice nostro Marci evangelium eodem fere modo finitur qui e codice L notissimus est; id vero interest quod nihil adnotationis ante *πάντα δὲ* noster interponit, quod antiquiorem sibi vindicare fontem videretur, nisi fortasse vocabula *ἐφάνη, μέχρι, ἀμήν* seriorem textus conformationem testarentur. Vix est quod dicam Ⲉ *τ* (*τέλος*) post *ἐφοβοῦντο γάρ*: lectionis ecclesiasticae neque vero ipsius evangelii finem

[1] Batiffol, P., „Evangeliorum codex Graecus purpureus Beratinus Φ", *Mélanges d'archéologie et d'histoire, de l'école française de Rome, V^e année*, Paris. et Romae 1885, p. 358—376.

[2] Batiffol, P., „Les manuscrits grecs de Bérat d'Albanie et le codex purpureus Φ." *Archives des missions scientifiques et littéraires*, troisième série, tome treizième, Paris. 1887, p. 467—556; separatim impressus est liber, Paris. 1886, paginis 126.

indicare. Tituli pariter atque subscriptiones librorum prorsus simplices sunt; sub finem tamen evangelii Iohannis additur: *εὐαγγελιστῶν τεσσάρων θεῖοι λόγοι γραφέντεσ, ὧδε λῆξιν ἔσχον τῶν πόνων.* Lectorem non latebit Iacobum post epistulam Petri alteram stare, neque id casu, nam desinit Act liber fasc. κζ', fol. 8 recto, et 1 Petr incipit eodem folio verso. Ioh 7,53—8,11 deest. Act 20,28 legit codex *τοῦ κυρίου.* 1 Io 5,7.8 deest. 1 Tim 3,16 *θεὸσ ἐφανερώθη.*

Perlustravi die 26 mensis Augusti anni 1886. Spero fore ut codicem accuratius excutere possim.

Ω: Athous Dionysii 10.

saec. VIII vel IX, 22.2 cm × 16 cm, membr, foll. 289, coll. 2 (15.3 cm × 3.5 cm; coll. 2 = 9.5 cm), ll. 22; litterae maiores sub initium paragraphorum rubrae; membrana crassa; disp et lin usit; atramentum fuscum; litterae supra lineas; mus ad lect; litterarum altitudo .0125, litt 13—15 in lin; capp-tab, capp, titl, Amm (Mc 234 : 16,9), Eus, lect, pict, syn, men, subscr (*ἐξεδόθη* et *στίχ*):

continet *Mt Mc Lc Io* sine lacuna; Mt 10,37 habet obeliscos in mg; Mt 16,2.3 *ὑποκριταὶ* et *οὐ συνίετε;* Lc 22,43.44 habet obeliscos in mg; Io 5,3.4 inest; Io 7,53—8,11 signis in mg damnatur.

Perlustravi die 28 mensis Augusti anni 1886 et iterum tractare velim.

ב: Athous Andreae *B'*.

saec. IX vel X, 20.4 cm × 15.8 cm, membr, foll. 152, col. 1 forma crucis (20.4 × $\frac{4.6}{9.8}$), ll. 37; membrana non tenuis; disp et lin usit; atramentum fuscum; litterae supra lineas; litterarum alt. .00176; prol, capp-tab, capp, titl, Amm (Mc 237 : 16,15), Eus, lect, versus; fasciculi $\bar{\alpha}$—$\bar{\varkappa}$ mut:

continet *Mt Mc Lc Io;* Mt 1,1—10 litteris evanidis; 1,10—12 mut. Desunt Mt 2,15 *τὸ ῥηθὲν*—3,11; Mc 5,41—6,18 *ἡρώδη;* 8,35 *τὴν ψυχὴν αὑτοῦ ἕνεκεν*—9,19 *ἄπιστοσ;* Io 18,34 *ἀφ' ἑαυτοῦ*—21,25. Mt 16,2.3 prorsus deest. Io 5,3.4 habet obeliscos in mg. 7,53—8,11 nullo signo notatur.

Perlustravi die 24 mensis Augusti anni 1886 et iterum tractare velim.

Emendatius lege p. 414, sub codice G^b.

G^b: Vaticanus Romanus Gr. 2302, olim Lat. 9671.

saec. IX, 23.6 cm (olim 27?) × 19.1 cm, membr, rescr, foll. 6,

coll. 1 (22 cm × 12.5 cm), ll. 21.22; litterae maiores paragraphis praescriptae; membrana crassa; atramentum fuscum; litterae supra lineas; litterae unciales ad dextram inclinatae; litterarum alt. .005:

Sextum quod nunc accedit folium detexi, et exscripsi die 20 mensis Aprilis anni 1886. Folium hodie in paginas 69—72 dividitur, quae hoc ordine legendae sunt 69—72.70—71. Continet *Act* 16,30 *δεῖ ποιεῖν*—40, ita ut proximo ante folium Cozzanum primum loco olim steterit.

Adde p. 417, sub finem codicis P.

S: Athous Laurae

saec. VIII vel IX, 28.1 cm × 21.7 cm, membr, foll. 120, col. 1 (19 cm × 12.5 cm), ll. 30; litterae maiores atrae, maximae coloratae fortasse manu secunda; membrana non tenuis, atramentum atrofuscum; disp usit; lin inusit; litterae supra lineas; spir et acc; litterae nunc rectae nunc ad dextram inclinatae; fasciculi $\overline{\alpha}$ et $\overline{\iota\varepsilon}$ desunt; desunt omnia post fasciculum $\iota\zeta'$ nisi folia quartum et quintum ex fasciculo ut videtur $\iota\vartheta'$; prol, capp-tab, capp, titl, lect, subscr, *στίχ*:

continet *Act Cath Ro 1Cor* 1,1—5,8 | fasciculus $\overline{\iota\varepsilon}$ deest | *1Cor* 13,8 *εἴτε δὲ προφ.*—16,24 *2 Cor* 1,1—11,23 *θανάτοισ* | *Eph* 4,20—6,20.

Perlustravi 26 Aug a. 1886 et iterum tractare velim.

ב: Romae Vat. Gr. 2061, olim Basil. 100, antea Patiriensis 27.

saec. V, 30 cm circ × 27 cm circ, membr tenuiss rescript, foll. [codex habet 316] 21 (haec sunt folia 198.199.221.222.229. 230.293—303.305—308), coll. 3 (21.5 cm × 5.3 cm; coll. 3 = 19.5), ll. 40 vel 41, litt 12—15 in lin, litt alt. .0035, litterae unciales purae rotundae et quadratae carent ut videtur spiritibus et accentibus, neque habent *ι* et *υ* puncta; litterae sub initium paragraphorum non multo maiores (circ .0045) columnae limitem excedunt sed non toto corpore; compendia usitata occurrunt; non nisi punctum simplex ad summam litteram adhibetur; librorum tituli perbreves sunt, ut *προσ θεσσαλονικεισ α, ιωαννου β;* sub finem libri uniuscuiusque vacat quidquid spatii e columna superest ita ut cum libro novo incipiat columna nova; non vid Euth habere:

continet *Act* 26,4—27,10 (f. 221); 28,2—31 (f. 302); *Iac* 4,14—5,20 (f. 222); *2Pe* 2,[2?]—3,15 (f. 301); *1Ioh* 4,6—5,21 (f. 308); *2Ioh* 1—13 (f. 307 r); *3Ioh* 1—15 (f. 307 v); *Rom* 13,4—15,9 (f. 305); *1Cor* 4,[4?] —6,16 (f. 297); 12,23—14,21 (f. 306); 15,3—16,1 (f. 198); *2 Cor* 4,7—6,8 (f. 303); 7,15—10,6 (f. 199); *Eph* 5,[5?]—6,[22?] (f. 300); *Phil* 1,1—2,9 (f. 230); *Col* 1,20—4,6 (f. 229. 293); *1 Thess* 1,1—2 (f. 293 v); *1 Tim* 5,6—6,45 (f. 298); *2 Tim* 1,1—2,25 (f. 295); *Tit*

3,13—15 (f. 294 v); *Philem* 1—25 (f. 294 r et v); *Hebr* 11,32—13,4 (f. 299). De ordine Act Cath Paul nondum liquet; ordo usitatus perspicuus est Col 1 Thess et Tit Philem et 2 Ioh 3 Ioh, paene perspicuus Philem Hebr. De textu etiam nondum lecto non liquet.

Codex ille rescriptus usque ad finem saeculi XVII (1696—1699) fuit monasterii sanctae Mariae de Patirio, suburbii Rossanensis, in Calabria, et inde in bibliothecam monasterii s. Basilii de Urbe translatus est. Folia haec detexit Montefalconius[1] dum codices in monasterio Basiliano excutiebat; Vitalius vero, qui hos codices in usum Blanchini rescensuit[2], de codice 100 silet, etsi multus est in 97 et 101. Maius, cardinalis doctissimus, folia haec rescripta in tabellis suis notavit: Vatican. Lat. 9569, et fortasse notitiam publici iuris fecisset, si praefationem in editionem suam codicis Vat. 1209 (codicis B) ipse scripsisset. Vir clarissimus Petrus Batiffol, quem iam supra ad codicem Φ evangeliorum nominavi, folia casu perspexit mense Aprili anni 1887. „Casu" scripsi, melius scripsissem „cura" vel „ex proposito", nam presbyter ille in manibus habet historiam codicum[3] in bibliotheca Vaticana Patiriensium. Quoniam vero historia illa, cui etiam foliorum nostrorum editio subiungetur, vix ante annum peractum lucem videbit, ipse Batiffolius, qua est humanitate, schedas suas mihi commodavit ut foliorum et litterarum rationem accuratius intellegerem.

Adde p. 429, sub codice H.

Ex foliis novem Athois octo hodie possidet Laura Athoa, nonum bibliothecae Parisiensi Nationali dono dedit v. cl. Duchesnius; folium hoc continet Gal 4,30—5,5. Eadem bibliotheca anno 1888, legante Emanuele Millero, accepit folia alia novem huius codicis Par. nat. Suppl. Gr.

[1] Montfaucon, *Bibliotheca bibliothecarum MSS*, Paris. 1739 vol. 1, p. 195; *Diarium Italicum*, Paris. 1702, p. 214.

[2] Bianchini, *Evangeliarium quadruplex*, Romae, 1749, vol. 2, pars 1. p. dvi—dxxv.

[3] Batiffol, P., *Rossano et les librairies basiliennes de la Grande Grèce*, Paris. (anno 1890 Deo volente).

1074, quae haec praebent: *Col* 1,26 *ἀποκεκρυμμένον — τῆς φιλοσοφίας* 2,8 2,20 *εἰ ἀπεθάνετε — φανερωθήσεσθαι* 3,4 *Hebr* 12,10 *οἱ μὲν γὰρ προσ — πολλοί* 15 13,24 *καὶ πάντας — ἀμήν.* 25 | subscr | *στίχ ψγ΄* | tabula capitum 1 Tim capp-tab 1—4 usque ad vocabulum *ἀταράχως* | *1 Tim* 1,7 *μὴ νοοῦντες — εἶτα εὖα* 2,13. Ordo codicis est Hebr Tim. In museo etiam Roumiantseff Moscuae exstat folium unum quod *Hebr* 1,3 *ῥήματα τῆς δυνάμεως*—1,8 *ὁ θ̄σ̄ εἰσ τὸν* continet. Unum ex foliis Petropolitanis exhibet ex adverso impressam imaginem folii deperditi quod *Col*3,11 *καὶ ἰουδ — ἀλλήλων* 3,13 continebat. V. cl. Henricus Omont fragmenta codicis omnia edidit.[1]

Adde p. 435, sub finem codicis R.

S: Athous Laurae
saec. VIII vel IX: vide supra, p. 447: continet *Rom 1 Cor* 1,1—5,8; 13,8—fin; *2 Cor* 1,1—11,23; *Eph* 4,20—6,20.

ב: Romae Vaticanus Gr. 2061.
saec. V; vide supra, p. 447: continet fragmenta epistularum Paulinarum, exceptis ut videtur Gal et 1 Thess.

Adde p. 442 (pro 398) sub finem X.

X^{b}: Monacensis bibliothecae regiae 208.
saec. IX vel X, 27.6×22.8 valde mut, membr, foll. 14 (foll in codice 235—248), coll. 3 (25×5.5; coll. 3 = 20.7), ll. 42; litterae maiores nigrae; membrana crassa; dispositio membranarum et lineatio usitatae; atramentum fuscum; litterae supra lineam; litterarum altitudo .002; litterae textus unciales iis quas habet X non prorsus dissimiles, litterae commentarii minusculae:

continet *Lc* 1,1—2,40; hic illic mutilus est; codex numeratus est Evv 429 inter codices minusculos (cf infra Evv 429), ibi vero delendus est.

In catalogo codicum minusculorum alios codices (e. g. Evv 309.994) numeravimus qui hoc modo textum uncialem commentarium vero minusculum exhibent. Nescio utrum hi

[1] Omont, *Notice sur un très ancien manuscrit grec en onciales des épîtres de saint Paul, conservé à la bibliothèque nationale.* Paris. a. 1889, p. 59 cum facsimilibus duobus. Libellus excerptus est ex libro: *Notices et extraits des mss*, vol. xxxiii, pars prior, p. 141 ss.

postea uncialibus adsociandi sint, an illi X et X^b minusculis. X^b vero lubens propterea hodie uncialibus adnumeravi quia columnae eius tres indolis antiquae speciem prae se ferunt.

Adde p. 441, post T^s.

T^k: Caïrae v. cl. A. Papadopuli Keramei.
saec. VI vel VII, 24 cm×21 cm, membr, foll. 3, coll. 2 (17×13.5), ll. 27; litterae Copticis similes; folia ϛζ′, ϛη′, ϛϑ′, ϙ′, ϙϑ′, ρι′.

continet *Mt* 20,3—32 22,4—16. In monasterio Coptico sine dubio scriptus. Olim v. cl. Iconomopuli Cairensis. V. cl. Kerameus me de his foliis certiorem fecit, quae posthac publici iuris faciet.

Adde p. 366, l. 19.

V. cl. Iosephus Cozza-Luzi facsimile paginarum 1235—1518 sive foliorum N. T. antiquorum edidit: *N. T. e cod Vat 1209 nativi textus Graeci primo omnium phototypice repraesentatum* . . . apud photographum Danesium, Romae 1889.[1] Cum codicem 30 Mart anni 1886 tractarem folio cuique verso inscriptos numeros unciales antiquos detexi qui manum orientalem nisi fallor prodebant. Excidisse ante codicis initium folia triginta unum docet numerus ΓΛΖ paginae 452 inscriptus. E quibus foliis octo praefationem continuisse fasciculorum ratio suadet.

De fragmentis N. T. uncialibus quae inter reliquias papyraceas archiducis Raineri ex Aegypto Vindobonam delatas hucusque detecta sunt vix habeo quod dicam. Die 19 Mart 1887 v. cl. Car. Wessely. quinque frustula mihi ostendit; — *primum* saec. III, papyr, quod alii praeeunte v. cl. Gustavo Bickell evangelio cuidam canonicis antiquiori, alii commentationi cuidam patristicae tribuerunt; — *alterum* saec. IV vel V, membr, coll. 2 ad minimum, aliquid ex Mt 18 exhibet; — *tertium* saec. IV, membr, coll. 2 ad minimum: *Mc* 15,29—38; — *quartum* saec. VI, membr, coll. 2 Gr-Copt: *Mt* 15,(12)—(16); — quintum saec. VII, membr, coll. 2: *Ioh* 1,29. Quartum ex Evl esse verisimile est. Cf etiam infra, p. 734, Evl 348. 349. Altero, tertio, quinto signa darem sub littera T si clarius haec fragmenta a frustulis ceteris distinguere possem.

[1] Venit libellis quas dicunt Italicis 200. „Si numerus subscriptorum, qui requirant eius codicis 1209 etiam Veteris Testamenti volumina [tria scilicet quae eodem pretio singula venirent], erit idoneus, et hoc opus ingens arripietur."

VIII.

DE CODICIBUS MINUSCULIS

ET

DE LECTIONARIIS.

		paginae
	Praemonenda	453—456
1.	Quattuor evangelia	457—616
2.	Actus et epistulae catholicae	617—652
3.	Epistulae Paulinae	653—675
4.	Apocalypsis	676—686
5.	Lectionaria	687—800
	Praemonenda	687—694
	(1.) Evangelia	695—777
	(2.) Apostoli	778—791
	Tabula signorum mutatorum	792—800

VIII.

DE CODICIBUS MINUSCULIS.

Codices minusculis sive cursivis litteris inde ab exeunte saeculo nono usque ad saeculum decimum septimum scripti uncialibus praesertim antiquioribus omni iure plerumque posthabendi sunt, nonnulli tamen maiorem sibi auctoritatem ideo vindicant quod textum scriptura multo antiquiorem testantur. Haud ita multi vero ad hunc diem accurate examinati sunt.

Henricus Stephanus, Waltonus, Millius huiusmodi codices contulerunt, et seriore tempore idem fecerunt vel saltem catalogos instruxerunt Moldenhauerus, Treschovius, Henslerus, Rinckius, Dermoutius, Reichius, Muraltus, Knittelius, Begtrupius, Pappelbaumius, Fleckius, Tregellesius, Burgonius, Martinus (cf infra, p. 459 cod. 4—41). Optime autem meriti sunt Wetstenius, Birchius, Alterus, Griesbachius, Matthaeius, Scholzius, Scrivenerus, in primis Matthaeius saeculi decimi octavi exeuntis et Scrivenerus hodie, de quorum omnium laboribus iam supra capite quinto dictum est. De codicum minusculorum gregibus, quippe quae singulae textum codicis uncialis antiqui interdum exhibeant, disseruit callide v. cl. T. K. Abbottus, professor Dublinensis, praeceptoris sui Guilelmi Hugonis Ferrari conlationes editurus, cf infra, Evv13, p. 462.

Operarii quidem pauci sunt, messis autem multa. Scilicet in hoc catalogo sunt codicum duo milia octingenti. Exstant autem plus quam tria milia, ducentos enim alios ipse vidi.

Exarati sunt codices minusculi fere semper in membrana de qua iam dictum est supra, p. 340. Inde

tamen a saeculo ut videtur nono[1] adhibita est charta nunc membranae admixta nunc sola.[2] Codices chartacei sunt in primis saeculorum decimi tertii, quarti, quinti, saepissime vero folia inferioris aetatis chartacea in codicibus membranaceis veteribus iam mutilis factis suppleta sunt.

De compendiis quae ad apparatum codicum attinent, ut Carp, Eus-tab (vel Eus-t), capp-tab (vel capp-t), etc. vide supra, p. 342.343. Haec dehinc accedant:

Ac C P Ap: Act Cath Paul Apoc.

Apl: Apostolus, i. e. lectionarium quod lectiones ecclesiasticas ex Act Cath Paul praebet.

adult: locus de adultera Ioh 7,53—8,11.

arg: argumentum breve vel prologus brevis; doleo me primum non satis accurate inter *arg* et *prol* distinxisse.

atr { nig / fusc / suffusc }: atramentum nigrum, fuscum, suffuscum.

C: Cath = epistulae catholicae.

can: canones Eusebii supra *Eus* nominati; inde ab hoc loco pro *Amm* et *Eus* scribo *sect* et *can* ne fabula de Ammonio sectionum auctore perpetuetur.

color: colorata.

cont: contulit vel contulerunt.

Euth: Euthalii apparatus in Act Cath Paul; saepe tamen non nisi partem huius apparatus exhibent codices.

[1] Vide infra Evl 249. De charta vide sis dissertationes uberrimas, tam historica quam herbaria scientia refertas, virorum cll. Iosephi Karabacek et Iulii Wiesner, „Das arabische Papier. Eine historisch-antiquarische Untersuchung", et „Die Faijûmer und Uschmûneiner Papiere. Eine naturwissenschaftliche, mit Rücksicht auf die Erkennung alter und moderner Papiere und auf die Entwicklung der Papierbereitung durchgeführte Untersuchung", in actis *Mittheilungen aus der Sammlung der Papyrus Erzherzog Rainer*, vol, 2 et 3, Vindobonae a. 1887, p. 87—178 et 179—260.

[2] Codices in quibus charta cum membrana coniuncta est, sunt Evl 249 iam laudatus, Evv 69.206.233.

Evl: Evangelium, i. e. lectionarium quod lectiones ecclesiasticas ex evangeliis praebet.

disp / lin } usit: significat membranae facies in fasciculis complicandis usitate dispositas esse, id est primam in quoque fasciculo paginam faciem quae dicitur ‚carneam' sive interiorem exhibere: lin usit: faciei quae dicitur ‚coriaceae' sive exteriori lineas eas impressas esse, quibus scribentis calamus dirigitur.[1]

litt { supra / infra / in } lin: significat litteras supra vel infra lineam vel in linea stare.

litt mai rubr: litterae maiores rubrae.

litt mai caerul: litterae maiores caeruleae.

litt max aur: litterae maximae auratae.

μαρτ-t: *μαρτυριῶν* tabulae.

μαρτ: *μαρτυριῶν* notatio in mg.

membr { ten / med / crass }: membrana tenuis vel media vel crassa.

orn: ornamenta. orn color: ornamenta colorata.

P: Paul = Pauli epistulae.

man Ioh Proch *vel* rad Ioh Proch: in tabula picta in evangelium Iohannis extenditur manus Dei vel radius de nube, Iohannes audit et dictat, Prochorus scribit.

sect: sectiones, cf supra *can.*

Textui adduntur nonnunquam commentarii vel catenae[2] patrum, quorum hi potissimum excerpti sunt: commentarii Chrysostomi Theophylacti Oecumenii, item Victoris Antiocheni in Marcum, Titi Bostrensis in Lucam, Ammonii et

[1] Vide etiam *Académie des inscriptions et belles lettres. Compte Rendu*, Parisiis a. 1885, Iul.—Sept., p. 261—268; *American journal of philology*, vol. 7, a. 1886, p. 27—32.

[2] Cf supra, p. 407, de codice Ξ.

Cyrilli Alexandrini in Iohannem, Andreae (et Arethae) in apocalypsim.

Interdum subiunguntur etiam tractatus breves nunc de ipsis libris nunc de apostolis, ut Cosmae Indicopleustae de evangeliis Evv 113.203.409.411.473.568.570.573, vel Pseudo-Dorothei de septuaginta discipulis et de duodecim apostolis Act 10.17.179.223, vel Euthalii de Pauli peregrinationibus; cf editiones Erasmi, Stephani 1550, Millii.

Graeca ex codicibus pleraque immutata damus, ut lectorum oculis errores usitati clarius obiciantur.

Quotiens codici annus quo exaratus sit inscribitur, per annos mundi numeratur; non nisi pauci iique inferioris temporis habent annum post Christum natum, ut codex Evv 522.

Westcotti Hortiique *N. T. vol. 2*, cf supra, p. 198, ita laudatur W H *Intr.* Scriveneri (Scr) libri, cf supra, p. 273, ita laudantur: anni 1853 *Coll.*, anni 1859 *Aug.*, *A plain introduction etc*, ed. 2, *Intr.*^{2}, ed. 3, *Intr.*^{3} Matthaeii (Matth) Novum Testamentum a. 1782—1788 laudans, passim pro titulo tomi posui *Mt*, *Mc*, *Ro*, etc. Griesbachii (Gb *vel* Grsb) *Symb. crit.* vol. 1 et 2, cf supra, p. 247, adn. 1, reddo: *S. c.* 1 et *S. c.* 2.; *Comm. crit.* 1 et 2: *C. c.*^{1} et *C. c.*^{2}; *Curae: Cur.* Mignii *Patrologia Graeca* ita laudatur; *MPG.*

Bibliothecae ita compendiis significantur:

Ath. nat.: Athenis nationalis
Berol. reg.: Berolini regia
Cant. univ.: Cantabrigiae universitatis
Flor. Laur.: Florentiae Laurentiana
Lips. univ: Lipsiae universitatis
Lond. Lamb.: Londinii Lambethana
Lond. mus. Br.: Londinii Musei Britannici
Med. Amb.: Mediolani Ambrosiana
Mon. reg.: Monachii regia
Mosc. syn.: Moscuae sanctae synodi
Mosc. typ.: Moscuae typographiae synodalis
Ox. Bodl.: Oxonii Bodleiana
Par. nat.: Parisiis nationalis
Petr. caes.: Petropoli caesarea
Rom. Vat.: Romae Vaticana
Ven. Marc.: Venetiis s. Marci
Vind. caes.: Vindobonae caesarea

1.

QUATTUOR EVANGELIA.

1. (Ac 1 P 1) Basil. bibl. univ. A. N. IV. 2, olim B.VI.27. saec. X (Burgon. XII vel XIII), 18.7 × 11.6, membr, foll. 297 (non 306), col. 1 (13.6 × 6.8), ll. 38; litt mai aur; disp et lin usit; litt infra lin; ι adscriptum et ita τωι; prol, capp, titl, sect (Mt 352 28,1 Mc 236 16,12 Lc 340 24,36 Ioh 227 21,15), (non can), syn, (lect et ἀναγνώσεισ Mt 116 Mc 70 Lc 114 Ioh 67 m sec), pict (man Ioh Proch); Act Cath Paul habent apparatum Euthalii (init, ἀναγν m ser): *Evv Act Cath Paul* (Phm Hebr); Act autem et Epp praemisit bibliopegus evangeliis; in evangeliis insignis est textus, qualem fere repraesentat Origenis in Mt commentarius; item cum codd. 118 (cf Griesbach. *Symb. crit.* 1, p. ccii—ccxxiii) 131 saepe consentit, saepius cum cod. 209 (cf WH *Intr.* § 211); adult sub finem Ioh.

Dominicanis Basileensibus ab ordinis generali Iohanne Ragusino legatus, mutuo acceptus a Reuchlino qui eum cum Oecolampadio et Gerbelio editionem primam Erasmi castigantibus communicavit, in bibliothecam universitatis cum ceteris Praedicatorum codicibus a. 1559 receptus, a Polano in Novi Testamenti versione Germanica, a. 1603 edita, adornanda adhibitus, ab Iselio aliis locis in Bengelii (Bas. γ.) usum excerptus, conlatus est a Wetstenio, nuper etiam in usum Tischendorfii a v. cl. C. L. Rothio, in evangeliis etiam a Tregellesio; Tregellesius conlationem Rothii Lipsiae cum sua contulit. Facsimile apud Scrivenerum, *Intr.*[3] tab. ix, num. 23. Plura dat Wetstenius. De codicibus Helvetiae cf librum v. cl. Omontii, *Catalogue des manuscrits grecs des bibliothèques de Suisse* (ex actis *Centralblatt für Bibliothekswesen*) Lipsiae, a. 1886. Vidi 9 Sept 1885.

Vidi. Sept 7. 1

2. Basileae bibl. univ. A. N. IV. 1, olim B. VI. 25. saec. XII (alii XV), 19.5 × 15.2, membr, foll. 248, col. 1 (13.6 × 9.9), ll. 20; litt mai rubr, orn color; disp et lin usit; fasciculis 31 (fol praefixum quod Mt capp-tab continet; fol 8 ex fasc 31 deest sed textus integer est); capp-tab (Mt 70 propter 41.42.43 numeris λβ′ λγ′ λδ′ repetita, et numerum μβ′ repetitum; Ioh caret capp-tab), capp, titl, sect (Mt 359 28,19 Mc 240 16,19 Lc 342 Io 231 21,17) (non can): *Evv*; textus inferioris indolis est, scatetque scribae mendis.

Ab Erasmo in manus typothetarum traditus ad editionem N. T. suam primam anni 1516 typis exprimendam (ipse additamenta sua manu in margine posuit; *μὴ προσποιούμενος* Ioh 8,6 delevit), a Martino Crusio Tubingae a. 1577 adhibitus, ab Iselio, ut cod. 1, in Bengelii (Bas. β.) usum excerptus, a Wetstenio examinatus est. Vidi 9 Sept 1885.

3. (Ac 3 P 3) Vind. caes. Suppl. Gr. 52 olim Koll. 5. saec. XII, 24.9 × 17.7, membr, foll. 451, col. 1 (16.3 × 10.2), ll. 24; litt mai aur, max color; membr tenuis et alba; disp usit; lin inusit; atr nig; litt infra lin; ι adscr; Carp, Eus-tab, capp-tab, capp, titl, sect (Mc 234 : 16,19), can, (subscr m post), pict (man Ioh Proch); Euth: *Evv Act Cath Paul* (Phm Hebr); adult deest sine signo.

Rodulphus sive Rolandus de Rivo, natu Bredanus (cf Kollarii *Catalogum)*, codicem monasterio canonicorum regularium beatissimae virginis Mariae in vico Corsendonck prope Turnhout in Quempinia dono dedit. Fuit nescio quo tempore „fratris Martini Harney ord pred". Erasmus codicem adhibuit anno 1519 in editione N. T. secunda sua adornanda. Quae ipse Erasmus fol. 1 scripsit, repetit Kollarius. Posthac bibliothecae conventus Praedicatorum Bruxellensis fuit. Walkerus (cf supra, p. 229 et Wordsworthii verba *Old Latin biblical texts. No. I*, Oxoniae a. 1883, p. xxiii—xxvi et 55—67) contulit in usum Bentleii, cum editione Genevae anni 1620 communicavitque conlationem suam cum Wetstenio quae conlatio inedita exstat Cantabrigiae Coll. Trin. B. XVII. 34. Iterum contulit Alterus (cf supra, p. 255). Vide Treschovium, *Tentamen descriptionis codicum veterum aliquot Graecorum Novi Foederis manuscriptorum*, Havniae a. 1773, p. 85 sqq. Vidi 18 Mart 1887.

4—41. Codices Parisienses. In codices Novi Testamenti Graecos Parisienses perscrutandos conferendi sunt libri viri clarissimi Henrici Omontii (cui in bibliotheca nationali cura codicum Graecorum mandata est), *Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la bibliothèque nationale*, Paris. a. 1886—1888; *Inventaire sommaire des manuscrits du Supplément grec de la bibliothèque nationale*, Paris. a. 1883; *Inventaire sommaire des manuscrits grecs conservés dans les bibliothèques publiques de Paris autres que la bibliothèque nationale*, Paris. a. 1883; *Inventaire sommaire des manuscrits grecs des bibliothèques Mazarine, de l'Arsenal et de Sainte-Geneviève à Paris*, in libro *Mélanges Graux*, Paris. 1884, p. 305—320; — liber v. cl. Henrici Bordier, *Description des peintures et autres ornements contenus dans les*

manuscrits grecs de la bibliothèque nationale, Paris. a. 1883; — et in primis liber viri clarissimi I. P. P. Martini, *Description technique des manuscrits grecs relatifs au Nouveau Testament, conservés dans les bibliothèques de Paris*, Parisiis a. 1884, cum facsimilibus.

---

4. Par. nat. Gr. 84, olim 2867.

saec. XIII (Scholz. XII, Martin. XI), 18.5 × 14.3, membr, foll. 212, col. 1, ll. 26—28; litt mai rubr; capp-tab cum harmonia in columnas disposita, capp, titl, sect (post Mc sect 227 [sic: cf Martin. p. 19] propter codicis mutilationem nulla sectionum indicatio legitur), can, lect, init, syn, men, subscr, *στίχ*, versus; habet puncta (,:) et (;) pro (:): *Evv*; desunt Mt (1,1—2,8 m sec) 2,9—20 (2,20—6,26 m sec) Mc 15,42—16,14 Ioh 1,1—13; 1,49—3,11. Adult signis damnatur. Sub initium habentur quaestiunculae de duplici Christi unctione | Greg Nyss *τίσ ὁ κατὰ λιπῶν τὴν σινδόνα καὶ γυμνὸσ φυγῶν* Mc 14,50.51 | Chrys *περὶ τῆσ ἀγχόνησ τοῦ Ἰούδα* | de feminis ad crucem Ioh 19,25 | *τοῦ πυλουσιώτου* (Isidor. ep. 34, lib. 1) de Mt 11,3 | de Ioh 2,4 *πῶσ νοητέον τί ἐμοι καὶ σὺ γύναι* | *διὰ τί ματθ. καὶ μάρκ. λέγουσιν ἐν τινι ὄρει μεταμορφωθῆναι τὸν κν, λοῦκᾶσ δὲ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ* | Chrys *εἰσ τὴν ἀλήψασαν τὸν κν μύρω* | *πῶσ ἡ μαγδαλίνη ἡ μαρία κατὰ ματθ. ἥψατο τῶν ποδῶν τοῦ σωτῆροσ* | *περὶ τῆσ τοῦ κυ ἀνθρωπίνησ μορφῆσ.*

Hic codex frater videtur esse codicis Evv 273, uterque ab occidente oriundus. Olim Fonteblandensis fuit; Stephani est *γ'*. Scholzius contulit Mt et Io (cf Scholz. Proll. de hoc codice, lin. 3), fortasse codicem totum (cf ibidem, lin. 14.15) Martin. p. 18. 19. Vidi Aug 1883, 2 Iul 1885.

5. (Ac5 P5) Par. nat. Gr. 106, olim 2871.

saec. XIV (Evv ceteris libris paulo vetustiora) (Scholz. XII), 21 × 15.5, membr, foll. 348, col. 1, ll. 28; litt mai rubr et color; nomina propria ita ~ distincta; capp-tab, capp, titl, sect (Mc 234: 16,9), can; Euth: *Evv Act Cath Paul* (Eph Col Phil 1.2 Thess Hebr); libri compactor evangelia post ceteros libros posuit; quoad ordinem Col Phil cum codice D^{paul} consentit; Mt 16,11 legit *προσέχειν· προσέχετε δὲ·* Olim in Calabria fuit Romani *μοναχου καὶ ρακενδητού μονησ θεοτοκου τησ εποψησ κράτοσ βεβαληνου* (cf Evv 877) *καλαβρ... επαρ....* Olim Fonteblandensis. Stephani est *δ'*. Scholzius contulit. Martin. p. 19.20. Vidi 4 Sept 1884.

6. (Ac6 P6) Par. nat. Gr. 112, olim 3425.

saec. XIII (Scholz. XI), 14.2 × 10.5, membr, foll. 235, col. 1 (9 × 7), ll. 30—47 litteris minimis exaratus; prol, capp-tab, capp, titl,

sect (Martinus negat; habet tamen Mt 356 Mc 234 16,9 Lc 342 Ioh 226 [ex errore puto]) (non can), (lect, subscr, στίχ man sec), syn, men, Euth, orn (vide Bordier. p. 223); *Evv Act Cath Paul* (Phm Hebr); folium Tit 2,1—Phm 12 in alium locum transiit vel deest; sub finem stat Chrysostomi liturgia. Olim Fonteblandensis. Stephani fuit ε′. Scholzius contulit Mt Mc 1—4 Ioh 7 et 8. Martin. p. 20. Vidi 21 Aug 1885.

7. Par. nat. Gr. 71, olim 2866.

saec. XII (Scholz. XI), 20.2 × 16, membr, foll. 186, col. 1 (13.8 × 11.2), ll. 29; litt mai rubr, max color; disp et lin usit, litt infra lin; Carp, Eus-tab, prol, capp, titl cum paraphrasi metrica, sect (Mc 241), can, lect, init, syn (incipit ex professo a Matt sive Pentecoste), men, versus, pict (Ioh Proch): *Evv;* textus similis textus codicis 4. Olim Fonteblandensis. Stephani ς′. Scholzius contulit Mc 1—6 Ioh 3—8. Martin. p. 20. 21 et facsimilia, p. 22. 196. (198). 199. 200. Vidi 9 Jun 1885.

8. Par. nat. Gr. 49, olim 2242.

saec. XI, 28.7 × 21.8, membr, foll. „201“ (re vera 199, omissis 124.125), coll. 2, ll. 22, litt mai et max rubr; folia male in ordinem redacta hoc ordine lege 5—12.3ᵛ.4.1.13—16.2.17—27.29.28.31.30. 32.33; Carp, Eus-tab, capp, titl, sect (Mc: 240:16,19), can, lect, init, syn, men, pict (cf Bordier. p. 132. 133): *Evv;* Io 5,3.4 et 7,53—8,11 signis in mg damnantur. Olim Antonellii Petruccii, Ferdinando I regi Neapolitano a secretis, postea Fonteblandensis, fuit Stephani ζ′ (cf Scrivener. *Intr.*³ p. 180, adn. 1). Scholzius contulit Ioh. Martin. p. 21.23. Vidi 5 Nov 1884.

9. Par. nat. Gr. 83, olim 2862.

a. 1167 (non 1168), 23.5 × 17, membr, foll. 298, col. 1 (16.4 × 11), ll. 20; disp usit, lin inusit; litt magnae atrae rubro variatae, rubrae fusco ut in monachorum Hibernorum codicibus; Carp, Eus-tab, capp, titl, sect (Mc 234: 16,8) (non can), subscr, ῥήμ, στίχ. versus, syn, men, pict (cf Bordier. p. 179. 180): *Evv;* Ioh 1,1—14 m sec; Mt εὐαγγ.... πρῶτον, Mc εὐ.... *B̄*, Lc εὐ.... τρίτον; subscriptio memorabilis cf Mtf. et Scholz. *Bib.-kr. Reise*, p. 4.

Manu Solomonis notarii, fortasse in Sicilia, exaratus, erat olim Petri Stellae, dein Tellerii (vide Evv 11), dein Boistallerii. Stephani fortasse ιβ′, Kusteri Paris. 3 (De Louvois cont). Scholz. cont Mt 1—8 Mc 1—4 Ioh 4—8. Cf Mtf. *Pal. Gr.* p. 61. 305—307; facs p. 308III; in subscr a Mtf exscripta, p. 307, l. 5 non legendum est νοταρίων; est nisi fallor compendium pro civitate unde ortus est Solomon; l. 8 lege χωρικίασ ἐμῆσ; l. 17 lege ὥρα Γ̄. Martin. p. 23. Vidi 30 Iun 1885.

9a. Vir clarissimus Fredericus Madan, bibliothecae Bodleianae Oxonianae bibliothecarius tertius, habet exemplar evangelii Matthaei Graeco-Latinum quod bibliothecae dilectae daturus est:

saec. XV, 28.7 × 19.7, chart, foll. 129 (135), coll. 2 Gr-Lat (Latt constanter ad dextram), ll. 21, capp, titl (capp Latt 29), sect (non can), lect, subscr, ὑήμ, στίχ, scholia Latina, pict in mg multae: *Mt.* Bartholomaeus ὁ μελζιοσ scripsit in usum Seraphini Valerani canonici; Melzi genti Mediolanensi nomen erat. Olim erat codex ut videtur monasterii sancti Epiphanii sive canonicorum regularium ordinis sancti Augustini fortasse Papiae sive Ficini. Excutienda est inscriptio quae haec adumbrare videtur, ut et nomen domini Guilelmi „de domibus (?) mediolanensibus" (codicis donatoris?). Hic codex, quod ad Graeca attinet, ex codice 9 exscriptus est, unde fit ut numero sibi proprio non distinguatur. In historiam codicis 9 noscendam plurimum valet. Vidi 5 Mart 1883.

10. Par. nat. 91, olim 2865.

saec. XIII, 18.9 × 15, membr, foll. 275, col. 1 (13.5 × 9), ll. 24; litt mai et max rubr, pict; Carp, Eus-tab, capp-tab, capp, titl (etiam capp Latt m post), sect (Mc 237: 16,14), can, lect, init, syn, men; Latina saepe in mg, man post: *Evv.* Dorotheus archiep. Mitylenaeus cod a. 1439 bibliothecae canonicorum regularium Veronae dono dedit, teste Timotheo Veronensi in codice; posthac fuit Joh. Huralt. Boistallerii (ut Evv 9.263.301.306.314). Wetst. et quodammodo Grsb. *(S. c.* 1, p. cxli—cxliii) hunc cum Kusteri 1 (olim item Par. 2685) confuderunt; vide infra cod. 285. Scholz. cont Mc 1—4 Ioh 5—8. Martin. p. 23.24. Vidi 8 Iul 1885.

11. Par. nat. 121 et 122 olim 3424,3 et 4 duobus tomis.

saec. XII; 16.2 × 9.3, membr, foll. 230 et 274 = 504, col. 1 (11.1 × 4), ll. 16; litt mai aur, max color, pict; Eus-tab ante unumquodque evangelium, capp, titl, sect (Mc 233: 16,7), can: *Evv.* Olim Nicolai τῆσ κόριάνησ, tum ἰωαννικίου qui haec fere fol. 274v scripsit: παρέλαβα ἐγὼ ἴῶ ανήκησω ἱερῶμοναχωσ τὰ βηβλήα του πανμακαρωσ ἄνου νηκωλάου τησ κόριάνησ· ἐν πρώτησ β· εξαύμερα· και ταϋθηκὰ (= ethica) του μεγάλου βασιλήου· καὶ τετραβάγγελων· καὶ ἐβαγγέληων καθημερινῶν· καὶ ἀπώστολωσ καθημερϊνῶσ· καὶ ὁ βήωσ του ἁγίου νηκωλάου· και πανηγιρικων· και τριῴδιν: καὶ παρακλητικῶν· στιχερ[αριν?] και στιχεράρην σαρακωστι . . . προφητήαν . και . . . μερινῶσ, σηναξά . . . . Lectori non latebit Iohannicium lectionarium hoc rite evangelium appellasse, illud apostolum, et καθημερινόσ addidisse quia plerumque post Pentecosten non habent lectionaria nisi σαββατοκυριακάσ. Olim

erat cardinalis Caroli Mauritii Tellerii (*1641 [1642?]; a. 1671 archiep. Remensis facti; † a. 1710. Is bibliothecam, cuius catalogus *Bibliotheca Telleriana* iam a. 1693 Parisiis prodiit, legavit abbatiae s. Genovefae Parisiensi). Kusteri Paris. 4 (De Louvois cont). Scholzius contulit. Martin. p. 24. Vidi 29 Aug. 1885.

12. Par. nat. 230.

saec. XI, 26.4 × 20.5, membr, foll. 294, col. 1 (txt 16.8 × 11.6; comm 24 × 16.7); ll. txt 21, comm 57 etc; litt mai rubr; pict; membr med et ten; disp et lin usit; atr fusc; litt infra lin; Carp, Eus-t, prol, arg, capp-t (in unum ad init conlectae cf codd 19. 39. 135.142.165.196.305), capp, titl, sect, can, subscr, syn, men: *Evv* cum comm (in Mt Chrys; Mc Vict; Lc Tit Bost; Ioh Chrys); Mc 16,9—20 cum Victoris scholio; adult deest. In locum conlationis codicum 119.120 et alius ignoti, fortasse 17, quam Wetstenius lectionibus omnium confusis numero 12 signaverat, hunc codicem substituit Scholzius qui Mc Lc Ioh contulit. Vide Griesbachii, *Symb. crit.* 1, p. cxliv. Martin. p. 24. 25. Vidi 11 Nov 1885.

13. Par. nat. 50, olim 2244,2.

saec. XIII (Scholz. XII), 23.7 × 18.9, membr, foll. 170, coll. 2 (18.7 × 6.4), ll. 28—30, litt mai rubr et color; capp-tab, capp, titl, sect (Mc 234: 16,9) (non can), lect, syn, men, subscr, ὑήμ, στίχ; notabile est Mc Lc Ioh ab initio fasciculorum non ordiri, subscriptiones Mt ἑβραιστί, Mc ῥωμαιστί, Lc ἑλληνιστί scriptum praedicare, subscr in Mt et titulum capp-tab in Mc et Lc ἐκ τοῦ κατὰ . . . εὐαγγ. pro τοῦ κατὰ . . . εὐ. ponere: *Evv;* desunt Mt 1,1—2,20; 26,33—52; 27,26—28,9; Mc 1,20—45; Ioh 16,19—17,11; 21,2—fin. Textus insignis Mt 16,2.3 omisso; Lc 22,43.44 omisso (post Mt 26,39 posito?); Io 7,53—8,11 post Lc 21,38 posito. In Calabria vel Sicilia scriptus, fuit Telleriano-Remensis 56. De Louvois cont in usum Kusteri (Paris. 6) neglegenter, item Wetstenius, maiore diligentia Griesbachius et anno 1797 Gr. Begtrupius Danus (Begtrupii conlatio edita est apud Birchium, *Variae lectiones ad textum quatuor evangeliorum*, Hauniae a. 1801, p. xc—xciii), denique W. H. Ferrarus Dublinensis anno 1868, qui 13.69.124.346 archetypi unius apographa esse censuit. Haec Ferrari conlatio edita est a v. cl. T. K. Abbotto in libro: *A collation of four important manuscripts of the gospels*, Dublinii a. 1877 cum facs. Vide WH *Intr.* § 211. V. cl. Oscar de Gebhardt, *N. T. Gr.* Lipsiae a. 1881, p. 458, designavit archetypum codicum horum signo Φ. De aliis huius familiae codicibus vide codices 69.124.346.543.788.826; cf Martin. p. 25.26, et eiusdem *Introd. à la critique textuelle du Nouveau Testament, partie pratique,*

vol. 3 [Paris. sine anno [a. 1885]], p. 188—206, cum facsimilibus, p. 184.205.[509.510]. Vidi 22 Nov 1884. Vidimus Jun

14. Par. nat. 70, olim 3424.

saec. X (Burgon. XIII), 17.3 × 11.8, membr, foll. 392, col. 1, ll. 17; litt mai aur in rubr, max color; pict (Bordier. p. 106—108 cf ornamenta in codice U^{evv}); praeclare exaratus (cf Evv 411); Carp, Eus-tab, capp-tab, capp, titl, sect (Mc 233: 16,8), can: *Evv:* Mt 1,1—9 3,16—4,9 supplet manus saec. XIII vel XIV; lege folia hoc ordine 5—8. 1—4.9; folia 153—162 stant post f. 170. Inest canon paschalis anni 1162, manu altera, fol. 184r—186v. Fuit card. Mazarini. De Louvois cont in usum Kusteri (Paris. 7). Mtf. *Pal. Gr.* p. 280.281 et facsm. p. 282, num. v. Scholz. cont Mt 7—21 Mc 1—6 Lc 3.4.9.11 Ioh 3—9. Silvestr. praebet facs, *Paléographie universelle*, No. 78 vel 46, item Labartius, *Histoire des arts industriels*, Paris, vol. 2 [1864], tab. 84. Burgon. (Scr. *Intr.*³ p. 40, adn. 1 et p. 181) cod s. XII vel XIII esse vult. Nullam sane auctoritatem habet subscriptio ista, fol. 392, quae annum 964 videtur spectare, manui enim seriori debetur: ipsa tamen codicis scriptura saeculi decimi manum prodit. Vidi 20 Aug 1883.

15. Par. nat. 64, olim 2868.

saec. XII (Scholz. X), 18.2 × 14.3, membr, foll. 225, col. 1 (12.9 × 9.3), ll. 23.24; litt mai aur, max color; pagg uniuscuiusque evangelii priores iterantur, primo loco litt aureis, deinde atramento; tabb mire pictae et evangeliis praemittuntur et medio in textu interponuntur, cf Bordier. p. 103—106, et Labartium (cf Evv 14) vol. 1, p. 67, vol. 3, p. 53 et tab. 83; Carp, Eus-t, prol, capp-t, capp, titl, sect (Mc 234:16,9), (non can), lect, init, syn, men; *ι* adscr: *Evv;* Mc 16,8 auro: *ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων, ἕως ὧδε πληροῦται ὁ εὐαγγελιστής· ἐν πολλοῖς δὲ, καὶ ταῦτα φέρεται.* Adult deest; m post addit in mg. Olim Medicaeus id est ex codicibus a Catharina de Med. Parisios latis. De Louvois cont in usum Kusteri (Paris. 8). Cont Scholz. maximam partem Mt Mc Ioh. Martin. p. 26—28 cum facs finis Marci. Vidi 2 Iun 1885.

16. Par. nat. 54, olim 1881.

saec. XIV, 31.6 × 25.2, membr, coll. 2 Gr-Lat (Lat ad dextram), ll. 26; tabulae pictae cf Bordier. p. 227—231; hic codex memorabilis est propter quattuor textus colores, quos nemo quoad sciam, ne Borderius quidem, accurate descripsit: *cocco* ducta est narratio simplex: *minio* ducta sunt verba Iesu, genealogia Iesu, verba angeli Mt 1,20.21; *caeruleo* verba ex Veteri Testamento et verba discipulorum (quaedam ex errore coccinea detersit librarius ut

caerulea reponeret), Zachariae, Mariae, Elisabeth, Simeonis, Iohannis Baptistae; *atro* verba pharisaeorum, hominum *ἐκ τοῦ ὄχλου*, Iudae Ischariotis, centurionis, diaboli, pastorum, scribarum. Borderius latius de hoc codice disserit, haec attamen minus accurate dicta notabit lector: p. 227 non erat textus olim auro exaratus (f. 72r titl et ll. $2^1/_2$ Graece, f. 73v ll. 14 Christi verba auro ducta sunt; ita f. 76v); p. 231 de fol. 201r quem vult Borderius servum esse centurionis in urbe Kapharnaum, filius viduae est ex urbe Naïn. Tabulae nonnullae vel prorsus vel partim pigmento fraudantur, ex quibus praebet fol. 203v exemplum aptum ad methodum pictoris indagandam. Notandum est fasciculos Graece, postea Armeniace, numeratos ex decem foliis constare. Manus antiqua paginas etiam Latine numeravit; vide f. 108.109.110 = vetera 97.98.99. Latinis brevioribus subiunguntur signa varia ne laedat oculos vacuitas; vide foll. 16v, b; 20r, b; 13v, b. Librarius Latinus omisit (ex incuria?) multa, quae manus posterior addidit. (Eus-tab Latine), capp-tab in Ioh, capp, titl, sect (desunt sub finem Mc) (non can), lect, subscr in Lc: *Evv* Gr-Lat; deest Mc 16,14—20 — [Latina desunt Mc 9,18—fin (m post 9,18—11,13) Lc (m post 5,21—44?) Ioh (m post 1,1—12,17)] — Latina non ex Graecis fluxerunt. Mt 7,13 „lata via et spaciosa est illa quae", m nov corr; Mt 13,3 „Ecce qui exiit seminare semen suum, et dum seminat quaedam cecid.", m nov corr in mg „Exiit seminans seminis et dum seminat eum".

Olim Strozzii, deinde Medicaeus (cf cod 15). Wetstenius codicem anno 1715 contulit; Scholzius contulit Mc et locos selectos ex reliquis evangeliis. Facsm. apud Silvestrium (ut cod. 14), vol. 2, num. 91. Martin. p. 29. Vidi 21 Dec 1884.

17. Par. nat. 55, olim 2244.

saec. XV, 30.9 × 21, membr, foll. 353, coll. 2 Gr-Lat (19 × 5.5; 2 coll = 13), ll. 25, litt mai aur et color, max pict; tabulae optime pictae; uno loco Mt 2,19 sect; lect, (syn Latt): *Evv* Gr-Lat. Manu Georgi Hermonymi scriptus; Hermonymus natu Spartiates Parisios venit a. 1472, Guilelmi Budaei et Reuchlini praeceptor fuit, codices multos etiam Romae scripsit, e. g. Evv 30.30a.70. 287.288.880 Act 116.116a Apoc 41; vide librum v. cl. Henrici Omontii: *Georges Hermonyme de Sparte maitre de grec à Paris et copiste de manuscrits* . . . Parisiis a. 1885, qui primum in actis *Memoires* et *Bulletin de la société de l'histoire de Paris et de l'Ile-de-France*, vol. 12 et vol. 13 lucem vidit; addendi sunt catalogo codicum ab Hermonymo scriptorum codices Vat. Reg. Gr. 68 (= Apoc 41) et 76

(= Act 116a) et Athen. nat. —?—. Olim Caroli cardinalis de Bourbon (card. factus a. 1476, † a. 1488) archiepiscopi Lugdunensis; vide Leopoldum Delisle, *Le cabinet des manuscrits*, Parisiis a. 1868, vol. 1, p. 169.170. Olim Fonteblandensis. Wetstenius contulit. Vide Griesbach. *Symb. crit.* 1, p. clii. Scholzius contulit Mc et locos ex reliquis evangeliis selectos. Burgonius sine iure negat codicem ab Hermonymo scriptum esse. Vidi 18 Febr 1885.

18. (Ac 113 P 132 Ap 51) Par. nat. 47, olim 2241.

a. 1364, 28.9 × 21.3, membr, foll. 444, col. 1, ll. 23; litt mai et max rubr; arg, capp-tab, capp (non titl), (non sect can), lect, init, *ἀναγν*, subscr, *στίχ*, vers, syn, men; Euth: *Evv Act Cath Paul* (Phm Hebr sic: aliter Martin.) *Apoc*, *Psalmi cum odis*. Constantinopoli scriptus in monasterio *τῶν μαγκάνων*, a Nicephoro *τοῦ καννάβη* dono datus monasterio *τοῦ ζωοδότου χῦ ἐν τῶ τοῦ μυζιθρᾶ τῆσ λακεδαίμονοσ κάστρω*. Emptus a. 1687. Scholzius contulit Evv Act, cetera perlustravit. Contulit Reichius Act exceptis (ut supra, p. 268, adn. 2), a. 1847, p. 21—25; iniuria cum Marshio putabat hunc esse Stephani *ζ'*. Martin. p. 30.31. Vidi a. 1884.

19. Par. nat. 189 olim 1880.

saec. XII, 32 × 23.6, membr, foll. 387, col. 1 (txt 12.9 × 10.5, comm 25.6 × 18), ll. txt 15 etc, comm 39 etc; litt mai rubr, pict (Borderius, p. 181.182), membr crass, disp et lin usit, atr fusc, litt infra lin, optime exaratus; capp-t omnes sub initium tomi (cf Evv 12), capp, titl (harmonia sive concordantiae titulorum summis in paginis), sect, can, subscr: *Io Mt Lc Mc* cum catena (Chrys in Io, Vict in Mc). Olim Medicaeus (cf cod. 15). Scholz. cont. Vidi 18 Oct 1885.

20. Par. nat. 188, olim 1883.

saec. XI, 33.6 × 23.3, membr, foll. 274, col. 1 (txt 14.5 × 7.5, comm 30.7 × 16.2); ll. txt 36 etc comm 51 etc; membr crass, disp et lin usit, atr fusc; litt interdum supra lin (man sec capp-tab cum harm, capp, titl, sect, can, lect, init, subscr, *στίχ*): *Evv* cum comm (Mt Chrys, Mc Vict [Cyr Al in primo loco tribuitur], Lc Tit, Io Chrys), additis dissertationibus Eusebii, Isidori, Hippolyti, Cosmae, Sophronii, Iohannis Mansuri (sc. Damasceni). Manus posterior supplevit nonnulla ut Mc 9,5.37. Volebat corrector aliquis, fortasse ipsa prima manus sui emendatrix, codicem ad textum qualem habent codices 215.300 conformare; vide Burgon. *The last twelve verses of ... Mark*, Oxon. 1871, p. 119.279.280, qui perspexit codices 20 et 300 in Marco paginas eadem non solum textus sed etiam commentarii syllaba constanter incipere, quamquam ante correctionem illam textu prorsus inter se discrepabant. Manus secunda addidit

sub finem Marci: *εὐαγγέλιον κατὰ μάρκον, ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη· ὁμοίωσ ἐκ τῶν ἐσπουδασμένων· στίχοισ* 1590 *κεφαλαίοισ* 237, et similia sub finem Lc et Ioh. Vide sis codices *A* (supra, p. 339. 405.406) 117.157.164.215.262.300.376.428.565.566. Adult ad finem Ioh. Ex oriente perlatus a. 1669. Scholzius „longe maximam partem" contulit. Martin. p. 31—35 cum facsim: (p. 34, l. 15 lege *ἀπαραλείπτωσ* non-*πτὰ*). Vidi 8 Oct 1885.

21. Par. nat. 68, olim 2860.

saec. XII (Scholz. X, Martin. XIV), 22.9 × 18, membr, foll. 203, coll. 2 (16.3 × 4.6; coll. 2 = 11.4); litt mai nig vel rubr vel caer, max rubr et caerul; tabulae pictae occidentales; disp et lin usit, litt infra lin; capp, titl, sect (Mc 237: 16,15) (non can), (man saec. XV lect, init, *ἀναγν* [*ἀναγνώσματα* numerantur continuo, Mt 120, Mc fin 190 Lc fin 309, Ioh fin 379], syn, men): *Evv;* foll. 133—136 man saec. XV supplevit Lc 20,10—21,26 [deest 21,26—22,50] 22,51—23,27; Ioh 5,4 habet obelos in mg. Adult deest. Sub finem Lucae scripsit manus prima cryptographice *κύριε σώσον με, τὸν ἁμαρτωλὸν ὀνήσιμον*, unde videtur Onesimus librarius fuisse. In Calabria ut videtur exaratus, olim Fonteblandensis fuit. Scholzius contulit Mt 1—11 Marci et Ioh 4.5.7.8. Martin. p. 35.36 (errat de Lc mutilo, de can, de *ἀναγν*). Vidi 12 Iun 1885.

22. Par. nat. 72, olim Colbertinus 2467.

saec. XII (Scholz. XI), 26 × 19, foll. 232, col. 1 (17.2 × 12), ll. 22; *ι* adscr; capp-tab, capp, titl, sect (Mc 233: 16,8): *Evv*, bonae notae; desunt Mt 1,1—2,2 4,19—5,25 (folia hoc ordine legenda sunt 7—10.1—6.11) Ioh 14,22—16,27. Lectiones variae in mg. Wetstenius et Scholzius contulerunt. Martin. p. 36.37 cum facsim. Vidi 12 Iun 1885.

Jun. 12. 1900

23. Par. nat. 77, olim Colbert. 3947.

saec. XI vel XII, 23 × 18.4, membr, foll. 230, col. 1 (15.1 × 10.6), ll. 22, litt mai paragraphorum atr, capitum aur, max color; capp-tab, capp, titl, sect, (non can), lect: *Evv;* desunt Mt 1,1—5.7—16; Lc 24,46—fin; Ioh 1,1—2,20; 21,25. Post medium saec. XII et in Italia, teste viro cl. Omontio, addita est versio Latina Mt Mc Lc (1,1—4,18). Samuel Berger, Vulgatae versionis peritissimus, me certiorem amicissime fecit hanc versionem esse Vulgatam eamque bonae familiae. In Italia ut videtur exaratus. Scholzius contulit magnam partem. Martin. p. 37. Vidi 18 Iun 1885.

24. Par. nat. 178, olim Colbert. 4112.

saec. X (Scholz. Martin. Omont. XI), 25.9 × 18, membr, foll. 240, col. 1 (txt 15.2 × 7.7; comm 22.1 × 15); ll. txt 25

comm 58; litt mai rubr in nig; membr ten, atr fusc, disp et lin usit, litt supra lin; prol, capp-tab, capp, titl, sect (Mc 234: 16,9), can, (syn man post): *Evv* cum comm (Mc Vict); desunt Mt 27,20—fin; Mc 1,1—4,21. Scholzius contulit codicem fere integrum. Cramerus codicem hic illic adhibuit in catena in evangelium Marci edenda, *Cat. Gr. patr. in N. T.* Oxonii a. 1844, vol. 1, ubi vide p. xxix. Martin. p. 37.38 cum facsim. Vidi 6 Oct 1885.

25. Par. nat. 191, olim Colbert. 2259.

saec. XI (Scholz. X), 30.2 × 23.2, membr, foll. 292, col. 1 (txt 15.3 × 10.2; comm 26.1 × 17.5); ll. txt 18, comm 42; litt mai rubr; membr crass et med; disp et lin usit, atr fusc; litt infra lin; ~ ante partem alteram vocabuli a linea rupti; ι adscr; prol, capp-tab, capp, titl (non sect, can), lect hic illic; folia ita legenda sunt 13.14.16.15.17—79.1—12.80—83.107.84—118: *Evv* cum comm (Mc Vict); desunt Mt 1,1—4,25 23,1—25,42 26,43—26,55 28,10—fin Mc 1,1—7,35 Lc 8,31—41 9,43—53 10,39—11,4 (chart man nov 10,39—42 11,27.28) Ioh 13,25—fin. Scholzius contulit totum. Martin. p. 38.39. Vidi 29 Oct 1885.

26. Par. nat. 78, olim Colbert. 4078.

saec. XI, 24.1 × 18.5, membr, foll. 179, col. 1 (16.7 × 11.4), ll. 27.28; litt mai nig, max rubr, orn color, nitide scriptus; disp usit, lin inusit; Carp, Eus-tab, capp-tab, capp, titl, sect (Mc 240: 16,19), (non can), lect, syn, men: *Evv.* Manu Pauli scriptus. Hic illic in mg stant vocabula Latina manu saec. XIV, teste Omontio, scripta. Contulerunt Wetstenius et Scholzius. Martin. p. 39. Vidi 23 Iun 1885.

27. Par. nat. 115, olim Colbert. 6043.

saec. X, 16 × 12.1, membr, foll. 460, col. 1 (11.3 × 5.9), ll. 19, litt mai aur in rubr, orn aur argent purp (pict, vide Borderium, p. 137); disp et lin usit, litt supra vel in lin; nitide exaratus; scriptura eadem quam Act 122 exhibet; scriptura tabularum uncialis scripturae tabularum codicis Par. nat. 923 similis est; ornamenta etiam sub init evangeliorum pariter atque ornamenta in mg similia ac in cod 923 sed meliore arte picta; capp-tab, capp, titl, sect (Mc 241: 16,20), can (in eadem linea atque sect), (syn man post): *Evv;* lege folia hoc ordine 85.156.86 et postea 155.157. Deest Mt 25,30—39 nisi alio loco stet folium 124*. Ioh 18,3—21,25 in chart, man saec. XVI (Scholz. XIV). Codicum 27—33 lectiones, a Larroquio sane festinanter conlectas, communicavit Petrus Alixius cum Millio, quo teste emendator quidam textum huius

codicis 27 (Millio Colb. 1) in evangeliis tribus posterioribus misere violavit. Wetst. et Scholz. contulerunt. Martin. p. 40. Vidi 20 Aug 1885.

28. Par. nat. 379, olim Colbert. 4705.

saec. XI, 23.1 × 18.7, membr, foll. 292, col. 1, ll. 19, litt mai rubr, max color; indiligenter scriptus; capp-tab (in unaquaque capitum tabula errat librarius ex incuria de capp numero), capp, titl, sect (Mc 234: 16,9), can (m post lect, init), subscr, vers: *Evv*; desunt Mt 7,17—9,22 14,33—16,10 26,70—27,48 Lc 20,19—22,46 Ioh 12,40[44.46]—13,1 15,24—16,12 18,16—28 19,11—fin (m poster saec. XV supplet 19,11—20,20 21,5—18); textus multa cum D communia habet. Vir cl. Hort, *WH Intr.* p. 242, huius codicis lectiones fere singulares easque vetustissimas in prioribus evangelii Marci capitibus laudat. Millio Colb. 2 (vide cod. 27). Totum contulit Scholzius. Martin. p. 40.41. Vidi 14 Febr 1885.

29. Par. nat. 89, olim Colbert. 6066.

saec. X (Scholz. XII), 18.1 × 14.1, membr, foll. 169, col. 1 (14 × 8.5), ll. 30; litt mai nig, max color; ι adscr; Eus-tab, prol Cosmae, capp, titl, sect (Mc 234: 16,9), can, subscr, vers, syn, men: *Evv* cum scholiis nonnullis et lectionibus variis; deesse Mt 1—15 male tradunt Mill. et Martin.; Mc 16,15 usque ad finem et Lc 4,28—5,7 folia tria deperdita supplevit manus saeculi XVI charta. Manus saec. XI addit f. 121 v—122 r catechismum de Iesu natalitiis. Scriptus ut videtur a viro Latino eoque monacho neophyto (f. 121 v). Millius (Colb. 3) textum cum textu codicis 71 convenire dicit. Scholzius contulit Mc 1—5 Ioh 5—8. Martin. p. 41. Vidi 7 Iul 1885.

30. Par. nat. 100, olim Colb. 4444.

saec. XV (Scholz. et Martin. XVI), 22.7 × 14.9, chart, foll. 313, col. 1, ll. 18; litt mai rubr; litt max habent spatium coloribus destinatum; ~ supra nomm propr; ut in Evv 288 incipit Lc fasc. κ′; capp (etiam capp Latt), titl, (non sect, can), errores m pr in margine correcti: *Evv* sine lacuna. Manu Georgii Hermonymi exaratus; cf supra, cod. 17. In libri sive foliorum fronte stat: Monseigneur Lecoq; olim etiam numeratus est „six vingt seize“ (= 136). Millio Colb. 4 in Mt. Scholzius contulit locos selectos, textum a textu codicis 17 differre dixit. Martin. p. 41 (nota bene capita Latina passim codici inesse, non ut Martinus vult solum Ioh 8). Vidi 27 Nov 1884.

30a. Cant. univ. Kk. 5.35, olim 2077.

saec. XV, 23.5 × 15.5, chart, foll. 403, col. 1 (13.8 × 8), ll. 14, capp (et capp Latt), titl, subscr; litt mai rubr, max vacant coloribus non additis: *Evv*. Scriptus manu Georgii Hermonymi ex

codice 30 vel ex eodem codice cum codice 30. Praeterea videtur codex 30 ex codice 288 vel ex eius antigrapho fluxisse. Olim fuit codex I. B. Hantini viri Gallici numismatici, ex cuius bibliotheca Moorius episcopus hunc codicem accepit anno 1706. Marshius episcopus hunc codicem a codice 62 non distinxit (cf Scrivener. *Intr.*^{3}, sub cod. 62). Accurate inter se conferendi sunt hic codex et codices 30.70.287.288. Codex 70 habet aliquid commune cum codice 287 etiam cum codicibus 30 et 288. Vidi Cantabrigiae mense Ian 1883, Parisiis 22 Iul 1885.

31. Par. nat. 94, olim Colb. 6083.

saec. XIII (XII?), 18 × 14.1, membr, fol. 188, col. 1 (13.2 × 9.2), ll. 25; disp et lin usit, litt infra lin; litt mai aur, max color, orn, pict; capp-tab (Mc Lc Ioh m post), capp, titl; multa erasa et correcta: *Evv;* Lc 3,38—4,19 et 5,39—6,33 supplevit m sec charta adhibita; sub initio et sub finem folia duo inserta preces exhibent. Millio fuit Colb. 4 post Mt (cf cod. 30). Scholzius contulit locos selectos. Martin. p. 42. Vidi 20 Iul 1885.

32. Par. nat. 116, olim Colb. 6511.

saec. XII, 14.7 × 10.9, membr, foll. 244, col. 1 (10.5 × 7.5), ll. 21; disp et lin usit; litt mai rubr; prol (fallitur Martinus qui hunc prologum in evangelium Marci et hic et alibi passim mutilum esse sibi persuaserit), capp-tab, capp, titl, sect (Mc 233: 16,8), (non can), (lect, init, *ἀναγν* m sec): *Evv;* deest Mt 1,1—10,22; m sec supplet Mt 11,7—12,34 in chart; Mt 24,14—30 mut; desunt Lc 22,36—fin Ioh 1,1—4,20. Adult abest. Ioh 5,3.4 obelis damnatur. Millio Colb. 5. Scholzius contulit locos selectos. Martin. p. 42. Vidi 26 Aug 1885.

33. (Ac 13 P 17) Par. nat. 14, olim Colb. 2844.

saec. IX vel X (Scholz. Martin. XI), 37.8 × 24.8, membr, foll. 143, col. 1, ll. 48 (ita m pr in Evv) 52 et 51 (m post); litt mai nig (at m sec rubro duxit has litteras); errores ex itacismo, folia lacerata; capp, titl; Euth prol in Cath Paul una stant foll. 73—76: *Prophet Evv Act Cath Paul* (Hebr Tim); desunt Mc 9,31—11,11 13,11—14,59 (Lc 13,7—19,44) Lc 21,38—23,26. Manus prima exaravit vetus testamentum et evangelia, manus alia saeculi X Act Cath Paul; bibliopega librorum ordinem confudit; iam saeculo XIII vel XIV fuit liber nondum mutilus male in ordinem redactus. Textus plurima codicibus uncialibus optimis communia habet. Eichhornius appellat hunc codicem: „Die Königin unter den Cursiv geschrieben Handschriften", *Einl. in das N. T.* Lipsiae a. 1827, vol. 5, p. 217.

Contulerunt Larroquius, Griesbachius *(Symb. crit.* tom. 1), Begtrupius (ap. Birchium, *Varr. lect. ad Apoc.* p. 95 sqq.), Scholzius, accuratissime vero Tregellesius a. 1850, qui multa, ubi vel membrana vel atramentum deerat, per vestigia ex adverso adhaerentia legit; vide Tregellesium, *Printed text* (cf supra, p. 270), p. 161.162. Vide W H *Intr.* § 211. Facsimile apud Scrivener. *Intr.*[3] tab. XIII, no. 39; cf Mus. Brit. Add. 20,002, qui ll. 42 habet: *Catal. of anc. mss. in the Brit. Mus. part 1, Greek*, Lond. 1881, tab. 20. Martin. p. 42.43. Vidi 29 Aug 1884, 24 Ian 1885.

34—41 aeque ac H^{paul} cancellarii Seguierii olim fuerunt, qui pronepoti suo Henrico Carolo de Cambout de Coislino, duci et pari Franciae, episcopo Metensi, bibliothecam legavit; vide Montefalconium, *Bibl. Coislin.* Parisiis, a. 1715, fol. Wetstenius contulit codices hos qua potuit diligentia; Scholzius dicit Wetstenium eos „cursim" contulisse.

34. Par. nat. Coisl. 195, olim 306.

saec. X [Scholz. Martin. XI], 28.8 × 19,2, membr, foll. 469, col. 1 (16.4 × 7.5, commentarius 21.6 × 14.5), ll. 22 etc; orn colores inusitatos exhibent (Bordier. p. 123—125); atramenta varia; Carp, Eus-tab, prol (in comm), arg, capp, titl, sect (Mc 241: 16,20), (non can), subscr, *στίχ;* pict, vers: *Evv* cum catena catenae in codice 194 simili (Mc est Vict Ant sine scholio in 16,9—20; Lc est Tit Bostr) f. 1—3 man nova homil Pselli; foll. 163 r—169 v patristica Sev, Hesych, Eus, Isid Pel, Dion Al etc; neque evangelia neque patristica satis accurate excussi. Antea fuit monasterii S. Nicolai cognomento Stauronicetae in Monte Atho. Mtf. p. 247. Contulit Wetstenius, item cursim Scholzius. Martin. p. 43—45 (Martinus, p. 45, laudat ex Tischend. *N. T.* ed. VIII, vol. 1, p. 828 adnotationem de Ioh 7,53—8,11, additque: „mais c'est une erreur. Nous avons vérifié le passage avec soin et cette note n'y existe nulle part." Tischendorfius vero erravit solum de loco adnotationis, nam stant re vera haec verba fol. 169 verso, ll. 6—8 inter patristica illa supra laudata). Vidi 30 Sept 1885.

35. (Ac 14 P 18 Ap 17) Par. nat. Coisl. 199, olim 44.

saec. XI vel XII, 18.6 × 13.9, membr, foll. 328, col. 1 (13.7 × 9.2), ll. 27; litt mai rubr; capp-tab, arg, capp, (titl unum vidi), (non sect, can), lect, init, *ἀναγν*, syn, men, versus, subscr, *στίχ;* Act lect; Cath Paul Euth et lect; Apoc scholia: *Evv Act Cath Paul* (Phm Hebr) *Apoc;* sub finem Paul stat Chrysostomi

homilia de dominica resurrectionis. Adult signis damnatur. Mtf. p. 250. Wetstenius contulit, item cursim Scholzius. Martin. p. 45.46. Vidi 1 Oct 1885.

36. Par. nat. Coisl. 20, olim 26.

saec. X (Scholz. Martin. XI), 29,3 × 21.3, membr, foll. 509, col. 1 (11.2 × 7.8, comm 22.6 × 15.5), ll. 19 (comm ll. 44 etc), litt max color; praeclare exaratus; Carp, Eus-tab, prol (prol in Mc non mutilus est, [fallitur Martinus]) capp-tab, capp, titl, sect, pict: *Evv* cum comm (in Mc est Vict Ant cum scholio in 16,9—20); foll. 1.2 litteris uncialibus saec. IX praebent fragmenta ex parallelis sacris (non ut Martinus vult ex lectionario) *στοιχεία* ΝΞΟ. Olim Laurae s. Athanasii in monte Atho. Mtf. p. 63—65, cum facsim. Contulit Wetstenius, item cursim Scholzius. Martin. p. 46.47. Vidi 31 Aug 1885.

37. Par. nat. Coisl. 21, olim 238.

saec. XI vel XII, 31 × 24, membr, foll. 357, col. 1 (14.3 × 9.7, comm 23.7 × 16.8), ll. 21 etc comm 43; disp et lin usit; litt infra lin; litt mai rubr; Eus-tab, prol (prol in Mc non est mutilus, [fallitur Martinus]), capp-tab, capp, titl, sect (Mc 233 : 16,8), can, pict: *Evv* cum comm (in Mc est Vict Ant); adult stat sub finem libri et habet *προσποιούμενοσ* sine *μή*. Mtf. p. 65.66. Wetstenius contulit, item cursim Scholzius. Martin. p. 47. Vidi 3 Sept 1885.

38. (Ac 19 P 23) Par. nat. Coisl. 200, olim 45.

saec. XIII, 17.5 × 13.6, membr, foll. 300, col. 1 (11.7 × 7.5), ll. 30; disp et lin usit, litt infra lin, atr nig, litt mai aur, max color, orn color; capp, titl, sect (Mc 241 : 16,20), (non can), pict (Bordier. p. 226.227); Cath et Paul habent Euth sed non capp et titl; permulta erasa sunt et iterum scripta; in mg adnotationes Latt et Graecae: *Evv Act Cath Paul* (Hebr Tim); desunt (ipse non excussi) Mt 14,15—15,30 20,14—21,27 Mc 12,3—13,4.

Scriptus iussu Michaelis Palaeologi imperatoris (a. 1260—1282), qui codicem anno 1269 vel 1270 dono Ludovico IX Galliarum regi (mortuus est a. 1270) misit. Roberti Stephani *ϑ'*. Fuit posthac Prez Savigni, et ex eius domo in bibliothecam patrum Cadomensium (Caen) societatis Jesu a. 1640 migravit. Montf. *Bibl. Coisl.* p. 250. 251; p. 251, l. 6 post „salutem" adde „optatam"; Montefalconius (quem sequuntur Scholzius et non sine dubitatione Scrivenerus *Intr.*[3] p. 184 adn.) minus accurate dixit codicem Apoc non Paul continere. Wetstenius contulit codicem, item cursim Scholzius. Facsim. in libro Silvestri, *Paléographie universelle*, no. 84 ubi codex iniuria

"evangelistarium" appellatur. Cf. librum Bergeri de Xivrey, *Notice d'un ms grec du XIIIe siècle conservé à la bibliothèque impériale* etc Paris. a. 1863 (ex actis *Bibliothèque de l'école des chartes, XXIV année, tôme IV, cinquième série*, Paris. a. 1863, p. 97—118). Martin. p. 47.48; fallitur Martinus p. 48, de scriptura, quippe quae scripturae codicis 298 non similis sit. Vidi 3 Oct 1885.

39. Par. nat. Coisl. 23, olim 315.

saec. XI (Martinus X, sed postea lapsu quodam [vide infra] 1218), 33.5 × 26, membr, foll. 288, col. 1 (13.3 × 10.5 etc; comm 27.9 × 28.6), ll. 17 etc (comm 44 etc); disp usit, lin inusit; litt mai rubr; capp-tab (in unum ad initium conlectae cf codd. 12.19) Mc habet 52 quattuor inusitatis sub initium additis fortasse ex commentario, textus tamen margo recte ponit titulum *α΄ περὶ δαιμονιζομένου*, Ioh ex incuria habet 17 cum sint re vera in tabula duodeviginti; capp, titl, sect (Mc 241 : 16,20), subscr, *στίχ*: *Evv* cum comm (in Mc est Vict Ant); Mt et Mc diversis manibus eiusdem saeculi; inter Mt et Mc stant nonnulla ex Sev, Eus, Hes, et inter Mc et Lc ex Dion Alex pariter atque in codice 34; Mt 16,2.3 et Ioh 7,53—8,11 prorsus desunt:

Constantinopoli (*τὸ πατριαρχεῖον*) ut videtur scriptus saeculo decimo primo ineunte, patriarcha Sergio II (a. 999—1019), in monasterium S. Athanasii in monte Atho translatus est a. 1218 per monachum Macarium (cf supra, p. 430). Fortasse eiusdem archetypi apographus est atque codex 34. Montf. *Bibl. Coisl.* p. 66—75. Adhibuit secundo loco Cramerus (vide ad cod. 24) vol. 1, p. xxviii, in Victoris commentario in Mc edendo. Contulit Wetstenius et cursim Scholzius. Martin. p. 48.49. Vidi 3 Sept 1885.

40. Par. nat. Coisl. 22, olim 375.

saec. XI vel XII, 29.9 × 21.5, membr, foll. 312, col. 1 (11.9 × 10.7; comm 24.6 × 17.4), ll. 18 etc (comm 48 etc); disp et lin usit; litt mai rubr; *ι* adscr; manus alia foll. 157r—164r deinde manus prima; Carp, Eus-tab, prol (Mci prologum mutilum esse alucinatur Martinus), capp-tab, capp, titl, sect (Mc 233: 16,8), can: *Evv* cum comm (in Mc est Vict Ant); desunt Lc 21,21—23,32 et Ioh 20,25— 21,25 (ipse non excussi). Antea fuit monasterii sancti Nicolai cognomento Stauronicetae in monte Atho, pariter atque codex 34. Montf. *Bibl. Coisl.* p. 66. Contulit Wetstenius, item cursim Scholzius. Martin. p. 49.50. Vidi 3 Sept 1885.

41. [Par nat. Coisl. 24, olim 241.

saec. XI, 30.8 × 24, membr, foll. 224, col. 1 (21.2 × 15.3), ll. 33.32, latt recte, lin non semper recte, litt infra lin, litt mai

rubr, capp-tab in Mc, capp, titl, hic illic lect, subscr, στίχ: catena in Mt Mc (Mc Vict Ant). In evangeliorum catalogo vix locum habet hic codex, nam textus non integer est; desunt praeterea folia circiter 30 et f. 136 quaerit Graeculus quidam: *ὦ τι ἐποίησεν ὁ κόψας τὸ φυλλον ὧδε· λίπει.* Montf. *Bibl. Coisl.* p. 75. Contulerunt Wetstenius et cursim Scholzius. Martin. p. 50. Vidi 17 Sept 1885.]

42. Medicaeus. Nunc latet. Lectiones eius a Petro Pithaeo margini editionis Stephanicae tertiae anni 1550 adscriptas, communicavit Eduardus Bernardus cum Millio qui eas edidit; vide Millii *N. T. Gr.* ed. Kuster. Amstelodami a. 1710, proll. paragr. 1462. Millius nomen Regii Medicaei codici a Pithaeo datum compendio Med notavit. E nomine videbatur codex Regius Parisiensis ex codicibus a Catharina de Medici Parisios perlatis esse. Dionysius Amelottius (a. 1606—1678) codice in Trecensi (Troyes) collegio usus est, Scholzius autem codicem frustra in bibliothecis Galliae publicis etiam in urbe Trecensi quaesivit. Millium non fugit lectiones lectionum codicis K similes esse.

43. (Ac54 P130) Parisiis bibliothecae armamentarii 8409 et 8410. olim Gr. 4.

saec. XII (vol. 1 fortasse XI), 20.8 × 16.3, membr, voll. 2, foll. 199 et 190, col. 1; vol. 1 ll. 23, vol. 2 ll. 25; vol. 1 litt mai aur, max color, vol. 2 litt mai ad init lect rubr, max rubr; Carp, Eus-tab, prol, capp-tab, capp, titl, sect (Mc234: 16,9), can, (lect, init, *ἀναγν* m sec), subscr (Iac et Paul στίχ, Paul hic illic etiam *ἀναγν, κεφ, μαρτ*): *Evv* (vol. 1) *Act Cath Paul* (Phm Hebr) (vol. 2). Ex vocabulo *μητροπόλεως* pro *ἐκκλησίας* in 2 Tim subscriptione substituto concludit Scholzius codicem Ephesi scriptum esse. Codex fuit Patris de Berziau qui anno 1661 codicem seminario sive oratorio Sammagloriani (S. Magloire) dono dedit. Amelottius et Simonius inspexerunt; Scholzius contulit locos selectos. Martin. p. 50.51. Vidi 14 Aug 1884.

44. Lond. mus. Brit. Add. 4949.

saec. XII (Scholz. XI), 30.7 × 24.2, membr, foll. 259, col. 1, ll. 21.22; litt mai rubr; capp, titl (utraque adesse Scrivenerus negat) sect (Mc234: 16,9), can, (lect man sec), syn, men, (subscr et στίχ in Ioh), pict: *Evv;* Mt16,2.3 deest sed m sec addit in ima pagina; Ioh5,3.4 signis damnatur; Ioh7,8 erasit manus secunda duas paene lineas et rescripsit; adult deest. Caesar de Missy (a. 1703—1775), capellanus Gallicus regis Georgii III Angliae, codicem ex Atho monte in Angliam pertulit, a. 1746 Wetstenio monstravit, posthac conlationem codicis cum Wetstenio communicavit quam Wetstenius haud

emendate edidit; haec conlatio, olim teste Scrivenero, *Intr.*[3] p. 185, codici adsociata, anno 1883 evanuerat. Dignum sane codicem qui denuo conferatur quodammodo contulit Bloomfieldius (vide supra, p. 267, adn. 2) a. 1860. Vidi 27 Iul 1883.

45—58. De codicibus Oxoniensibus consulendi sunt libri Henrici Octavii Coxe, *Catalogi codicum MSS. bibliothecae Bodleianae, pars prima recensionem codicum Graecorum continens*, Oxonii a. 1853, et *Catalogus codicum MSS. qui in collegiis aulisque Oxoniensibus hodie adservantur*, I. II, Oxonii a. 1852.

---

45. Ox. Bodl. Baroccianus 31.
saec. XIV, 18.5 × 13.5, membr, foll. 398, col. 1, ll. 20; litt mai aur vel rubr; nitide scriptus; Eus-tab, capp-tab (Ioh 19 numero ε′ omisso), capp, sect (Mc 233 : 16,8), can, lect, subscr, στίχ, pict; imae paginae humiditate laesae: *Evv;* desunt Mt 2,5—15. Totum contulit Millius (Bodl. 1), locos selectos Griesbachius, *Symb. crit.* vol. 1, p. clxx. clxxi. Vidi 7 Febr 1883.

46. Ox. Bodl. Baroccianus 29.
saec. XII vel XIII (Scholz. XV et fortasse iure, nam ipse dubito an recte de saeculis anno 1883 ineunte iudicaverim), 18.5×12.5, membr, foll. 342, col. 1, ll. 18, litt mai aur; Carp, Eus-tab, prol in Ioh, capp-tab, capp, titl, sect (Mc 241 : 16,20), can, lect, init, ἀναγν, syn, men, subscr, στίχ, vers, pict; tabula paschalis: *Evv;* textus teste Griesbachio saepe cum codicibus 52 et 61 consentit. Fuit Michaelis Zoriani (τοῦ ζωριάνου) qui codicem ornandum curavit. Totum contulit Millius (Bodl. 2), locos selectos Griesbachius, *Symb. crit.* vol. 1, p. clxxi. Vidi 7 Febr 1883.

47. Ox. Bodl. Misc. 9, olim 1864.
saec. XV, 12 × 10 × 9!, membr, foll. 554, col. 1, ll. 17.14.18; disp non usit; prol, arg, capp-tab, capp (et. capp Latt), titl, subscr, vers, στίχ in Mc, non eleganter scriptus: *Evv;* Ioh 8,6 καὶ προσ-ποιούμενος. Hunc codicem pariter atque codices 56 et 58 scripsit Iohannes Serbopoulos vel Zerbopoulos (noli offendere in forma SEPBO = στερβο huic codici inscripta), Graecus saeculo decimo quinto exeunte Readingae in Anglia degens; Iohanni exemplar erat codex 54 (vide cod. 54) unde sequitur codicem 47 ut et 56 delendos esse si variationes textus ex Iohannis ingenio non ex aliis codicibus fluxerint. Waltonus (cf supra, p. 221) conlatione utitur ab Usserio facta, siglo Bodl. 1. Millio Bodl. 6. Vidi mense Mart 1883.

48. Ox. Bodl. Misc. 1, olim 2044.

saec. XII (Scholz. XIII), 28.9 × 22.5, membr, foll. 145, coll. 2, ll. 30; optime exaratus; ι adscr; Eus-tab, subscr, κεφ, ῥήμ, στίχ: *Evv* cum scholiis a prima manu. Millius contulit (Bodl. 7). Vidi 20 Febr 1883.

49. Ox. Bodl. Roe 1, olim 247.

saec. XI (XII?), 14.7 × 11, membr, foll. 223, col. 1, ll. 26; lin usit, litt mai rubr, Eus-tab, capp-tab, capp, titl, sect, (hic illic can), lect, subscr et στίχ in Lc: *Evv;* insunt sub finem nonnulla ex Cassiodori historia tripartita charactere Longobardico scripta. Anno 1413 fuit Demetrii τοῦ στραβόποδος, qui eo tempore annos duodetriginta habens codicem ecclesiae cuidam dono dedit. In Angliam pertulit codicem Thomas Roe (vide supra, p. 356) et bibliothecae Bodleianae dono dedit anno 1628. Millius contulit (Roe 1). Vidi 28 Febr 1883.

50. Ox. Bodl. Laud. Gr. 33, olim D. 122.

saec. XI vel XII, 29.2 × 22, membr, foll. 241, col. 1, ll. 18—26, capp-tab, capp, titl, sect, can, subscr, στίχ, pict: *Evv* cum catena (in Mc est Vict Ant); desunt Mt 1,1—9,35 12,3—23 17,12—24 25,20—32 Ioh 5,28 (non 18)—fin; manus recentior supplevit Mc 14,40—fin; interdum praebet codex lectiones bonas. Laudii (vide supra, p. 412) factus est anno 1633 et ab eo universitati anno 1636 dono datus. Millius contulit (Laud. 1). Griesbachius contulit pauca. Ex hoc codice catenam in Mc primo loco edidit Cramerus (ut supra, ad cod. 24), vol. 1, p. xxviii. Vidi 19 Febr 1883.

51. (Ac 32 P 38) Ox. Bodl. Laud. 31, olim C. 63.

saec. XIII, 30.3 × 22.7, membr, foll. 325, coll. 2, ll. 28, prol, Euth in Act Paul Cath, capp-tab, capp, titl, sect (Mc 240: 16,19), (non can), lect, syn, men, subscr: *Act Paul* (Phm Hebr) *Cath Evv* (hoc ordine exaratus est codex); desunt 2 Pe 3,2—17 Mt 18,12—35 Mc 2,8—3,4; textu simillimus est editioni Complutensi. Olim Laudii (vide cod. 50). Millius contulit (Laud. 2), Bentleius (γ′ in conlatione Bentleii Cantabrigiae colleg. Trin. B. XVII. 5; δ′ = 477, ε′ = 60, ϑ′ (?) = 113, κ′ = 54, ο′ = 440, τ′ = 489). Griesbachius, *Symb. crit.* vol. 1, p. clxxii—clxxx, cf vol. 2, p 154 sq. Dignus est qui iterum conferatur. Vidi 17 Febr 1883.

52. Ox. Bodl. Laud. 3, olim C. 28.

a. 1286, 16.8 × 13, membr, foll. 158, col. 1, ll. 27, litt mai rubr, proll, capp-tab, capp, titl, sect, can, lect, pict: *Evv;* textus non prorsus spernendus. Scriptus manu νϊκήτα τοῦ μαυρώνη

(qui etiam Evv 341 scripsit) δϊ εξόδου καὶ ἐνεργίασ, ἰωάννου τοῦ [πουλ]ουμϊστρϊνοῦ. καὶ οἱ ἀναγϋνοσκοντεσ αὐτῷ εὐχέσθε ἡμῖν. Olim Ioasaphi monachi. Laudii factus a. 1640. Millius contulit (Laud. 5), et Griesbachius, *Symb. crit.* vol. 1, p. clxxx. Vidi 16 Febr 1883.

53. Ox. Bodl. Selden. supra 28, olim 3416.

saec. XIV, 15,5 × 12, membr, foll. 140, col. 1, ll. 29.33; litt mai rubr; prol, capp-tab, capp, titl, subscr, nitide scriptus: *Evv;* teste Millio textus similis est textus codicis 4. Scriptus manu (Nicolai?) ἀναγνώστου τοῦ καβαλλάρη. Neophytus quidam sibi arrogat honorem sumptus impensi, videtur tamen inferioris aevi fuisse. Millius contulit (Selden. 1). Vidi 17 Febr 1883.

54. Ox. Bodl. Seld. supra 29, olim 3417.

a. 1338, 16.3 × 12.4, membr, foll. 228. col. 1, ll. 25.27; Eus-tab, prol, capp-tab, capp, titl, sect, (non can), lect, syn, men, subscr, vers, verborum Hebraicorum interpretatio; quae Scrivenerus, *Intr.*[3] p. 186, adn. 1, post Burgonium contra Millium de paragraphis in hoc codice scribit, pravae Millii verborum interpretationi innituntur: *Evv;* frater vel sane germanus est codicis 109, frater est vel pater vel filius codicis 171, pater vel patruus codicum 47.56.58; Ioh 8,2 post αὐτοὺσ addit ἔν τισιν ἀντιγράφοισ οὕτωσ· pergitque ἄγουσι cf etiam Evv 780. Nitide tribus tantum digitis Theodosii cuiusdam ceteris forsan mutili anno 1338 scriptus. Iohannes Serbopoulos (cf supra, ad cod. 47) addidit ima pagina fol. 38 v Mt 12,42, fol. 193 in mg Ioh 5,9 καὶ pr—περιπάτει et 5,12, locos a Theodosio omissos. Millius contulit (Seld. 2); Bentleii erat κ′ (cf supra, cod. 51). Vidi 2 Mart 1883.

55. Ox. Bodl. Seld. 6 (Coxe Seld. 5), olim 3394.

saec. XIII (Scholz. XV), 19.6 × 14.5, membr, foll. 349, col. 1, ll. 21, litt mai rubr; arg in Mt, capp-tab, lect, init, ἀναγν, syn, men, subscr, στίχ, pict, nitide exaratus: *Evv;* Ioh. Ern. Grabius, *Septuaginta interpretum tom. 1. . . . ex . . . cod. Alex.* Oxonii a. 1707, proll. cap. iii, sect. 6, laudat Iudic 6,1—24 in minoribus quibusdam foliis insertis scriptum, nihil tamen de his foliis in schedis meis habeo. Olim γροιγορΐου ἱερομονάχου. Millius contulit (Seld. 3). Vidi 28 Febr 1883.

56. Ox. collegii Lincolniensis *II.* 18.

saec. XV, 20.5 × 14.3, chart, foll. 232, col. 1, ll. 24; capp-tab, prol in Mt Lc, capp (et capp Latt), titl, ἀναγν, subscr, vers, interpr nomm Hebr: *Evv;* filius vel fratris filius codicis 54, affinis

codicibus 58 et 61; Ioh 8,6 addit *καὶ προσποιούμενος*. Iohannes Serbopoulos (cf supra, cod. 47) codicem in Anglia scripsit; utrum tribus digitis scripserit necne vix procul dubio est, attamen versus Theodosii illius in cod. 54 exscripsit suo nomine pro Theodosii nomine posito, unde factum est ut nonnulli versuum finem de Iohanne apostolo interpretaverint! Edmundus Audleius Sarum episcopus codicem collegio Lincolniensi dono dedit anno circiter 1502. Waltonus (cf supra, p. 221) exhibet lectiones varias nonnullas ab Usserio conlectas, iniuria vero codicem cum Act 33 coniungit. Millius cursim contulit (Lincoln. 1). V. cl. Orlando T. Dobbinus codicem adiit (cf infra, cod 61), Scrivenerus perlustravit; v. cl. R. C. Pascoe quattuor capitibus conlatis Millium triginta quattuor lectiones varias e sexaginta quinque in his capitibus omisisse, in una errasse repperit, cf Scriv. *Intr.*[3] p. 186. Vidi 27 Febr 1883.

57. (Ac 35 P 41) Ox. collegii beatae Mariae Magdalenae 9.

saec. XII, 23 × 19.5, membr, foll. 291, col. 1, ll. 25, litt mai aur sed rarae; omnia compendiis scripta; capp-tab, capp, titl, interdum lect; manus nova hic illic codicem foedavit, versuum numeris minus eleganter additis: *Evv Act Cath Paul* (Phm Hebr) *Psalmi cum odis;* deest Mc 1,1—11; alucinantur deesse Rom 1.2 Cor Scholzius et Scrivenerus. Inscriptio fol. 1 anno 1386 scripta ita se habet: *ἐσκωτώθην ὁ πανυψυλωτατος* (in schedis meis *-του*) *αὐθέντης ἡμον Πάλσασ ἠπὸ τῶν ἀγαρηνῶν ἔθνων κ. τ. λ.* Hammondus bis contulit, cuius ut videtur schedas, fortasse cum Usserii schedis coniunctas, adhibuit Waltonus (cf supra, p. 221) cui fuit Magd. 1. Etiam Millius contulit codicem, Wetstenius vidit anno 1715, v. cl. Dobbinus (vide infra, cod. 61) nuper examinavit. Vidi 7 Apr 1883.

58. Ox. collegii Novi 68.

saec. XV, 19.8 × 14.5, membr, foll. 342, col. 1, ll. 20.21; prol, capp-tab, capp (etiam capp Latt) titl, hic illic sect et *ἀναγν*, syn, vers, interp nomm Hebr: *Evv* (non Act Cath Paul), affinis codicibus 47.54.56.61. Iohannes Serbopoulos scripsit codicem, fortasse e codice 54, et versus illos mutatos ut in codice 56 subiunxit. Hic codex fuit olim Iohannis Hopkinsoni Lincolniensis. Usserius contulit in usum Waltoni (cf supra, p. 221), item Millius (Nov. coll. 1). Wetstenius vidit anno 1715. Dobbinus contulit locos selectos (cf cod. 61). Vidi 23 Mart 1883.

59. Cant. Gonvillii et Caii collegii 403.

saec. XII, 20 × 14.5, membr, foll. 238, col. 1 (14.5 × 10), ll. 23, capp, titl (Ioh 17, omisso 18), sect (non can); atr nig; litt

mai pict; codex neglegenter scriptus octoginta una lacunis ex ὁμοιοτελεύτῳ laborat: *Evv.* Olim fortasse Roberti Grossteste episcopi Lincolniensis († anno 1253), erat hic codex fratrum minorum Oxoniensium qui eum Ricardo Brynckleio eiusdem ordinis fratri Cantabrigiensi saeculo decimo sexto ineunte commodaverunt. Mox anno 1567 in bibliotheca Gonvillii et Caii sedem nactus est donante Thoma Hatcher. Waltonus (cf supra, p. 221) exhibet lectiones nonnullas (cf infra Evv 62); Millius contulit; Wetstenius vidit a. 1716. Scrivenerus contulit a. 1860. De historia codicis secutus sum virum clarissimum I. Rendel Harrisium, *The origin of the Leicester codex of the New Testament*, Londinii a. 1887, p. 18—23, ubi plura invenies de Brynckleio et de Hatchero. Vidi 29 Ian 1883.

60. (Ap 10) Cant. univ. Dd. 9.69, item 556.

a. 1297, 20.5 × 14, membr, foll. 324, col. 1 (14.6 × 9.3), ll. 24; membr med et ten, disp et lin usit, atr nigrofusc; bene exaratus; Carp, Eus-tab, capp-tab, capp, titl, sect, (non can) subscr, pict: *Evv;* eodem volumine continentur Apoc saec. XV scripta, et sub finem preces. Scripsit Michael ὁ μαντυλίδησ anno 1297 in usum Georgii τοῦ μουγδουφῆσ. Codex fuit Iohannis Moore, episcopi Eliensis, quo mortuo anno 1714 pretio magno emptam Georgius I rex bibliothecam eius universitati Cantabrigiensi dono dedit. Millius contulit (Moori 1). Bentleii ε′ (cf supra, Evv 51). Cf librum viri cl. Franc. Delitzsch., *Stud. zur Entstehungsgesch. d. Polyglottenbibel d. Card. Ximenes*, Lipsiae a. 1871, p. 33.34. Vidi 18 Oct 1886.

61. (Ac 34 P 40 Ap 92) Dublini collegii Trinitatis A. 4.21, olim G. 97.

saec. XVI, 15.8 × 12, chart, foll. 455, col. 1, ll. 21, prol, capp-tab, capp (etiam capp Latt quae paragraphos definiunt), titl, sect, can, subscr, στίχ: *Evv Paul* (Phm Hebr) *Act Cath* (Iac Iud Pe Io) *Apoc* (Apoc pluribus manibus scripta est); e familia codicum Evv 54.56.58.47 est. Orlando T. Dobbinus, *The codex Montfortianus, a collation of this celebrated MS . . . . throughout the gospels and acts with the Greek text of Wetstein and with certain MSS* [Evv 56.58 Ac 33] *in the university of Oxford*, Londonii a. 1854, p. xx, 64, 196, et I. Rendel Harrisius, (cf supra, cod. 59) p. 46—53, sagaciter de codicis historia disseruerunt. Franciscus Froy, sive potius teste Harrisio Roy, e fratribus minoribus Oxoniae saeculo decimo quinto ineunte degentibus, primus quod sciamus hunc librum possedit qui fortasse ex ipsius manu fuerat. Videtur textus evangeliorum e codice Evv 56, actuum et epistularum e codice Act 33 fluxisse; Evv 56 anno circiter 1502, Act 33 anno iam 1483 in bibliothecam

collegii Lincolniensis Oxoniae recepti, ad manum erant librario Oxoniensi anno circiter 1520 scribenti. Posthac fuit codex Thomae sive ut vult Harrisius Iohannis Clementis (cf Harris, p. 53—56), deinde Willelmi Charki (cf Harris, p. 33—45) cui etiam codex Evv 69 inter libros suos praesto erat; hoc tempore anno circiter 1580 videtur Apoc codici 61 addita fuisse e codice 69 exscripta; Charkius lectiones multas in codicis margine inscripsit. Thomas Montfortius Cantabrigiensis codicem posthac possedit, unde nomen codicis „Montfortiani". Denique fuit Iacobi Usserii archiepiscopi Armachani (a. 1580—1656), qui codicem iam in usum Waltoni (cf supra, p. 221) conlatum collegio Trinitatis dono dedit. Contulerunt Millius, Iohannes Barrett (cf supra, p. 400), Dobbinus. Refert Scrivenerus, *Intr.*[3] p. 187, paginam in qua comma 1 Ioh 5,7.8 stat artificio quodam perpolitam esse; verum tamen omnibus codicis foliis id commune est, in hac vero unica pagina manibus contrectantium inquinata magis oculis obicitur. Vidi 25 Maii 1883.

62. Sedis incognitae. (capp, lect, men: Evv.)

Hic codex, ex Oriente advectus, olim fuit Henrici Googii (unde Goog.), collegii Trinitatis Cant. e sociis. Conlatio codicum D. 59.61. 62 manu scripta, in usum Waltoni (cf supra, p. 221) facta, collegio Emmanuel Cantabrigiae a. 1667 data, ibi exstat hodie. Temere Marshius episcopus hunc in codice Cant. univ. Kk. 5.35. (cf supra, cod. 30a) inveniebat, cum eundem esse cum Evv 30a censebat.

63. Dublini collegii Trinitatis A. 1 8, olim D. 20.

saec. X vel XI, 31.8 × 24, membr, foll. 237 [pagg. 474], col. 1, ll. txt 18—24 comm 48—52, litt mai rubr, prol usitat, capp-tab, capp, titl cum harmonia, sect (Mc 234 : 16,9), can, (lect, init man sec), paginae 363—420 alia manu, subscr, pict: *Evv* cum comm; deest Io 21,25 folio deficiente; adult abest. Fuit Usserii (cf Evv 61) signo Armachani 1 vel Usserii 1. Henricus Dodwell codicem in usum Fellii (cf supra, p. 222.223) contulit, Ricardus Bulkeley in usum Millii; v. cl. Dobbinus contulit Matt anno 1855, v. cl. Iohannes Twycrosse codicem integrum anno 1858.

Fol. 1 rescriptum est lectionarii fragmentum: saec. IX, 22 circ × 18, membr, unc, foll. 2 mut, coll. 2, ll. 22, litt unc rectae magnae spir et acc ornatae: nonnulla ex Mc Lc Ioh, lectiones in horas 3.6.9. V. cl. T. K. Abbottus disseruit de hoc fragmento in actis *Hermathena*, Dublini a. 1884, num. 10, p. 151—153 cum facsimili et lectionibus variis: Mc 15,35 om *ἀκούσαντες*, Lc 23,1 *πρὸς τὸν πειλᾶτον* cum L. Vidi 25 Maii 1883.

64. Marchionis de Bute.

saec. XII vel XIII, 11.8 × 8.7, membr, tomis duobus, foll. 441, col. 1, ll. 18, litt mai aur; ~ supra nomina propria; Carp, Eus-tab, capp-tab, capp, titl, sect (Mc 241 : 16,20), can, lect, init, syn, (subscr et vers m nov): *Evv;* Ioh 8,8 add *ἑνὸσ ἑκάστου κ. τ. λ.* Codex fuit Thomae Goadii († a. 1638), deinde Usserii Armachani (cf Evv 61), qui eum sine dubio cum codicibus 61 et 63 collegio Trinitatis Dublini dono dedit. Waltono fuit Em, Millio Usser. 2. Dodwellius et Bulkleius contulerunt (cf cod 63). Inde ab anno 1702 (de anno v. cl. T. K. Abbottus Dublini me certiorem fecit) e bibliotheca collegii Trinitatis elapsus, fuit codex Iohannis Iones (25 Maii 1728?), Iohannis comitis de Moira († 1793), Iacobi Verschoyle episcopi de Killala (*1748, † 1834), comitum Huntingdonensium. Hodie in manus v. cl. marchionis de Bute venit. Vide sis quae Scrivenerus, *Intr.*[3] p. xv. 188.189, dictante per litteras Burgonio narravit. Vidi codicem apud virum clarissimum Burgonium 30 Oct 1883.

65. Lond. mus. Brit. Harleianus 5776.

saec. XI (Scholz. XIII), 22.8 × 17.8, membr, foll. 309, col. 1, ll. 22; litt mai rubr; Carp, Eus-tab, capp-tab, capp, titl, sect (Mc 234 : 16,9), subscr, *στίχ;* multa erasa sunt: *Evv;* finis versus Ioh 21,25 manu nova suppletus est folio ultimo amisso (cf cod. 63). Daniel archiepiscopus *τῆσ Προκονήσου* codicem die 11 mensis Augusti anno 1674 Iohanni Covell capellano Anglico Constantinopoli dono dedit. Covellius codicem in Angliam anno 1677 transtulit. Millius contulit (Cov. 1). Vidi 8 Maii 1883.

66. Cant. coll. Trinitatis O.8.3, olim Gal. 292.

saec. XII vel XIII, 21.8 × 15.5, chart, foll. 282, col. 1, ll. 21, Carp, (folia 5 vacant Eus-tab) capp-tab, capp, titl, sect, can, syn, men, pict, lect, *ἀναγν*: *Evv* (cum scholiis manu nova); manus alia pauca in textu correxit. Fuit Thomae Gale olim scholae Paulinae Londinensis magistri deinde decani Eboracensis (*1636, † 1702). Millius contulit, Scrivenerus etiam anno 1862. Vidi 30 Ian 1883.

67. Ox. Bodl. Misc. 76.

saec. XI, 23.7 × 17.8, membr, foll. 202, coll. 2, ll. 20; litt mai aur et color; Eus-tab, capp-tab, capp, titl, sect (Mc 235 : 16,12), can, lect, subscr: *Evv;* deest Ioh 6,65—fin; fol. 3r confessio fidei et symbolum quod „Athanasii" dicitur. Robertus Huntington episcopus Rapotensis (Raphoe) († 1701) codicem ex oriente advexit; Millius contulit (Hunt. 2). Vidi 22 Febr 1883.

68. Ox. coll. Lincolniensis Gr. *II.*17.

saec. XII exeuntis, 21 × 14.5, membr, foll. 291, col. 1, ll. 23; litt mai aur; Carp, Eus-t, capp-t, capp, titl, sect, (non can), lect, (syn, men, vers addidit Theodulus hieromonachus): *Evv.* Zacyntho in Angliam (vide Evv 95 et Evl 3) anno ut videtur 1676 advexit Georgius Wheeler insignis antiquitatum explorator. Millius contulit (Wheel. 1). Non inveni folia lectionarii quae stare inter Lc et Ioh Scrivenerus dicit: silet Millius quem edit testem. Vidi 27 Febr 1883.

69. (Ac 31 P 37 Ap 14) Leicestrensis in aedibus novis concilii urbani in receptaculo 20.

saec. XV, 37.8 × 27, membr et chart, foll. 213, col. 1, ll. 38, litt mai sub init librorum rubrae; fasciculi plerique sunt quiniones foliis 1.5.6.10 membraneis cett chartaceis; prol in Hebr, capp-tab (*ἐκ τοῦ κατὰ μάρκον εὐαγγελίου τὰ κεφάλαια* cf Evv 159.178.211. 357.443), capp Latt litteris Graecis notata in mg, subscr: *Paul Act Cath Apoc Evv* (hodie Evv Paul Act Cath Apoc); deest Mt 1,1—18,15; textus singularis indolis est praesertim in evangeliis (cf supra, Evv 13 ex quo tamen vix transcripta sunt); [nonnulla videntur ex lectionariis fluxisse ut tituli evangeliorum *ἐκ τοῦ κατὰ μάρκον κ. τ. λ.*]; fol. 159v symboli expositio; fol. 160v vitae apostolorum; fol. 161r de 5 patriarchatibus. Codex fuit olim Ricardi Brynkeley Franciscani Oxoniensis saeculo decimo sexto ineunte, deinde Willelmi Chark (non Clark) Cantabrigiensis (cf Evv 61), denique Thomae Hayne, qui anno 1645 eum bibliothecae Leicestrensi dono dedit. Millius contulit (L.), item Ioh. Iackson et Guilelmus Tiffin quorum conlationes a Gecio margini Novi Testamenti Oxoniensis adscriptas Caesar de Missy sibi comparavit cumque Wetstenio anno 1748 communicavit. Conlatio fortasse alia Iacksonii exstat Cantabrigiae in collegio Iesu O. Θ. 1. Contulerunt codicem Tregellesius anno 1852, Scrivenerus anno 1855 (*Aug.* p. xl—xlvii), T. K. Abbottus (cf Evv 13). V. cl. I. Rendel Harrisius accurate de hoc codice disseruit in libro, *The origin of the Leicester codex of the New Testament*, Londinii, a. 1887, pagg. 66 cum facsimilibus. Scriveneri et Abbotti libris accedunt facsimilia. Vidi 21 Iun 1883.

70. Cant. univ. (sic) Ll. 2.13.

saec. XV, 28.5 × 17.7, membr, foll. 186, col. 1 (19.2 × 9.1), ll. 23; litt mai aur, max color; titl Graeci usitati in mg, capp Latt: *Evv;* cf Evv 30.30a.287.288: correcta sunt nonnulla in mg nunc manu Hermonymi nunc manu Budaei. Scriptus Parisiis inter annos ut videtur 1491—1494 in usum Guilelmi Budaei (cf Evv 30) manu Georgii Hermonymi, fuit Bunckleii Londinensis, deinde Moori

episcopi. Millius contulit (Bu.). Vidi Cantabrigiae anno 1883, Parisiis 22 Iul 1885.

71. Lond. Lambethanus 528.

saec. XII, 16.3 × 12.2, membr, foll. 265, col. 1, ll. 21—26; litt mai rubr; Carp, Eus-t, (capp-t m saec. XV), capp, titl, sect (Mc 234:16,9), can, (lect, init partim saec. XV): *Evv;* textus melioris notae est; Millius textum textus Evv 29 similem esse dicit, cf etiam Evv 529. Ipsum annum Christi 1160 (͵αϱξ) addit manus posterior fol. 263v, quo tamen anno sine dubio scripsisset librarius ͵ϛχξή. Codicem, olim archiepiscopi Ephesini unde Ephesinum dictum, in Angliam transtulit Philippus Traheron (etiam Treherne) capellani Anglicani munere Smyrnae annis 1669—1674 functus (cf I. B. Pearsonium, *A biographical sketch of the chaplains to the Levant company 1611—1706*, Cantabrigiae a. 1883, p. 32.33), contulitque in usum Millii cum editione Fellii — conlatio exstat forma rudiori Lond. mus. Brit. Burney 24, forma nitidiori Lond. Lambeth. 528 b — et anno 1679 bibliothecae Lambethanae dono dedit. Wetstenius codicem et conlationem a. 1746 vidit. Scr. conlationem Traheronis ad codicem a. 1845 correctam (g) edidit, *Coll.* p. xxxvi—xxxviii. Vidi 26 Iul 1883.

72. Lond. mus. brit. Harleianus 5647.

saec. XI, 25.2 × 20, membr, foll. 268 (269), col. 1, ll. 22.24; prol, capp-t, capp, titl, sect (Mc 240:16,19), can, subscr, στίχ, pict, vers: *Evv;* schol et lectt var in Mt, schol duo in Mc (16,19 et 20), lectt varr in Lc, lectt duae in Ioh. Olim monasterii Simeonis Thaumaturgi ἐν τῷ θαυμαστῷ ὄρει tempore Petri abbatis. Fuit etiam presbyteri Davidis, filii Michaelis episcopi metropolitani Bosrae, qui librum ex libris patris eius accepit; haec fere indicant adnotationes Arabicae (Anglice versae) et Graecae in codice. Bibliopola T. Iohnson codicem nondum in Angliam delatum cum Wetstenio conferendi causa communicavit anno 1731. Grsb locos nonnullos cont, *S. c.* 1, p. clxxxi. Vidi 1 Maii 1883.

73. Ox. aedis Christi, Wakii 26, olim 4.

saec. XII, 25.1 × 20.7, membr, foll. 291, col. 1, ll. 21; (Carp exsciss), Eus-t, capp-t, capp, titl, sect (Mc deficit post ι′), can, lect, pict: *Evv;* add Ioh 8,8 ἑνὸς ἑκάστου κ. τ. λ. Theophanes episcopus codicem monasterio Deiparae dono dedit. Codicem Maurocordatus princeps Hungaro-Walachiae anno 1724 archiepiscopo Cantuariensi Guilelmo Wakio dono dedit; Wakius (*1657 — † 1737) olim (collegii) Aedis Christi e canonicis legavit collegio codices centum octoginta tres (cf infra indicem codd Gr sub voce Oxon). Iohannes Walker Evv 73 et 74 in usum Wetstenii cum N. T. Gene-

vensis a. 1620 exemplari contulit quod exstat eadem bibliotheca Aedis Christi numero 35. De codd Aedis Christi cf v. cl. G. W. Kitchin. *Cat. codd. MSS. in bibl. aedis Christi*, Oxonii a. 1867, pagg. 82. Vidi 12 Mart 1883.

74. Ox. aedis Christi, Wakii 20.

saec. XIII, 20.1 × 14.8, membr, foll. 204, col. 1, ll. 26.27; Carp, Eus-t, prol usitat, capp-t, capp, titl, sect (Mc 241: 16,20), can, lect, init, syn, men, subscr in Ioh: *Evv*; desunt Mt 1,1—14. 5,29—6,1. Codicem manu Theodori *χωρικοῦ γραφέως* pagi *Ἁγίου Πέτρου* in Arcadia saeculo decimo tertio exeunte scriptum dono dedit episcopus Apollonados monasterio Gregorii (*τῇ μονῇ . . . λεγομένῃ τῶν πασχάνων καὶ ἐν τῷ ὄρει τοῦ μεγάλου ἀγροῦ διακειμένῃ*). Fuit posthac monasterii *τοῦ παντοκράτορος* in monte Atho unde in Angliam delatus est anno 1727. Walkerus contulit (cf Evv 73). Vidi 3 Mart 1883.

De Theodoro Hagiopetrita vide viri clarissimi Francisci Delitzsch. dissertationes, *Handschriftliche Funde*, fasc. 2, Lipsiae a. 1862, p. 51—53, *Zeitschrift für die gesammte lutherische Theologie und Kirche*, Lipsiae a. 1863, p. 217—219. Scripsit Theodorus Evv 234 anno 1278, 856 anno 1280, 484 anno 1292, 483 anno 1295, 412 anno 1301, et anno 1295 synaxarion hodie bibliothecae typographei synodalis Moscuae num. 26 in fol.; Evv 90 codicis cuiusdam a Theodoro anno 1293 scripti recentius apographum est.

75. Genevae bibl. urbis Gr. 19.

saec. XI, 21.6 × 16, membr, foll. 492, col. 1, ll. 19; litt mai rubr, max aur et color; Carp, Eus-t, prol, capp-t, capp, titl, sect (Mc 236: 16,13), can, lect, init, pict (minus usitati generis; Christi nativitas ita depingitur qualiter apud Bordier. p. 134 F.° 4r° et p. 137 ll. 1—8 tabulae in Evv 269 et 270 descriptae sunt; rad Ioh Proch); sub fin foll. 2 chart saec. XVI tabb paschales Matthaei Blastaris adiciunt: *Evv;* textu similis est codici 6. Mt 16,11 *προσέχειν · προσέχετε δε* 16,20 om *Ἰησοῦς*. Wetst. vidit anno 1714. Scholz. cont locc sell, Cellerierus professor Genevensis Mt 1—18 Mc 1—5 in usum Scholzii. Cf Omont (ut Evv 1). Vidi 26 Sept 1883.

76. (Ac 43 P49) Vind. caes. Nessel. 300, olim Lambec. 28.

saec. XII vel XIII (Scholz. XI), 19.1 × 13.8, membr, foll. 358, col. 1 (13 × 8.5), ll. 27, litt mai rubr; membr med, disp et lin usit, atr nig, litt infra lin; prol usit, capp-t, capp, titl, sect (Mc 234: 16,9), (non can), lect, init, syn, men, pict (rad Ioh Proch, non modo Proch sed etiam Ioh sedet): *Evv Act Cath Paul* (Phm Hebr);

sub fin Ioh, foll. 170—178 lectiones tres eccl. Saepissime dicitur hic codex in Lc 2,22 αὐτῆσ cum editione Complutensi solus praebere, re vera tamen legit αὐτῶν. Olim „Andreae Contrarii et amicorum" (vide Evv 255.368) Venetiis. Gerh. von Mastricht (cf supra, p. 229) cont a. 1690 in usum Millii, qui in append. „Viennensem" nuncupavit; ipse vero Gerhardus in editione sua anni 1711 „Caesareum". Ashius cont a. 1691. Wetst. cod ex ipsa conlatione Gerhardi secunda citat, libro impresso ut videtur diffisus. Alter. cont a. 1786. Vidi 17 Mart 1887.

77. Vind. caes. Nessel. 154 (non 114), Lambec. 29.
saec. XI, 23.8 × 18.5, membr, foll. 300, col. 1 (11.1 × 8.2; comm 16.8 × 13.2 etc), ll. 21 (comm 54 etc); litt mai aur, max color; membr ten et med, disp et lin usit, atr fusc, litt infra lin, praeclare exaratus; tabb multae pictae in mg pulcherrimae; Carp, Eus-t, prol usit (duo in Ioh), capp-t, capp, titl, sect (Mc 233 : 16,8), can, (lect, syn m post), sub fin Mc ll. $4^1/_2$ de transfiguratione, sub fin prol Lc interpr vocc Hebr in Lc; *Evv* cum comm (in Mc Vict Ant). Olim Budensis in bibliotheca Matthiae Corvini regis Hungariae (a. 1458 — 1490). Treschov. cont, item Alterus. Vidi 16 Mart 1887.

78. Pestini musei nationalis 2 quarto Gr.
saec. XII, 25 × 15, membr, foll. 293, col. 1, ll. 22, Eus-t, capp-t, capp, titl, lect, syn, pict: *Evv*. Olim, ut cod 77, Corvini, cuius bibliotheca Buda a Turcis a. 1527 expugnata dispersa est, saeculo decimo septimo Georgii δεσμοφύλακοσ Ναυπλίου fuit. A. circ. 1686 ut videtur factus est Sam. Bened. Carpzovii Dresdensis († 1707), deinde filii eius, Ioh. Aen. Carpzovii († a. 1767 Lubeci), deinde Ioh. Bened. Carpzovii IV prof. Helmstadiensis, († a. 1803). Nicolaus Iancović de Jeszenicze, comitatuum regis Hungariae assessor ex auctione librorum nepotis (?) Carpzovii Helmstadii in Hungariam retulit et a. 1836 museo nationali Pestinensi venum dedit. C. F. Boernerus cont in usum Kusteri (a quo Lipsiensis nuncupatur); item ad locc sell nescio quis in usum Scholzii.

79. Lugd. Bat. bibl. univ. 74.
saec. XV Gr (Lat nisi fallor vetustiora), 16.5 × 12, membr, foll. 208, coll. 2 Gr-Lat (Gr ad dextram), ll. 26—28; capp usque ad Mt ξγ′, (non titl), lect init ἀναγν usque ad Mt ρζ′: *Evv* Gr-Lat; deest Mt 1,1—14,13; post Ioh 1,40 habet Lat in textu glossam ex Mt 18,20 et Rom 6,3. Videtur esse codex, quem Franc. Gomarus, Brugensis, *Opp. theol.* Amstelod. a. 1644, p. 416 b laudat, quem Geo, Dousa a. 1597 Cnstpoli adtulit. V. cl. W. N. Du Rieu bibliothecarius Leidensis qua est humanitate Evv 79.122 Act 38 Paul 350 Evl 6 Lipsiam perlustrandos misit.

80. Parisiis viri clarissimi Lesoeuf.
saec. XII (non XI), 23.3 × 16.2; membr, foll. 309, col. 1 (14.7 × 9.4), ll. 23; litt mai rubr, max. color, disp et lin usit, litt infra lin, prol et arg, capp-t, capp (etiam capp Latt saec. xv), titl; man rec addidit capp et versus hodiern et conlationem in mg; ~ supra nomm propr; ~ hic illic ante partem alteram vocabuli in duas lineas divulsi; rubricator multa correxit: *Evv;* locus Lc 3,23—38 ex codice qui hanc genealogiam per coll. 3, ll. 23 disponebat exscriptus inde ordine perverso exaratus est quia librarius ordinem columnarum cum linearum ordine commutavit: e. g. *τοῦ ἰῶ͂ρά͂μ · τοῦ καϊνάν· τοῦ ἰῶ͂σῆ · τοῦ ἐσ͂ρώμ · τοῦ ἐν͂ῶσ*; cf infra, cod 109. Olim e libris Ioh. Geo. Graevii, conlatus a Bynaeo a. 1691, deinde fuit Iohannis van der Hagen, qui codicem Wetstenio a. 1739 Ultrajecti monstravit; postea Heningae, cuius bibliotheca venum data (cf catal. Heningae a. 1841, p. 25) in bibliothecam Ambrosii Didot cessit, qua venum data factus est viri clarissimi Lesoeuf Parisiensis apud quem mensi Martio a. 1885 codicem vidi et conlationem marginalem exscripsi.

81. [Codices Graeci in correctorio bibliorum Latinorum saeculo VIII scripto laudati, inter quos Wetst. cod. 12 agnoscere voluit; de correctoriis vide infra IX. 2.(1). Vix est cur eiusmodi testibus reservetur hic numerus, quem W H *Intr.* ad Evv 565 transtulerunt.]

82. (Ac 44 P 51 Ap 5).
[Codices ignoti quibus Laurentius Valla (cf infra, X, 2 sub nomine Valla) in adnotationibus suis usus est. Erant fortasse codices Graeci tres in Mt (Mc Lc), septem in Ioh, omnes ut videtur seriores. His quoque vix reservandus est numerus, quem W H *Intr* ad Evv 597 transtulerunt.]

83. Mon. reg. 518.
saec. XI, 21.4 × 16.5, membr, foll. 321, col. 1 (13.6 × 9.5), ll. 20, litt mai rubr; prol, capp-t, capp, (non titl), lect, init, *ἀναγν*, syn, men, subscr, *στίχ*, vers: *Evv;* adult signis in mg damnatur. Olim erat Augustae Vindelicorum. Bengel. cont (August. 1), Scholz. locc sell. Burgon. perlustr. Vidi 24 Mart 1887.

84. Mon. reg. 568.
saec. XII, 17.3 × 13.2, membr, foll. 65, col. 1 (11 × 9.1), ll. 19; litt mai nig; membr crass, atr suffusc, disp et lin usit, litt infra lin; capp, titl, sect, (non can), lect, init: *Mt* 1,18—13,10 13,27—42 14,3—18,25 19,9—21,33 22,4—*Mc* 7,13; non tamen ipse excussi; f. 52 v sub fin capp-tab Mc *εὐαγγέλιον* $\overline{B}$ *κατὰ μάρκον* et Mc incipit f. 53 r sine titulo. Olim Augustae Vindelic., ut Evv

83, erat Bengelio August. 2. Scholz. cont locc sell. Burgon. perlustr. Vidi 24 Mart 1887.

85. Mon. reg. 569.

saec. XIII, 14×9.7, membr, foll. 30, col. 1 (10.1×6.2), ll. 25, litt mai rubr; membr crass, disp usit, lin inusit, atr suffusc, litt infra lin; capp, titl, sect, (non can), lect, init: *Mt* 8,15—9,17 16,12—17,20 24,26—45 26,25—54 *Mc* 6,13—9,45 *Lc* 3,12—6,44 *Ioh* 9,11—12,5 19,6—24 20,23—21,9. Olim, ut Evv 83.84, Augustae Vindelic. unde Bengelio August. 3. Burgon. perlustr. Vidi 24 Mart 1887.

86. Posoniensis [Pressburg] lycaei Augustani.

saec. X, 24×18, membr, foll. 280, col. 1, ll. 22; prol, Eustab, pict, syn: *Evv.* Vendente sacerdote quodam *τοῦ Πεπαγωμένου* a. 1183 Michael quidam sacerdos Constantinopoli in usum imperatoris Alexii II Comneni emit. Fuerat bibliothecae Budensis. Anno 1699 Carolus Rayger, medicinae doctor, ab amico suo Maurocordato in Italia accepit. Deinde cum ceteris Gleichgrossii, pastoris Posoniensis, Raygeri soceri, libris emptus hic codex in Lycei bibliothecam anno 1722 concessit. Haec de Raygero ex catalogo, lingua ungarica, a. 1878.1879 a v. cl. Carolo Hamath edito amicissime in meum usum excerpsit v. cl. Stephanus Schnellerus, academiae theologicae Posoniensis rector. Sub nomine Byz[antini] cont Bengel.

87. Olim Trevirensis.

saec. XII, in fol, membr: *Ioh* cum catena. Olim, pariter atque Evv 178.774, *τῆσ μονῆσ τοῦ προδρόμου τῆσ κειμένησ ἔγγιστα τῆσ Ἀετίου ἀρχαϊκὴ δὲ τῇ μονῇ κλῆσισ Πέτρα* Constantinopoli (cf Mtf. *Pal. Gr.* p. 110), fuit cardinalis Nicolai de Cusa (ad Mosellam prope Treviros: a. 1401—1464) Edidit Balthasar Corderius codicem integrum in libro, *Catena patrum Graecorum in s. Ioannem ex antiquissimo Graeco codice MS. nunc primum in luce edita*, Antwerpiae a. 1630. Treviris et Cusae diebus 2 et 3 Augusti anno 1883 frustra codicem quaesivi. Wetstenii 87 est Evv 250.

88. Olim Camerarii?

saec.? in 4, membr: *Evv.* Conlatus a Ioachimo Camerario (a. 1500.—1575.) cum editione Novi Testamenti Erasmiana, et in adnotationibus suis in N. T. 1552 (Cantabrigiae anno 1642. cum N. T. Bezae recusis) laudatus ut liber vetus diligenter exaratus.

89. Gottingensis universitatis cod. theol. 53.

a. 1006, in 4, foll. 172 (syn exscissum est), Carp, Eus-t, capp-t, sect, can, lect: *Evv*, cum lectt varr pauc; hic illic correctus. Anno 1006 scriptus, fuit Damiani Sinopei qui eum dono Aug.

Gabr. Gehlio Ienensi dedit; is cont, deinde conlationem edidit: *Cod.* IV. *evang. MS*, Francofurti et Lipsiae a. 1729, in 8; quo libro sub nomine Gehl[iani] usus est Bengelius. Matth. a. 1786.1787 cont, *Mc*, append. p. 272—318, cod. 20, cum facsimili.

90. (Ac 47 P 14) Amstelaedami bibliothecae ecclesiae Remonstranti-Reformatae 186.

saec. XVI, in 4, chart, duobus voluminibus, capp Latt, lect, syn: *Ioh Lc Mt Mc Paul Act Cath* (Iud bis stat); textu in Evv codici 74 similis. Descripsit Iacobus Faber Daventriensis (a. 1472—1515), Erasmi et Iacobi Fabri Stapulensis amicus, exemplari usus codice quem Theodorus Hagiopetrita (cf Evv 74) anno 1293 scripserat; addidit Faber in evangelia lectiones varias alterius codicis qui antea Wesselio magistro Groningensi († a. 1489) a papa Sexto IV (a. 1471—1484) dono datus, eo tempore fratrum Regularium in monte divae Agnetis apud Svollam e libris erat: item geminato textu epistulam Iudae edidit, altero ex codice „Guardiani [?]" Collitarum conventus de Zirchze exscripto. Serius Abrahami Hinckelmanni Hamburgensis factus (vide Hinckelmanni librorum catalogum, num. 168 *Bibliotheca manuscripta* etc, Hamburgi a. 1695, quo anno mortuus est); deinde anno 1715 Ioach. Morgenweckii Hamburgensis, († a. 1730); anno 1732 emptorem habuit cum ceteris eius libris Ioh. Christoph. Wolfium; anno denique 1734 comparavit sibi codicem Wetstenius, comparatumque contulit. Wetstenio fusius de suo codice disserente pauca haec excerpsi. Conferenda sunt quae scripsit v. cl. Franciscus Delitzschius, *Handschriftliche Funde*, Lipsiae a. 1862, fasc. 2, p. 54—57, et *Zeitschrift für die gesammte lutherische Theologie und Kirche*, Lipsiae a. 1864, p. 617—625, et *Studien* etc (vide Evv 60), p. 35.

91. Olim Perronianus.

saec. X (Mtf.), membr: *Evv.* Fuit monasterii S. Taurini Ebroicensis (Evreux), deinde nisi fallitur Millius cardinalis Perronii († a. 1618) Montefalconius lectiones codicis cum Millio (Per.) communicavit; vide Millii *N. T. Gr.* ed. Kuster. proll. sect. 1506. Fortasse, monente per litteras v. cl. F. I. A. Hortio, idem est ac codex Par. nat. Gr. 177, olim Ebroicensis, Scholzio et nobis Evv 299. Hunc „e bibliotheca V. C. Basilii Zanchii Bergomensis" nactus Perronius, episcopus Ebroicensis factus, Benedictinis Ebroicensibus dono dedit. Vide sis Omont. *MSS grecs des départements*, Paris. a. 1886, p. 29s.

92. (Ac 49) Basileae bibl. univ. O. II. 27.

saec. X, 26 × 20.3, membr, foll. 141, col. 1 (19.7 × 11.6), ll. 31.32; disp usit, lin non semper usit, una tantum linea ad

duas scripturae lineas ducta; litt infra lin, capp-tab, titl (capp Latt m nov summis paginis), pict: *Mc* cum comm Vict, et scholia in Cath (textus Cath non nisi carptim scribitur). Anno 1485 fuerat Ioh. Camerarii episcopi Wormatiensis; de quo cf *Allgemeine Deutsche Biographie*, vol. 4, Lipsiae a. 1876, p. 701 „Dalberg, Ioh."; porro in cod. Basil. bibl. univ. F. VI. 54. fol. 35v, exstat epistula Iohannis Reuchlin ad Iohannem Camerarium Dalburgium Wormat. episc. Andreae Faeschii Basileensis factus Wetstenio ad conferendum commodatus est. Burgon. perlustr. Item nomen Camerarii fol. Ar detexi 10 Sept 1885.

93. Olim Gravii: *Evv.* G. G. Vossius laudat in libro *De Iesu Christi genealogia.* Ita Wetstenius. Locum apud Vossium frustra quaesivi. Estne hic codex fortasse idem ac ille Graevii (1632—1703) qui Evv 80 numerum habet, in quo genealogia Lc 3, 23—38 mire turbatur?

94. [Basileae bibl. univ. O. II. 23.
saec. XV vel XVI, 21.8 × 14.2, chart, foll. 172, col. 1, ll. 22, litt mai rubr: comm Vict in Mc et Tit Bostr in Lc; insunt etiam Dion Alex ep ad Basilidem et nonnulla Eusebii. Olim Faeschii ut Evv 92. Wetstenius contulit. Vix hoc loco et numero dignus est codex patristicis potius adnumerandus minime enim integer evangeliorum textus est. Vidi 9 Sept 1885.]

95. Oxon. coll. Lincoln. Gr. *II.* 16.
saec. XII, 27.3 × 20.5, membr, foll. 110, col. 1, ll. 20; litt mai rubr; (sect m sec, non can) syn, men: *Lc* 11,2—24,53 *Ioh* 1,1—7,1 7,18—20,30 21,11—25 cum comm; adult additur alia manu in mg: *ταῦτα μετὰ καὶ τοῦ κεφαλαίου τῆσ μοιχαλίδοσ. ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων ὠβέλισται: — καὶ ἀπῆλθεν ἕκαστοσ κ. τ. λ.*, vers. 8 additur *ἑνὸσ ἑκάστου αὐτῶν τὰσ ἁμαρτίασ.* Constantinopoli (?) anno 1676 a Georgio Wheeler (cf Evv 68 et Evl 3) in Angliam advectus. Millius contulit (Wheeleri 2), et Nicollius excussit Ioh 5—7 in usum Scholzii. Vidi 27 Febr 1883.

96. Oxon. Bodl. Misc. 8.
saec. XV, 13.6 × 9.7, chart, foll. 62 (66), col. 1, ll. 18; capp Latt: *Ioh* (sine comm: fallitur Scr. *Intr.*[3] p. 194); deest Ioh 18,18—34 folio exscisso; adult abest. Scriptus manu Iohannis Trithemii († a. 1516) abbatis Spanhemiensis monasterii, videtur codex fuisse Iani Cornarii († Ienae a. 1558) et filii eius Achatis Cornarii († Crucenaci a. 1573); Crucenaci sine dubio possedit a. 1573 Martinus Ruffinus et a. 1607 Heidelbergae dedit Abraham Scultetus Georgio Hackwello Anglo, ille vero universitati Oxoniensi dono dedit

dedit. Usserius in usum Waltonii (Trit) contulit; contulit Millius (Trit); item Ioh 3 et 4 Griesbachius. Vidi 21 Febr 1887.

97. Olim Hirsaugiensis, nunc latet.

a. 1500, in 12, membr, foll. 71: *Ioh.* Manu Nicolai (Basellii cognomine teste Bengelio) monachi Hirsaugiensis scriptus fortasse ex codice 96, „quocum", ait Bengelius, „singulariter convenit". Z. C. Uffenbachius codicem cum Ioh. Henr. Maio et cum Bengelio conferendi causa communicavit. I. D. Michaelis pariter ac v. cl. Scrivenerus erraverunt in eo quod Giessensem dixerint codicem et cum codice Uffenbachiano 3 (Evv 101) commutaverint. In Scriveneri, *Intr.*[3] p. 194, adnotatione omnia permiscentur: ut breviter dicam, 97 *non* fuit Uffenbachii; — Wetstenius, ipse numerorum auctor, numero 101 Uffenb. 3 designat; — ipse Bengelius dicit de Uff. 3 „vix unquam citavi"; — *θεὸν* sub finem Ioh 8,27 non est Uffenb. 3 mg sed Hirs. = 97 mg, cf Beng. *App. crit.* ed. 2, p. 255. Conlationem Maii a I. C. F. Schulzio professore Giessensi communicatam invenies apud I. D. Michaelem, *Orientalische und exegetische Bibliothek*, pars II (a. 1772), p. 243 seqq. Ceteri codices Hirsaugienses, iis exceptis qui post annum 1634 in arce Blumeneck custodiebantur, cum ipso monasterio anno 1692 combusti sunt; cf Christoph. Frider. Stälinum, *Zur Gesch. und Beschreibung alter und neuer Büchersamml. vom Königr. Württemberg*, Stuttg. et Tübingae a. 1838, p. 78—82. Ubi codex nunc sit nescio.

98. Oxon. Bodl. E. D. Clarke 5.

saec. XII, 21.5 × 15.8, membr, foll. 222, coll. 1, ll. 25; litt mai rubr; *ι* adscr; capp-tab, capp, titl, sect, (non can), lect, init, subscr, *στίχ*, pict: *Evv.* Ex Oriente ab Ed. Dan. Clarke advectus. Loci Mt 6.9.10 Mc 5.6 Lc 4.5.6 conlati sunt in usum Scholzii. Vidi 15 Febr 1883. Wetstenii 98 est Evl 294.

99. Lipsiae bibl. univ. 35.

saec. XV vel XVI, 20.8 × 18, membr, foll. 22, col. 1 (15.5 × 13.4), ll. 22.23; litt mai rubr; itacismis scatet; Carp, capp-t, capp, titl, sect, can, lect, init (syn saec. X): *Mt* 4,8—5,27 6,2—15,30 (fol. 22: saec. XVI, chart, *Lc* 1,1—13). Contulit Matthaeius (cui est 18) *Thess* p. 319. Vidi et facsimile feci. Wetst. 99 nobis 155 est.

100. Pestini bibliothecae universitatis V. Gr. 1, olim 8.

saec. X, 23.5 × 18, membr, foll. 374 (8 sub init et 8 sub finem chartacea sunt), col. 1 (17 × 14), ll. 39—45; cum comm in marg triplice, pict; Eus-t, capp-t, prol usit, capp, titl, sect, can, lect, init, (*ἀναγν*, syn, men m post), vers: *Evv* cum catena; deest Ioh 21,25. Videtur auctore Scholzio codex Pestinensis idem esse ac codex (100 Wetst.) Pauli Eubeswaldii baronis quo I. C. Wagenseilius (*Sota*, p. 33) in

Hungaria usus est, unico loco Ioh 8,6 allato. Fuit profecto Ioh. Pannonii saeculo decimo quinto Quinqueecclesiensis in Hungaria episcopi. V. cl. Sam. Márkfius, codicem edidit: *Cod. Gr. IV evang. e bibl. universitatis Pestin.* Pestini a. 1860, p. xvii, 439 in fol.; ipso tamen teste p. xiv.xv, haud satis accurate.

101. [Olim Uffenbachianus 3. saec. XVI, in 12, chart: *Ioh.* Olim Uffenbachii (cf supra, p. 432 et Evv 97); Bengelius codicem ex editione aliqua priscarum Basileensium exscriptum esse putavit unde fit ut vix unquam citaverit. Delendus est numerus.]

102. [Hoc numero nonnisi codicis B Vaticani lectiones designantur inde a Mt 24 usque ad Mc 8,1 a Wetstenio e margine N. T. Plantiniani quod fuerat Iacobi le Long sub nomine lectionum codicis bibliothecae Mediceae transcriptae. Verum fontem indicavit v. cl. Westcottus in libro Smithii, *Dict. of the Bible*, sub voce *New Testament*, a. 1863, vol. 2, p. 516 b, ed. Americana, a. 1876, vol. 3, p. 2124 b, adn. b. WH *Intr.* App. p. 4, hoc numero Evv 489 designant.]

103. [Ita designavit Wetstenius lectiones paucas e codice „plus quam octingentorum annorum" cardinalis Mazarini olim Constantinopolitano ab Emerico Bigotio excerptas, quas Curcellaeus in N. T. Gr. anni 1658 edidit; temere Scholzius lectionum fontem dixit Par. nat. Gr. 196; fortasse in Evv 14 aut 278 quaerendus est.]

104. Olim Vignerii. saec. X, membr: *Evv.* Fuit Hier. Vignerii presbyteri Oratorii († a. 1661). Bigotius excerpsit in usum Curcellaei. Schedas Bigotii, pariter atque omnes quas M. Falcarius Amstelaedamum ad D. Blondellum atque S. Curcellaeum miserat, Wetstenio Ioh. Dreibergius a. 1744 tradidit. Estne Evv 885?

105. (Ac 48 P 24) Ox. Bodl. Misc. 136, olim Ebnerianus. saec. XII, 20.5×16, membr, foll. 426, col. 1, ll. 27; coopertorium recentius argenteum cum ornamentis eburneis; litt mai aur; fasciculi numerantur signis Georgiacis; Carp, Eus-t, capp-t, capp, titl, sect, (non can), lect, syn, men, (sub fin men manu Ioasaphi anno 1391 scr), subscr, στίχ: *Evv Act Cath Paul* (Phm Hebr); adult abest in loco additur tamen manu Ioasaphi sub finem Ioh; fol. 425 symb Nic-Cstpltnum. Erat Hier. Guil. Ebneri ab Eschenbach Norimbergensis; Conr. Schoenleben scripsit librum: *Notitia egregii cod. N. T. MS quem Noribergae servat v. cl. H. G. Ebner ab Eschenb.* Noribergae a. 1738, p. 44, tabulae 13; De Murr scripsit de codice anno 1788. Contulit (item Ac 221 P 276) H. O. Coxius; schedae eius ante annum 1845 cum R. I. F. Thoma († a. 1873) communicatae vel latent vel perierunt.

Facs. in libro Tregellesii: *Introd.* (vide supra, p. 270, adn. 1), p. 220. Vidi anno 1883.

106. Olim comitis de Winchelsea. Nunc latet.
saec. X, membr: *Evv.* Conlationem a I. Iacksonio a. 1748 factam communicavit Caesar de Missy cum Wetstenio quo teste plurima cum versione Syriaca Philoxeniana communia habet. Comes de Winchelsea et Nottingham litteris 15 Iunii a. 1883 datis me certiorem fecit codicem evangeliorum penes se non esse. Vir quoque nobilis Georgius Osborn nescire se testatur ubi codex sit. Praebet codex interpretationem Arabicam vocis *παρασκευή* Mt 27,62.

107. Ox. Bodl. E..D. Clarkii 6.
saec. XIII (Scholz. XIV et post), 21.7×16.7, membr, foll. 351, col. 1, ll. 22 vel 18, litt mai aur et caerul, capp-t, capp, titl, piet; haud una manu; prima Matthaei pagina auro scripta: *Evv.* Nescio quis (fortasse Nicoll.) locos selectos in usum Scholzii contulit. Vidi 15 Febr 1883. Wetstenii Griesbachiique 107 invenies infra sub numero 201.

108. Vind. caes. Suppl. Gr. 6, olim Koll. 4.
saec. XI, 31.8×23.7, membr, voll. 2, foll. 426, col. 1 (txt 12.7×10.2; comm 25×17), ll. txt 16 etc comm 46 etc, litt mai aur, max et orn color; membr crass, disp et lin usit, atr fusc, litt infra lin; Carp cum additamento, Eus-t, prol, capp-t, capp, titl, sect (Mc 233 : 16,8), can, subscr, *στίχ*, pict (man Ioh Proch): *Evv* cum comm (Mc Vict, Lc Tit Bost); adult deest. Fuit Iani Parrhasii, deinde Antonii Seripandi, deinde coenobii S. Iohannis de Carbonaria Neapoli; cf Mtf. *Diarium Italicum*, Paris. a. 1702, p. 307.308, qui codicem 4 Nov a. 1698 inspexit. Cont Treschovius, Alterus, Birchius, Scholzius; cf Burgon. (ut supra, p. 144, adn. 2), p. 288. Vidi 18 Mart 1887.

109. Lond. mus. Br. Addit. 5117.
a. 1326, 19.2×14.6, membr, foll. 225, col. 1, ll. 24—31; litt mai rubr; Carp, Eus-t, prol, capp-t, capp, titl, sect (non can), lect, init, syn, men; foll. 34—137 ceteris antiquiora (?): *Evv;* adult deerat, man ser erasit paginam (fol. 198r) et inserto folio locum addidit; genealogia Lc 3,23—38 ex codice in coll. 2, ll. 28 scripto exscripta, nominibus quae secundum columnas legenda erant secundum lineas transpositis confusionem incredibilem passa est, ita ut Deum Arami filium exhibeat, Pharem omnium progenitorem. Dignus est hic codex qui accurate excutiatur, nam parens est codicis 54, quem vide sis. Olim Ricardi Mead medici Londinensis doctrina celebris, qui a. 1746 Wetstenio exhibuit; postea Askewii. Vidi 6 Iul 1883.

110. [Ber. reg. Gr. fol. 1 et 2 (H.); Ravianus. Delendus.
saec. XVI, in fol, voll. 2, foll. 292 et 295: *N. T.* ex editione Complutensi exscriptum, lectt varr nonnullis ex Erasm et Steph additis. Olim Ioh. Ravii Upsaliensis. Cf Wetst. *N. T. Gr.* vol. 1, proll. p. 58.59; Griesb. *S. c.* 1, p. clxxxi—clxxxxii; Geo. Gottl. Pappelbaum. *Cod. MS N. T. Gr. Rav.* Ber. a. 1796. Vidi.]

111. Ox. Bodl. E. D. Clarkii 7.
saec. XII, 21 × 15.4, membr, foll. 181, col. 1, ll. 31; capp-tab, capp, titl, sect (non can), lect sub initium, subscr, versus iamb et heroici, στίχ: *Evv;* desunt Ioh 16,27—17,15; 20,25—21,25. Nescio quis (fortasse Nicoll.) locc sell in usum Scholzii cont. Numero 111 designabantur olim lectiones variae a Petro Fagiardo marchione Velesio ad mg exemplaris N. T. Gr. Steph. anni 1550 adscriptae, a Ioh. Mariana cum Ludovico ab Alcasar, qui comm. in Apoc Antverpiae a. 1614 edidit, postea cum Ludovico de la Cerda, communicatae. Hic edidit in libro: *Adversaria sacra*, Lugduni a. 1626, unde repetierunt Waltonus (cf supra, p. 221), Millius in appendice (cf supra, p. 225. 226). Wetst. *N. T. Gr.* vol. 1, proll. p. 59—61, has lectiones ex codd Latt haustas esse demonstravit. Vidi 111 14 Febr 1883.

112. Ox. Bodl. E. D. Clarkii 10.
saec. XI, 14.5 × 11.3, membr, foll. 167, col. 1, ll. 33; litt mai aur; Carp, Eus-t, capp-t, capp, titl, sect, can (usque ad fol. 60r can in eadem linea ac sect, cf codd 192.198.212.507), lect, init, syn, men, subscr, pict, verbb peregrinorum interpr; ι adscr: *Evv.* Nescio quis (fortasse Nicoll.) locc sell in usum Scholzii cont. Numero 112 olim designabantur lectt Caryophili (cf supra, p. 219) in codice hodie Barberino V. 1 olim 209 conlectae; teste catalogo Barberino cura Francisci Arcudii conlatio edita est: cf de his lectt Birchium, *Varr. lectt. . . . evang.* Hauniae a. 1801, p. xlii—lii. Vidi 112 14 Febr 1883.

113. Lond. mus. Brit. Harl. 1810.
saec. XI, 22.9 × 16.7, membr, foll. 270, col. 1, ll. 26; litt mai aur, max color; Carp, Eus-t, capp-t, prol Cosmae Ind, capp, titl, sect, can, lect, init, (syn m ser), tabulae pictae 24; pict ex fol. 205 invenies apud W. de Gray Birch. et Henr. Ienner. *Early drawings and illuminations*, Londini a. 1879, p. xiv.xv. tab. vi; subscr, vers: *Evv;* lectiones habet bonas; tractatus duo de evangeliorum discrepantia in historiis resurrectionis. Bentl. β' (? cf supra, Evv 51). Grsb. cont locc sell, *S. c.* 1, p. clxxxxii s. Vidi 2 Maii 1883.

114. Lond. mus. Brit. Harl. 5540.
saec. XI (X?, Scholz. XIII), 13.5 × 10.5, membr, foll. 280, col. 1, ll. 20. litt mai atr (rubr m sec), max aur caer rubr; Carp,

capp-t, capp, titl, sect (non can); Ioh *εὐ. ἐκ τοῦ κατὰ*; errores ex itacismo: *Evv* cum comm manu ser; desunt Mt 17,4—18; 26,59—73; man rec suppl Mt 28,19—Mc 1,12: lectt bonas habet; sub fin exstat catechesis Chrys, *MPG Chrys*, vol. 8, coll. 721—724. A. 1617 erat Nicol. Fabri Dominicani. Grsb. cont *S. c.* 1, p. clxxxxiii s. Facs in *N. T. Gr.* Londin. Tayl. et Walt., a. 1837. Vidi 2 Maii 1883.

115. Lond. mus. Brit. Harl. 5559.

φυλακίοις, φημὶ δὲ τοῖς ἐν Τιβεριάδι, καὶ ἐναποκεῖσθαι ἐν ἀποκρύφοις, ὥς τινες τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων πεπιστευκότων ὑφηγήσαντο ἡμῖν κατὰ λεπτότητα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν Πράξεων τῶν Ἀποστόλων τὴν βίβλον ὡσαύτως ἀπὸ Ἑλλάδος γλώσσης εἰς Ἑβραΐδα μεταβληθεῖσαν λόγος ἔχει, καὶ ἐκεῖσε κεῖσθαι ἐν τοῖς γαζοφυλακίοις, ὡς καὶ ἀπὸ τούτου τοὺς ἀναγνόντας Ἰουδαίους τοὺς ἡμῖν ὑφηγησαμένους εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι.

[1] Cf Gottlob Christianus Storr, *Observationes super Novi Testamenti versionibus Syriacis*, Stutgardiae a. 1772; — Iac. Geor. Christianus Adler, *Kurze Uebersicht seiner biblisch-kritischen Reise nach Rom*, Altonae a. 1783, p. 89—127; et *N. T. versiones Syriacae Simplex, Philox. et Hieros.* Hafniae a. 1789; — G. B. Winer, *De versionis Novi Testamenti Syriacae usu critico caute instituendo*, Erlangae a. 1823; — Fridericus Uhlemann, *De versionum N. T. Syriacarum critico usu* [„Programm des Friedrich-Wilhelms-Gymnasiums" in diem 26. Sept.], Berolini a. 1850, p. 36; — I. P. N. Land, *Otia Syriaca*, Lugduni Batavorum a. 1875, p. 177—233; — I. P. P. Martin, *Introduction à la critique textuelle du Nouveau Testament, partie théorique*, Parisiis [a. 1883], p. 97—309; — Fridericus Baethgen, *Evangelienfragmente. Der griechische Text des Cureton'schen Syrers wiederhergestellt*, Lipsiae a. 1885; — Theodorus Zahn, *Geschichte des neutestamentlichen Kanons*, vol. 1, pars 1, Lipsiae a. 1888, p. 369—429 et vol. 2, pars 2, sectio 1 (a. 1891), p. 556—564; — Eberhardus Nestle, „Syrische Bibelübersetzungen", *Herzog's Real-Encyklopädie für protestantische Theologie*, ed. 2, Lipsiae, vol. 15, a. 1885, p. 192—200; — Guilelmus Wright, „Syriac Literature", *Encyclopaedia Britannica*, Edinburgi, vol. 22 (a. 1887), p. 824—856; — G. H. Gwilliam, „The materials for the criticism of the Peshitto New Testament, with specimens of the Syriac Massorah", *Studia biblica*, Oxonii a. 1891, vol. 3, p. 47—104.

[2] Euseb. *Hist. eccl.* lib. iv, cap. 22,8: *ἔκ τε τοῦ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίου καὶ τοῦ Συριακοῦ καὶ ἰδίως ἐκ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου τινὰ τίθησιν, ἐμφαίνων ἐξ Ἑβραίων ἑαυτὸν πεπιστευκέναι, καὶ ἄλλα δὲ ὡσὰν ἐξ Ἰουδαϊκῆς ἀγράφου παραδόσεως μνημονεύει.*

Attamen plerique arbitrantur versionem iam saeculo secundo exstitisse, atque Edessae factam esse cuius regionis ecclesia ea supersedere non posset, quae opinio certis rationibus refutari non potest. Tregellesius arbitratus est alios interpretes alios N. T. libros vertisse. Huic versioni antiquitus prorsus deerant quinque illi libri 2 Petri 2 et 3 Iohannis Iudae epistulae, apocalypsis, quos Graece scriptos Syros in canonem non recepisse notum est, neque Syriace versi esse videntur ante saeculum fortasse sextum;[1] Cosmas Indicopleustes[2] ante saeculum sextum medium hoc diserte adseverat et codices silentio rem firmant. Versionis igitur antiquitas ex hac omissione vix demonstratur.

Exstant versiones Syriacae, quod sciamus, fere quattuor,[3] vel potius exstat versio una quae post originem plus semel recensita est; forma vero quarta omnino a prioribus differt. Quattuor sunt: *a.* versio quae textum prorsus veterem exhibet, quae latere videtur in fragmentis Curetonianis; — *b.* versio quam exhibent lectionarium Hierosolymitanum quod dicunt et codex Petropolitanus palimpsestus; — *c.* versio quae Peshitta dicitur; — *d.* versio posterior Philoxeniana Heracleensis.

[1] Hugius (ut supra p. 803) ed. 4, pars 1, p. 302—309, §§ 64. 65, sane vult hos quoque libros ab initio in versione Syriaca exstitisse, paulatim excidisse, neque hodie desunt qui ei adstipulentur.

[2] Cosmas, *Topogr. Chr.*, lib. 7; Migne, *Patrol. Gr.* vol. 88, p. 373 B[292]: *ἕτεροι δὲ καὶ τὴν Ἰακώβου σὺν ταῖσ δυσὶ ταύταισ* [1 Pe et 1 Io] *δέχονται· ἕτεροι δὲ πάσασ δέχονται· παρὰ Σύροισ δὲ, εἰ μὴ αἱ τρεῖσ μόναι αἱ προγεγραμμέναι οὐχ εὑρίσκονται· λέγω δὴ, Ἰακώβου καὶ Πέτρου καὶ Ἰωάννου· αἱ ἄλλαι γὰρ οὔτε κεῖνται παρ' αὐτοῖσ.* — Cf praeterea praesertim de apocalypsi dissertatio viri cl. Isaaci H. Hall, „The Syriac apocalypse", in actis *Journal of the society of biblical literature and exegesis . . . for June and December 1882*, Middletoniae in provincia Connecticut a. 1883, p. 134—151.

[3] De versione sive potius recensione ineunte saeculo quinto a Rabbūlā, episcopo Edesseno Cyrilli Alexandrini amico, facta non licet certius dicere. Cf Wright (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 825a.

a. Versio primitiva detecta est primum in fragmentis evangeliorum (de codice novo vide infra, p. 826 num. 2). Praestantissima fragmenta (Mus. Brit. Add. 14,451 folia 88; sed foll. 12—15 et 88 saec. XII et XIII addita sunt) invenit Guilelmus Curetonus[1] inter syr^{cu} codices Musei Britannici qui anno 1842 ex monasterio S. Mariae Deiparae in deserto Nitriensi in Angliam relati sunt, et his adnumeranda sunt folia tria Berolinensia (Orient. Quart. 528) quae v. cl. Henricus Brugsch[2] ex Oriente Berolinum adtulit. Codex ex quo fragmenta sunt videtur saeculi quinti (a. circiter 450—470)

[1] Cureton, *Remains of a very antient recension of the four gospels in Syriac, hitherto unknown in Europe*, Londinii a. 1848; — Henr. Ewald, *Göttingische gelehrte Anzeigen*, Gottingae a. 1858, vol. 3, p. 1712—1716, et *Jahrbücher der Biblischen Wissenschaft, IX. 1857—1859*, Gottingae 1858, p. 69—87; — [I. P. N. Land,] „Dr. Cureton's Syriac gospels", *Journal of sacred literature and biblical record*, Londinii vol. 8, a. 1858, num. 15, Oct., p. 140—160 (cf etiam 216—222); — S. P. Tregelles, „Dr. Cureton's Syriac Gospels", *ibid.* a. 1859, Ian, num. 16, p. 407—412; cf etiam p. 461—467, et W. W. [Guilelmus Wright?], vol. 10, a. 1859, num. 19, Oct., p. 154.155, et B. H. C. [Cowperus?], a. 1860, num. 20, p. 377.378, et Lagardius, *Gesammelte Abhandlungen*, Lipsiae 1866, pag. 91, adn. — Christianus Hermansen, *Disputatio de codice evangeliorum Syriaco, a Curetono typis descripto*, Hauniae a. 1859 (pp. 3—31 in libello academico diei 5. Dec.); — Le Hir, *Étude sur une ancienne version syriaque des évangiles*, Paris. a. 1859; — Iosephus Perles, *Meletemata Peschitthoniana. Dissertatio inauguralis*, Vratislaviae a. 1859 (pp. 55); — Iohannes (ex errore illic H.) Gildemeister, „Ueber den Titel des Matthaeus in Curetons syrischen Evangelien", *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, vol. 13 (Lipsiae a. 1859), p. 472—475; — Gerritus Wildeboer, *De waarde der syrische evangeliën door Cureton ontdekt en uitgegeven. Academisch proefschrift. (Eene bijdrage tot de geschiedenis van het ontstaan der syrische Bijbelvertalingen)*, Lugd. Bat. a. 1880; — Baethgen, cf supra, p. 807, adn. 1; — Guil. Wright, *Catalogue of Syriac MSS. in the British Museum*, pars 1, Londinii a. 1870, num. cxix, p. 73, et pars 3, a. 1872, praefat. p. xvi, adn. *.

[2] Fragmenta Berolinensia Io 7,37—8,19 Lc 15,22—16,12 17,1—23 edidit Aemilius Roediger, *Monatsbericht der Königl. Preussischen*

fuisse. Foliis universis haec insunt: *Mt* 1,1—8,22 10,32—23,25 *Mc* 16,17—20 *Ioh* 1,1—42 (43) 3,5—8,19 (non exstat pericopa 7,53—8,11) 14,10—12 14,15—19 14,21—23 (excidit verbum unum) 14,26—29 *Lc* 2,48—3,16 7,33—16,12 17,1—24,44. Versio indolem habet antiquam, quasi tempore facta in quo textum nemo oculis criticis spectaverit, nonnullis nunc omissis, nunc additis, nunc alio modo dictis.[1]

Textus consensio cum codicibus primariis Graecis et Latinis praesertim vero cum textus occidentalis testibus, ab omnibus concessa est.[2] Tischendorfii[3] sententia ortus est textus horum fragmentorum medio saeculo secundo. Afraatem (a. 336—345) ipso textu Curetoniano usum esse censebat Crowfootius.[4] V. cl. Zahnius negat Afraati quattuor evangeliorum Syriacam versionem nota fuisse praeter

Akademie d. Wissensch. zu Berlin, a. 1872, p. 557—559 et 1—6; et quasi privatim Guilelmus Wright, *Fragments of the Curetonian gospels. Only one hundred copies printed for private circulation*, Londinii [a. 1872]. Roedigerus arbitratur versionem hanc apud Syros orientales ortam, postea versione Syrorum occidentalium extrusam esse, id quod ab eorum opinione prope abest qui putant versionem Syriacam Edessae exaratam, Antiochiae retractatam esse.

[1] Prorsus aliter se haberet res, si Martini (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 163—168, fabula ista sive hallucinatio de Iacobo Edesseno († 709) vel rerum vel auctorum testimonio niteretur.

[2] Tischendorf, *Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft*, Berolini a. 1856, num. 2.3, p. 14 et 17; — Tregelles, apud Smithium (ut p. 803), p. 3392.

[3] Cum Tischendorfio consentit v. cl. Isaacus H. Hall, Schaff-Herzog, *A religious encyclopaedia*, Novi Eboraci, vol. 3 (a. 1884), „Syriac literature", p. 2286a.

[4] Iohannes R. Crowfoot fragmenta haec omnia Graece reddidit ut facilius appareret quem textum Graecum Syrus interpres adhibuisset: *Fragmenta evangelica*, pars 1, [Cantabrigiae], a. 1870, pars 2, a. 1872; minime vero videtur Crowfootius id quod volebat adsecutus esse; cf v. cl. R. Payne Smithius, *The Academy*, Londinii a. 1870, d. 15 mensis decembri, a. 1872, eiusdem diei, sive vol. 2, p. 63 seq. vol. 3, p. 470. De Aphraatis citationibus loquitur Crowfootius, pars 1, p. 5,

harmoniam illam Tatiani.[1] Baethgenius consanguinitatem quandam textus Afraatis cum textu Curetoniano agnoscit, adseverat vero Tatianum primo harmoniam evangelicam eamque Syriace fecisse,[2] evangelia ipsa non ante annum circiter 250 Syriace versa esse, in quo secum consentientem Zahnium habet. Vim quandam inesse eis quae de hac re Baethgenius profert nullo modo negari potest. Sed cum iudicium de lectionibus in commentariis nunc iterum versis nunc in compendium redactis tam incertum sit, mens inclinat hodie etiam in ea sententia haerere quae ex rationibus cum criticis tum historicis quas dicunt probabilior esse videatur.[3]

b. Secundo loco constituit Tischendorfius versionem textui illi veteri Curetoniano non prorsus alienam, quae praecipue ex lectionario evangeliorum Vaticano, Syr. XIX $syr^{hr\ vel\ hier}$ olim XI, saeculi undecimi nota est.[4] Stephanus Evodius Assemanus codicem descripsit

et laudat Mt 6,19 7,16 15,8 21,44 23,25 Ioh 1,14 Lc 3,6 12,11 19,44 23,43. — Denuo Graece vertit v. cl. Fridericus Baethgen, *Evangelienfragmente. Der griechische Text des Cureton'schen Syrers wiederhergestellt*, Lipsiae a. 1885. Vix prodest rei criticae versio talis nisi cautissime adhibeatur. Desideratur potius dissertatio critica de locis singulis. Cf etiam Henricus M. Harman, „Cureton's fragments of Syriac gospels" *Journal of the Society of Biblical Literature and Exegesis*, Bostoniae a. 1885, Iun.—Dec., p. 28—48.

[1] Zahn, cf supra, p. 807, adn. 1.

[2] Antiquiorem esse harmoniam Tatiani textu Curetoniano hinc concludit Baethgenius: ex lectionibus harmonisticis, ex locis compendiose contractis, ex lectionibus quas dicunt Alexandrinis, ex ingenio minus accurato magis paraphrastico, ex ingenio dogmatico textus Curetoniani.

[3] Cf Guil. Wright (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 825a.

[4] Cf Westcottus et Hortius, *N. T.* vol. 2, *Introd.* § 216, p. 157. De his fragmentis et de ceteris Syro-Palaestinensibus conferendus est in primis liber viri cl. I. P. N. Land, *Anecdota Syriaca*, vol. 4, cui titulus alter *Otia Syriaca*, Lugduni Batavorum a. 1875, p. 177—233 in Latinis, p. (103)114—164.168 in Syriacis, item in Supplementis p. 213—222(224) ubi invenies fragmenta Londinensia et Petropolitana; tabula II scripturam exhibet codicis Petropolitani recentioris

in catalogo suo bibliothecae Vaticanae[1] anno 1758; exemplaribus vero catalogi huius paene omnibus igni correptis, notitiam codicis plerique ex libris Iacobi Georgii Christiani Adleri hauserunt.[2] Codex hic in monasterio in vico Ābūd prope Hierosolymam anno 1030 exaratus continet evangelium litteris Syriacis minus usitatis scriptum. Propter dialectum barbaram linguae Chaldaicae non alienam[3] et dialecto quae in libris talmudicis Hierosolymitanis invenitur similem vocatur haec versio Hierosolymitana; passim adsumuntur verba et Graeca et Latina. Textus qui Tischendorfio saeculi quinti, Noeldekio quarti vel quinti esse videbatur, saepe testimonium haud contemnendum praebet. Codicem Vaticanum Franciscus Miniscalchi-Erizzo[4] edidit Veronae annis 1861—1864. Anno 1853 apportavit Tischendorfius[5] ex oriente codicem palimpsestum quinti fere

saec. fere VIII—IX, tabula IV codicis Petrop. antiquioris saeculi VII—VIII, tabula V codicis Romani a. 1030, tabula VI folii Londinensis saec. fere IX, tabula VII codicis Londinensis saec. X; — praeterea cf Landii dissertatio „De zoogenoemde hierosolymitaansche of christelijk-palaestijnsche Bijbelvertaling" in actis *Verslagen en mededeelingen der k. Acad. d. Wetensch. Afd. Letterk.* series secunda, Amstelaedami a. 1876, pars 5, p. 196—208; — v. cl. Theodori Noeldeke, „Ueber den christlich-palästinensischen Dialect", *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, vol. 22 (Lips. 1868), p. 443—527.

[1] Steph. Evod. Assemani et Iosephus Simon Assemani, *Bibl. apost. Vat. codd. mss. catal.* Romae, pars 1, vol. 2 (a. 1758), p. 70—103.

[2] Adler, *Kurze Uebersicht seiner biblisch-kritischen Reise nach Rom*, Altonae a. 1783, p. 118—127; — *Novi Testamenti versiones Syriacae*, Hauniae a. 1789, p. 137—202.

[3] Terminatio pronominum tertiae personae pluralis numeri plerumque Chaldaice scribitur ܘܢ – pro ܘܗܢ –; status emphaticus nominum in plurali numero terminat ܝܢ – pro ܐܝܢ –; tertia persona singularis numeri in futuro habet Iud praeformativam pro Nun; cf Tregellesium, apud Hornium, (ut supra, p. 270, adn. 1), p. 285.286.

[4] Miniscalchi-Erizzo, *Evangeliarium Hierosolymitanum ex codice Vaticano Palaestino deprompsit edidit Latine vertit prolegomenis ac glossario adornavit* M.-E. 2 voll. Veronae a. 1861—1864.

[5] Tischendorf, *An. sac. et pr.* Lips. a. 1855 (et a. 1861), p. 13, facs.

saeculi quem bibliothecae Petropolitanae posthac cessit. Haec omnia excusserunt viri cll. Landius et Noeldekius (supra p. 811, adn. 2 laudati) iis additis quae ipse Landius Londinii detexit. Pauca ex Act Paul demonstrant versionem non solum evangeliorum fuisse.[1] Videtur haec versio saeculo fortasse quarto, certe ante annum 600, facta esse in usum ecclesiae Malchiticae (sive Constantinopolitanae) in Palaestina. Dialectus Aramaïca in his lectionariis propius abest a lingua in libris Targūm Iudaeorum quam a lingua in versione Peshitta adhibita.

Sententia virorum cll. Westcotti Hortiique[2] suberat versioni Syriacae ab origine textus maxima ex parte occidentalis (cf supra, p. 200, β), postea vero cum saepe transcriberetur lectiones nonnullas Alexandrinas (cf supra, p. 201, γ) et alias in se recepit; unde, ut apud Latinos, fluxisse in codicibus textus minus integros credibile est, e quibus unum in codice Curetoniano tractamus. Evangelium autem Hierosolymitanum a textu illo antiquo propius abest quam a Syriaca vulgata (vide infra), ex qua tamen nonnihil fortasse corruptionis passum est, neque vero unius tantum veteris familiae lectiones exhibet.

c. Versio quae Peshitta[3] dicitur. Nomen Peshitta sive Simplex, de cuius significatione saepe inter viros doctos

tab. i, 15 (facsimile reversum est). V. cl. I. P. N. Land (cf supra, p. 807, adn. 1), p. 233, putat Tischendorfium haec folia e monasterio monachorum Iberorum (sive Georgianorum e Caucaso) ad occidentem urbis Hierosolymorum condito attulisse, laudatque Tischendorfii libros *Reise in den Orient* a. 1846, vol. 2, p. 69 et *Notitia* a. 1861, p. 49 adnot.

[1] De fragmentis Paulinis cf infra, p. 827.828, num. 5 et 8.

[2] Westcott-Hort, *N. T.* [vol. 2] *Introd.* § 214; cf § 118.

[3] Ioh. Guil. Reusch, *Syrus interpres cum fonte N. T. Graeco collatus*, Lipsiae a. 1741 (pp. 384); — Glocestrius Ridley, *De Syriacarum Novi Foederis versionum indole atque usu dissertatio Philoxenianam cum Simplici e duobus pervetustis codd. mss. ab Amida transmissis conferente* G. R. Londinii a. 1761, recusa, e bibliotheca et cum quibusdam notis I. D. Michaelis, apud Ioh. Iac. Wetstenium, *Libelli ad crisin* etc. ed. Ioh. Sal. Semler, Halae a. 1766, p. 247—339; — Nic. Wiseman,

disputatum est,[1] invenitur in codicibus saeculi noni et decimi.[2] Quae ratio versioni huic cum textu Curetoniano sit accurate fortasse non prius statui poterit quam codices Syriaci accuratius indagati erunt; videtur autem versio Peshitta iam saeculo secundo exeunte exstitisse fuisseque mater illius versionis formae quam Curetonianam dicimus, neque dubitari potest quin postea expolita sit versio, unde fit ut saepe cum codicibus Graecis vetustissimis, saepissime cum iunioribus consentiat.[3] Indole est ergo versio in codicibus quos habemus minus rustica, magis critica.

Westcottus Hortiusque[4] (cum quibus mens inclinat ut consentiam) putant textum Syriacum vulgatum textus veteris recensioni deberi impulsu vel saltem consensu eorum factae qui in ecclesia Syriaca sive auctoritatis sive doctrinae nomine principatum tenebant; inde factum esse ut codices

Horae Syriacae, Romae a. 1828; — Ioh. Wichelhaus, *De Novi Testamenti versione Syriaca antiqua quam Peschitho vocant libri quattuor*, Halis a. 1850; — item Ricardus Iones, *Textus evangeliorum versionis simplicis Syriacae collatus cum duobus codicibus manuscriptis bibliothecae Bodleianae*, Oxonii a. 1805; — Ioh. Dav. Michaelis, *Curae in versionem Syriacam actuum apostolicorum. Cum consectariis criticis de indole, cognationibus et usu versionis Syriacae tabularum Novi Foederis*, Gottingae a. 1755; — Conr. Ludov. Ern. Loehlein, *Syrus epistolae ad Ephesios interpres, in causa critica denuo examinatus*, Erlangae a. 1835.

[1] Re vera videtur Peshitta significare in summa „versio usitata sive vulgata". Cf Nestle, *Herzog's Real-Encykl.* ed. 2, vol. 15, p. 192. Videtur nomen Peshitta primum versioni Veteris Testamenti vetustiori proprium fuisse, quo distingueretur a versione posteriore e LXX hausta. Serius translatum est nomen, ut videtur, ad versionem Novi Testamenti quae illi Veteris Testamenti adsociabatur; cf Tregellesius apud Hornium (ut supra, p. 803, adn. 1), p. 258.259.

[2] Noeldeke, *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, a. 1878, p. 589; — Nestle, *Literarisches Centralblatt*, a. 1879, num. 36, col. 1148.

[3] Cf Tregellesius apud Smithium (ut p. 803), p. 3389.3390. Cf etiam Baethgenius (ut supra, p. 807, adn. 1).

[4] Westcott-Hort, *N. T.* [vol. 2], *Introd.* § 118.188—190.

plerique vetustiores statim destruerentur, ita ut vix unus alterve casu mirabili hodie supersit. Nempe viri clarissimi suspicantur textui Graeco post medium saeculum tertium vel ineunte quarto fortasse cura Luciani († 312) Antiochiae recensito versionem Syriacam Edessae vel Nisibi vel etiam Antiochiae pari recensione adsimulatam esse, nihil vero eiusmodi saeculo quarto medio ad normam recensionis illius quam agnoscunt alterius Graecae passam esse.

Versio nomine „Karkaphensis" Assemani et Wisemani somnium est. Codices vero qui nomen „Karkaphenses" prae se ferunt apparatu critico instructi sunt qualis apud Iudaeos Massora dicitur, in quo exhibentur quae ad grammaticam et ad orthographiam et ad punctationem et ad interpunctionem et ad lectiones varias spectant.[1]

Edita est versio Peshitta primum Vindobonae saeculo decimo sexto medio. Moses Meredinaeus [Mardenus][2],

[1] Nomen Ḳarḳăphāyē indicat monachi monasterii Ḳarḳaphĕthā sive Calvariae in vico Maghdal sive Mijdal prope Rēsh-ăinā sive Rās-ăin. Fortasse fuit Iacobus Edessenus († anno 578) institutor operis. Lectiones variae exhibentur e codicibus Syriacis, in vetere testamento e textu Graeco LXX, e versione Heracleensi, e scriptoribus ecclesiasticis. Cf I. I. P. Martin, „Tradition Karkaphienne ou la Massore chez les Syriens", *Journal asiatique*, Parisiis a. 1869, Oct.-Nov., p. 245—379, et „notes marginales" p. 19, facsimilia 4, tabulae 5. Exstat „Massora Karkaphensis" in codicibus sex: *Romae* Vat. Syr. 152 anni 980; Barber. VII, 62; — *Parisiis* bibl. nat. Syr. 142; — *Londinii* mus. Brit. Rich. 7183, Add. 12178 (N.T. 17162). Lond. mus. Brit. Add. 12138 anni 899 eiusdem generis est, originis vero Chaldaeo-Nestorianae non Karkaphensis. Conferendus est praeterea liber viri cl. Georgii Hoffmann, *Opuscula Nestoriana*, Kiliae 1880; ibi praeter alia quae ad orthographiam et punctationem Syriacam spectant, inveniuntur p. 85—122 „anonymi interpretatio vocum difficilium biblicarum", p. 122—163 „anonymi scholia biblica". Cf etiam v. cl. Gwilliam (ut supra, p. 807, adn. 1); — Wright (ut supra p. 807, adn. 1) p. 826 ab.

[2] De Mose Mardeno pariter atque de editione Vindobonensi cf Andreas Müller, *Dissertationes duae. de Mose Mardeno, una; de Syriacis librorum sacrorum versionibus deque Viennensi Antiocheni*

sacerdos in Mesopotamia, ab Ignatio patriarcha Antiocheno Iacobita in occidentem missus, Maecenatem qui sumptus faceret Novi Testamenti Syriace typis exprimendi, postquam Romae et Venetiis frustra quaesivit, Vindobonae tandem invenit, cancellarium imperatoris liberalissimum et litterarum Syriacarum peritum, Iohannem Albertum Widmanstadium, qui ipse cum Mose (vix cum Guilelmo Postello[1]) textum ad codices[2] qui ad manum erant impensis regiis edendum curavit. Exiit tomus e prelo anno 1555,[3] quattuor

textus Novi Testamenti editione, altera, Coloniae Brandenburgicae, a. 1673, etiam in libro *Symbolae Syriacae*, Berolini [a. 1673], et in libro *Opuscula nonnulla orientalia*, Francofurti ad Oderam, a. 1695, ubi invenies praeterea litteras Mosis anno 1553 datas.

[1] Postellus iam mensi Maio anni 1554 ab inimicis perterritus Vindobona fugit, in finibus Venetorum ut videtur trucidatus est, ut Widmanstadius in operis dedicatione narrat. Fortasse nominari debet Iohannes Lucretius, cf Müllerus, p. 30.33b et versus duo finales carminis Philippi Gundelii in extremo libro.

[2] Codicem unum Novi Testamenti in urbe Mozal ad flumen Tigrim scriptum Moses in Occidentem detulerat; cf Andreas Masius, *Grammatica linguae Syriacae*, Antverpiae a. 1573 (*Biblia Polyglotta Antverpiensia*, vol. 7, paginarum series a libri fine quarta), p. 4. Habebat praeterea Widmanstadius apographa duorum codicum quorum alter Thesei Ambrosii erat (monachi Augustini quo duce Widmanstadius antea ad studium litterarum Syriacarum accesserat), alter Lactantii Ptolemaei. An forte haec unius exemplaris apographa erant?

[3] Liber Sacrosancti Evangelii De Iesu Christo Domino & Deo nostro. Reliqua hoc Codice comprehensa pagina proxima indicabit. *DIV. FERDINANDI ROM. IMPERATORIS designati iussu et liberalitate, characteribus et lingua Syra, IESU CHRISTO vernacula, Divino ipsius ore consecrata, et à Ioh. Evangelista Hebraica dicta, Scriptorio Prelo diligenter Expressa.* — Ita titulus. Sequitur folium quod in fronte privilegium de characteribus et codice fert, in tergo catalogum eorum quae codici insunt. Deinde in foliis viginti tribus non numeratis dedicatio Widmanstadii ad Ferdinandum imperatorem. Deinde in paginis tribus notitia de editione et „de erratis typographicis in quatuor evangelistis emendandis", quattuor locis stellula signatis, quibus discrepat textus Syrus a Graeco usitato, videlicet Mt 10,8 *νεκροὺς ἐγείρετε*, 27,35 om *ἵνα πληρ . . . κλῆρον*, Lc 22 om versus 17

partibus Evv Paul Act Cath (Iac 1 Pet 1 Ioh). Textus videtur accurate ex codicibus (cf infra, p. 837, num. 63a) typis exscriptus esse; ad finem additum est synaxarium; defuerunt sane, ut in codicibus, non solum 2 Pet 2. 3 Ioh Iud Apoc sed etiam (Mt 10,8 27,35) Lc 22,17.18 Ioh 8,1—11 et 1 Ioh 5,7.[1]

et 18, Ioh om pericopam de adultera. Deinde in folio singulo argumentum de evangelio Matthaei „ad duo vetustissima exemplaria" typis exprimendo. Sequuntur foliis 129 numeratis quattuor evangelia. Deinde in foliis undecim non numeratis subscriptio evangeliorum, dedicatio ad Maximilianum II epistularum Pauli, errata, catalogus epistularum. Folia LXXX continent Pauli epistulas (Phm Hebr), additis duobus foliis non numeratis quae subscriptionem habent. Exemplaribus Lipsiensi (Lipsiensibus) Halensi desunt hoc loco folia quae dedicationem actuum ad Ferdinandum II continebant. Folia 38 continent actus apostolorum. Post folium singulum non numeratum desunt exemplaribus Lipsiensi (Lipsiensibus) Halensi folia quae dedicationem epistularum catholicarum ad Carolum II exhibebant; desuntne hae dedicationes in omnibus exemplaribus (cf v. cl. Eberhardus Nestle, *Syrische Grammatik*, ed. 2, Berolini a. 1888, p. 21)? Deinde post folium cui epistularum titulus inscriptus est („Reliquae sss. Petri, Iohannis, et Iudae epistolae unà cum Apocalypsi, et si extent apud Syros, tamen in exemplarib. quae sequuti sumus, defuerunt") sequuntur in foliis 11 Iac 1 Ioh 1 Pet. Folia viginti octo non numerata exhibent tabulam lectionum ecclesiasticarum ex Novo Testamento, epistulam Widmanstadii ad Georgium Giengerum et Iacobum Ionam, carmen ad Philippum Gundelium, carmen quo huic respondetur.

Typis exscripta sunt huius editionis mille exemplaria, ex quibus Ferdinandus sibi quingenta, duobus patriarchis Antiochensi Maronitaeque trecenta, Mosae Meredinaeo ducenta destinavit. Exemplaria imperialia non videntur venumdata esse ante annum 1562, quem annum titulo verso clipeumque suum insigne addidit typographus Zimmermann, unde error de editione tamquam illo anno impressa ortus est. — Exemplar alterum Lipsiense emit ut videtur Zacharias Schoultes Gorlilaios anno 1557 (stetit „3 ff $6^2/_3$ pf") et a. 1558 compingendum curavit, alterum prorsus mutilum comparavit sibi Martinus Trost Vitembergensis (qui N. T. Syr. anno 1621 edidit) anno 1611.

[1] De editionis mendis cf Andreas Müller (ut supra, p. 815, adn. 1), p. 31. 32. Lectorem non latebit Müllerum non recte de versibus omissis iudicare. Vide etiam P. I. Bruns, „Bemerkungen über einige der vornehmsten Ausgaben der alten Syrischen Uebersetzung des N.T.

Immanuel Tremellius, qui etiam codice Heidelbergensi usus est, N. T. Syriacum ex editione Vindobonensi Lugduni a. 1569 Hebraicis typis exscripsit, additis versione Latina et textu Graeco cum Bezae versione Latina; anno 1571 repetita est haec editio.[1] Textus Syriacus quem Guido Fevre de la Boderie edendum curavit in Bibliis polyglottis Antverpiensibus anni 1571 (cf supra, p. 215), bis repetitus est Antverpiae annis 1573. 1575, additis saltem a. 1575 variis lectionibus e codice manuscripto Coloniensi a Francisco Raphelengio conlectis, bis (nisi forte utrique anno titulus accommodatus est) Parisiis annis 1584. 1586. Hugio teste textus Syriacus ab Elia Huttero[2] anno 1599 editus nihil valet in criticos usus. Anno 1621 (in aliis exemplaribus 1622 cf Nestle) edidit Martinus Trostius Cothenis Anhaltinorum editionem cum versione Latina quae varias lectiones ex quinque impressis editionibus exhibet.

Anno 1627 Lugduni Batavorum apocalypsim Syriace edidit Ludovicus de Dieu e codice Lugdunensi quem Caspar quidam Indus saeculo sexto decimo scripserat,[3] et

und Varianten zu den Evangelien dieser Uebersetzung aus einem Wolfenbüttler Codex", in actis Eichhornii *Repertorium für biblische und morgenländische Litteratur*, pars 15, Lipsiae a. 1784, p. 153—168, pars 16, a. 1785, p. 107—117.

[1] De his editionibus aliisque conferendi sunt Hugius (ut supra, p. 803), Tregellesius apud Hornium (cf supra, p. 803), in primis v. cl. Eberhardus Nestle, *Syrische Grammatik*, ed. 2, Berolini a. 1888, p. 20—27.

[2] Hutter, *Novum Testamentum . . . . Syriace Ebraice Graece Latine Germanice Bohemice Italice Hispanice Gallice Anglice Danice Polonice*, Norimbergae a. 1599.

[3] De Dieu, *Apocalypsis sancti Iohannis, ex manuscripto exemplari e bibliotheca cl. v. Iosephi Scaligeri deprompto, charactere Syro, et Ebraeo, cum versione Latina, et notis* . . . Lugd. Bat. a. 1627; etiam apud Lud. de Dieu, *Critica sacra*, Amstelaedami a. 1693, p. 763—861. — De apocalypsi cf v. cl. Isaacus H. Hall (ut supra, p. 808, adn. 2), et v. cl. Iohannes Gwynn, *The Academy*, Londinii die 18 Iunii a. 1892, vol. 41, p. 592bc.

anno 1630 in eadem urbe 2 Pet 2.3 Ioh Iud Edwardus Pocockius, Anglus, e codice Oxoniensi,[1] qui quinque libri, etsi in versione Peshitta dicta non insunt, additi sunt textui huius versionis in bibliis polyglottis Parisiensibus[2] annis 1630. 1633 et Londiniensibus[3] anno 1657 edito (anno 1698 repetito), et in aliis quoque editionibus exstant.[4]

Capitulum de adultera Ioh 7,53—8,11 sive 8,1—11 eodem anno 1627 e codice Usseriano (cf infra, adn. 3) edidit Ludovicus de Dieu, e cuius libro receperunt pericopam biblia polyglotta Londiniensia et editiones posteriores Syriacae. Exstat hoc capitulum etiam in codice Barsalibaei (cf infra, p. 824).[5]

Anno 1664[6] Hamburgi edidit Aegidius Gutbirius N. T. Syriacum formae minoris, cui postea (a. 1667) adsociata sunt lexicon Syriacum et notae criticae in N. T.

[1] Pococke, *Epistolae quatuor ... ex celeberr. bibliothecae Bodleianae Oxon. MS. exemplari* [Orient. 119] *nunc primum depromptae, et charactere Hebraeo, versione Latina, notisque quibusdam insignitae*, Lugd. Bat. a. 1630 (foll. [4], pp. 66); fallitur qui credit textum litteris Syriacis exaratum in hoc libro non inesse. Cf etiam Henricus Roloff, (Disputationes duae quibus) *Versionem Syriacam II epistolae Iohannis cum textu Graeco ... confert, simulque Latine transfert* ... H. R. Wittebergae a. 1735 (pp. 32).

[2] Cf supra, p. 220.

[3] Cf supra, p. 220.

[4] De his quinque libris cf v. cl. Iohannes Gwynn, „The older Syriac version of the four minor catholic epistles", *Hermathena*, Dublinii a. 1890, num. 16, (vol. 7), p. 281—314, et *On a Syriac MS. belonging to the collection of archbishop Ussher*, Dublinii a. 1886, pp. 46, ex actis „Transactions of the Royal Irish Academy" vol. 27, VIII; in dissertatione priore disserit Gwynnius accurate de Tischendorfii apparatu critico corrigendo, quod ad has epistulas et ad versionem Syriacam spectat.

[5] Cf Tregelles apud Smith (ut supra, p. 803, adn 1) et Assemani, *Biblioth. Orient.* vol. 2, p. 53.170.

[6] Titulus prior picturis ornatus annum 1663 prae se fert. De aliis editionibus (Hamburgi 1706, Francofurti 1731, Hamburgi 1749) et de variationibus in huius libri exemplaribus cf Nestle (ut supra, p. 817, adn. 2), p. 21—23.

Syriacum; lexicon cum spicilegio atque appendice et notis illis criticis iterum publici iuris fecit anno 1706, Numburgi, Iohannes Michael Gutbirius. Anno 1684 (cum novo titulo a. 1715) prodiit editio Sulzbachi typis impressa Norimbergae venum data, fortasse ex editione Antverpiensi anni 1575 repetita. Anno 1703 Romae iussu congregationis de propaganda fide Novum Testamentum Syriace et Carshunice editum est ad usum ecclesiae Maronitarum.

Anno 1708 (etiam 1709 in plerisque exemplaribus) Lugduni Batavorum ediderunt Iohannes Leusdenius et Carolus Schaafius, N. T. Syriacum,[1] quod Michaelis „editionem optimam" praedicavit. Tischendorfius hac editione (syr^{sch}) ubique usus est. Punctatio inde ab initio usque ad Lc 18,27 magis ad normam Chaldaïcam exarata, inde, mortuo Leusdenio, ad normam Syriacam revocata est a Schaafio. Minime sufficit editio haec in N. T. textu ex Syriaca versione emendando.

syr^{sch}

Anno 1813 edidit Christianus Reineccius textum Syriacum Novi Testamenti.[2] Anno 1815, cuius anni mense Februario mortuus est, curavit Claudius Buchanan evangelia et actus Syriace;[3] cur dicatur editio „suppressa"[4] nescio.

[1] Leusden et Schaaf, *Novum . . . Test. Syriacum cum versione Latina . . . ad omnes editiones diligenter recensitum; & variis lectionibus, magno labore collectis, adornatum.* Lugd. Bat. a. 1708, 4°; additum est Schaafii *Lexicon Syriacum concordantiale.* Anno 1717 repetita est editio cum novo titulo „secunda editio a mendis purgata", sed eadem est typorum impressio.

[2] Reineccius, *Biblia sacra quadrilinguia Novi Testamenti . . . Syriacis ex polyglottis Anglicanis et ed. Schaafii petitis,* Lipsiae a. 1713 (anno 1747 cum novo titulo, a. 1750 et 1751 addito Vetere Testamento).

[3] *Evangelia sancta necnon acta apostolorum Syriace, cum interpretatione Latina,* Broxbourniae, a. 1815. De Buchanano cf Hugius Pearson, *Memoir of life and writings of Claud. Buchanan,* ed. 2, Oxonii a. 1817 (ed. 3. Londinii a. 1819).

[4] Cf Tregelles (ut supra, p. 803, adn. 1) p. 262: „it was thought advisable (on amply sufficient grounds) to cancel wholly what had been done". Ubique invenitur editio.

Anno 1816, impensis societatis „British and Foreign Bible Society“ dictae, curavit Samuel Lee[1] editionem N. T. Syriacam, quae Schaafii editione nititur, sed ita ut punctatio vocalium correcta sit priore in parte, et textus nonnullis locis emendatus sit ex codicibus duobus nunc Cantabrigiensibus, duobus Oxoniensibus (a Ionesio[2] conlatis), e citationibus Ephraemi Syri, ex lectionario Adami Clarkii.[3] Silvester de Sacy edidit Parisiis anno 1824 Novum Testamentum Syriace et Carshunice.[4]

Anno 1841 in urbe Persica Urmî, impensis societatis „American Bible Society“ dictae, edidit Iustinus Perkins Novum Testamentum Syriace [Nestlius citat editionem Syriacam et Neo-Syriacam Urmî a. 1846], quae editio repetita est Novi Eboraci annis 1874.1878.1886.[5]

Anno 1886 Baltimoriae in provincia Maryland, impensis universitatis Iohns Hopkins, edidit v. cl. Isaacus

[1] Lee, *N. T. Syriace denuo recognitum atque ad fidem codicum manuscriptorum emendatum*, Londinii a. 1816 (de hac editione citat Nestlius „The Syriac New Testaments of the British and Foreign Bible Society“ ex actis *Quarterly Record of the Trinitarian Bible Society*, num. 55, mense Ianuario a. 1874).

[2] Ricardus Iones, *Textus sacrorum evangeliorum versionis simplicis Syriacae, iuxta editionem Schaafianam collatus cum duobus eiusdem vetustis codd. MSS. in bibliotheca Bodleiana repositis, nec non cum cod. MS. commentarii Gregorii Bar Hebraei ibidem adservato*, Oxonii a. 1805.

[3] De Guilelmi Greenfieldii (evangeliorum) editione Bagsteriana anno 1828 ad fidem editionis Widmanstadii conformata, cum supplementis post editoris mortem indiligenter insertis cf Tregellesius apud Hornium, p. 263.

[4] Nestlius citat editiones societatis biblicae („British and Foreign“ ut videtur) Londinii a. 1826, — librarii Macintoshii a. 1836, — librarii Bagsteri (Nestlius incertus est de anno 1840; fortasse editio eadem atque illa anni 1828 quam bibliotheca Lipsiensis possidet), — Bagsteri a. 1876.

[5] Cf v. cl. Isaacus H. Hall, *Journal of the society of biblical literature and exegesis*, Iun. et Dec. a. 1883, p. 150.

H. Hall epistulas quattuor 2 Pet 2.3 Ioh Iud e codice anno 1471 scripto.[1]

Annis 1887.1888 prodiit duobus tomis V. T., a. 1891 uno tomo Novum Testamentum ex Peshitta versione Mausili typis missionis quam dicunt fratrum praedicatorum curis Clementis Iosephi David, archiepiscopi Damasceni, et Georgii Ebed-Iesu Khayyath, archiepiscopi Amidensis. Vituperat Khayyath „editionum varietatem, erroribus ac mala fide passim scatentium, quae", ait, „a Protestantium sectarum ac societatum typis prodeunt et tanta cum animarum pernicie per omnium manus circumferuntur".

Tregellesius contulit codicem Richii, Musei Britannici 7157. V. cl. Isaacus H. Hall, qui nunc Novi Eboraci in America domicilium habet, contulit codicem Berytensem[2] collegii Americani. Hic vero codex in evangeliis recensionem quam Philoxenianam sive Ante-Heracleensem vir summus esse credit, in ceteris libris Peshitta praebet. Videtur codex saeculi noni esse; foliis 203 continentur Mt 12,20—Tit 1,9.

d. Versio posterior (unde syr^{p}), Philoxeniana vel rectius quod ad formam hodie cognitam attinet Heracleensis dicta, ex versione auspiciis Philoxeni[3] (aliter Xenaiae),

[1] Hall, *Williams manuscript. The Syrian antilegomena epistles ... written A. D. 1471 by Suleimân of Husn Keifa*, Baltimoriae a. 1886 foliis formae maximae 8 et tabulis photographicis 17.

[2] Hall, *The Academy*, Londinii a. 1877, die 18 mensis Augusti, p. 170, *The Independent*, Novi Eboraci a. 1877, die 23 Aug., *Proceedings of the American Oriental Society*, Novi Portus (New Haven), mense Oct. a. 1877, p. xvi seqq., mense Maio a. 1882, p. iii. iv, *Journal of the society of biblical literature and exegesis*, Middletoniae in provincia Massachusetts, a. 1882, p. 1—26, et notitia *Syriac Manuscript, Gospels of a Pre-Harklensian version, Acts and Epistles of the Peshitto version, written (probably) between 700 and 900 AD. By the monk John. Presented to the Syrian Protestant College by 'Abd ul-Messiah of Mardin*, Philadelphiae (a. 1884), foliis 4, tabulis 3 photographicis.

[3] De Philoxeno, viro tum fervido ingenio tum litterarum peritia insigni, cf Wright (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 831b. 832a.

syr^{p} Monophysitae, episcopi Hierapolitani (Mabbōgh sive Manbij) a Polycarpo chorepiscopo anno 508 confecta ortum habuit. De hac autem priore versione Polycarpi nihil fere compertum habemus; sed fortasse non multa immutavit recensio ea quam Thomas Heracleensis (Heracleae in Syria natus), episcopus Hierapolitanus, profugus, in monasterio sancti Antonii in vico Enaton („novem" millia passuum) prope Alexandriam anno 616 fecit. In textu recensendo usus est Thomas duobus vel tribus[1] codicibus Graecis evangeliorum, uno actuum et epistularum catholicarum (habet haec versio epistulas septem catholicas) duobus epistularum Paulinarum. Verborum et ordine et constructione quoad fieri potest Graeca diligentissime sequitur, Syriacae linguae ingenio prorsus neglecto. In codicibus integrioribus in textu sigla adiecta sunt qualibus utuntur Hexapla Origeniana: asterisci ubi aliquid deerat, obeli ubi aliquid omittendum erat; in margine additae sunt adnotationes in quibus citantur variae lectiones quae fontem bonae plerumque notae et saepius Occidentalem sapiunt; exemplo sint quae in actibus cum codice D communia habent. Neque desunt huiusmodi lectiones in ipso textu, qui plerumque textum Graecum Antiochenum sequitur, nisi quod in epistulis catholicis cum testibus melioribus consentit. Quid autem Polycarpo quid Thomae tribuendum sit ambigitur. Huius esse sigla et adnotationes veri simile est; num ipsum textum retractaverit minus liquet. Suspicantur Westcottus et Hortius Polycarpo deberi textum ubique Antiochenum cui alias lectiones e codicibus suis fortasse inseruerit Thomas, alias in margine ut quodam modo notabiles reposuerit. De his vero melius constabit si quando codex vere Polycarpianus sive Philoxenianus emerserit; vix enim hoc nomen sibi vindicabunt ii codices

[1] Codices Oxonienses, Parisienses, Assemani 1 (Assem. 1 in margine „tres") legunt „duo", codices Angelicus, Assemani 2, Assem. 3, uterque Cantabrigiensis legunt „tres".

evangeliorum, unus et alter, quibus a viris doctis huc usque impositum est.[1]

Samuel Palmerus anno 1730 Amida ex urbe in Mesopotamia sita in Angliam ad Glocestrium Ridleium codices duos misit versionem Heracleensem exhibentes; alterum quo libri omnes continentur Apocalypsi excepta pariter atque fine epistulae ad Hebraeos Heracleensem appellavit, alterum Barsalibaei nomine inscripsit quia notas marginales exhibebat manu Dionysii Barsalibaei exaratas qui saeculo duodecimo episcopus Amidensis fuerat. Ex his codicibus edidit Oxonii Iosephus White, syr^{whit} additis versione Latina adnotationibus lectionibus variis, evangelia duobus tomis anno 1778, actus et epistulas catholicas anno 1799, epistulas Paulinas anno 1803, quam editionem Tischendorfius syr^{whit} item $\text{cod}^{\text{barsal}}$ designavit.[2] Quae codici et editioni Oxoniensibus deerant nuper tandem suppleverunt codex Mohlianus, nunc Cantabrigiensis, et Roberti L. Bensleii editio.[3] Adlerus in libro supra laudato lectiones varias ex aliis codicibus

[1] Georgius Henricus Bernstein, qui librum: *De Charklensi N. T. translatione Syriaca commentatio*, Vratislaviae a. 1837 (ed. 2, auctior et emend. 1854) scripsit, ex errore putavit versionem Polycarpi puram in codice Angelico Romano (saeculi quarti decimi) exstare ex quo codice edidit evangelium Iohannis: *Das heilige Evangelium des Iohannes, Syrisch in Harklensischer Uebersetzung ... nebst kritischen Anmerkungen*, Lipsiae a. 1853. — Confer de versione Heracleensi libros Adleri (ut supra, p. 807, adn. 1), Ridleii (supra, p. 813, adn. 1).

[2] Num recte textus Apocalypsis Syriacus a Schaafio editus versioni Heracleensi tribuatur disseruit Tregellesius (ut supra, p. 803, adn. 1); cf etiam Gwynn, (ut infra, p. 825, adn. 3).

[3] Bensly, *The Harklean version of the epistle to the Hebrews xi,28 —xiii,25*, Cantabrigiae a. 1889. De hoc codice, quem actuum et epistularum huius versionis nunc alterum testem habemus, id praeterea notabile est quod epistulas duas quae feruntur Clementis Romani post epistulas catholicas habet; fusius de eo disserit Iosephus B. Lightfoot, *S. Clement of Rome*, Londinii, ed. 2, 1890, vol. 1, p. 129—136.

praebuit. Bernsteinius (cf supra, p. 824, adn. 1) edidit evangelium Iohannis e codice Vaticano.

Sententia vv. cll. Isaaci H. Hall et Iohannis Gwynn exhibet codex ille Bodleianus, e quo Pocockius (ut supra, p. 819, adn. 1) 2 Pet 2.3 Ioh Iud edidit, textum harum epistularum Philoxenianum. Hallius ipse edidit has epistulas phototypice e codice Americano a. 1471 scripto,[1] Gwynnius (ut supra, p. 819, adn. 4) lectiones varias e codicibus sedecim cunctis huius versionis certe antiquissimae quam habemus. Cosmam Indicopleusten facile latuisse versionem ipsius tempore confectam prorsus credibile est. Ex hac igitur versione fluxisse non sine iure censetur versio Heracleensis quae in editione Whitii publici iuris facta est.[2] Anno 1892 detexit v. cl. Iohannes Gwynn textum integrum Apocalypsis in codice Crawfordiano.[3]

CODICES SYRIACI.

a. Versiones Curetonianae.

1. Lond. mus. Brit. Add. 14,451 (Wright. 119).
   Berolini bibl. regiae Orient. Quart. 528.

saec. V, 30 × 24, membr, foll. 91, coll. 2, ll. 22—26; litterae vocales desunt; puncti diacritici, *ribūi* exceptis, raro adhibentur; interpunctio simplicissima est; hic illic lect mann serr; foll. 12—15 et 88 sunt man saec XIII, fol. 88 rescripto: *Mt* 1,1—8,22 (?) [8,23—10,31 man ser Peshitta]

[1] Hall, I. H., *Williams Manuscript. The Syrian antilegomena epistles . . .*, Baltimoriae a. 1886. ff. 8 et tabulae 17.

[2] Quod ad sermonis indolem attinet haec versio aeque atque Heracleensis plurima habet cum litteris Syriacis quae dicuntur profanis, et vetustioribus et iunioribus, communia, cum textibus biblicis pauciora; id quod neglexerunt qui has epistulas nonnisi cum versione Peshitta comparaverunt.

[3] Gwynn,, ‚A new Syriac version of the Apocalypse", in actis, *The Academy*, Londinii, die 18 Iunii anni 1892, vol. 41, p. 592 bc; textum mox publici iuris faciet v. cl. Gwynn.

10,31 (?)—23,25 *Mc* 16,17—20 *Ioh* 1,1—42? 3,5—7,37 *7,37—8,19* (Berol.) 14,10—12 15—19 21—23 26—29 *Lc* 2,48—3,16 7,33—15,22 *15,22—16,12 17,1—23* (Berol.) 17,23—24,44 [24,41—fin man ser Peshitta]; foll. 6v—8r correxit quispiam ad normam textus usitati. De textu cf supra, p. 810; fol. 88 praebet scriptura vetustior, saec. X, *Lc* 1,65—80 ex lectionario. Noli oblivisci eadem pagina Mc desinere Ioh incipere. Codex fuit saeculo fortasse decimo monachi Ḥabībai sive Ḥabīb, qui librum monasterio Mariae Deiparae dono dedit. Anno 1222 reparati sunt aliquo modo codices in monasterio illo, quo tempore sine dubio addita sunt folia illa seriora. Cf Wright, *Catalogue of Syriac Mss in the British Museum*, pars 1, Londinii a. 1870, num. cxix, p. 73, et de codice Berolinensi vol. 3, a. 1872, praefat. p. xvi.

2. Sinaiticus, monasterii s. Catharinae.

Anno 1892 mense Februario detexit photographiceque exscripsit, socia sorore domina cl. Gibson, domina clarissima doctissima Agnes Smith Lewis in monasterio s. Catharinae codicem evangeliorum Syriacorum rescriptum. Foliis 178 recognovit femina clarissima evangelia, viri cll. F. C. Burkitt et Robertus L. Bensly (eheu, morte ereptus est Bensleius vix e monte Sinai anno 1893 redux) textum Curetoniano similem esse perceperunt. Anno 1893 iterum cum amicis Sinai montem visit f. cl. Lewis et codicem accurate per quadraginta dies calamo exscripsit. Evangeliorum non desunt nisi octo circiter paginae. F. cl. Gibson catalogum codicum in monasterio Arabicorum instruxit, f. cl. Lewis, socio v. cl. I. Rendel Harris, catalogum codicum Syriacorum. Cf epistola f. cl. Lewis in actis, *The Academy*, Londinii, a. 1893, 15 Aprilis, num. 1093, p. 326b. Feminis clarissimis linguarum orientalium palaeographiaeque ut ita dicam practicae peritissimis semper gratias quam maximas habebunt scientia theologia res critica.

b. Versionis Hierosolymitanae.

1. Romae bibl. Vat. Syr. 19 olim 11.
a. 1030, 19 × 15, membr, foll. 196, coll. 2: *Evl.* Cf S. E. et I. S. Assemanus, *Bibliothecae apost. Vaticanae codicum mss catalogus*, Romae a. 1758, pars 1, tom. 2, p. 70—103. Vide supra, p. 811—813. Cf v. cl. I. P. N. Land, *Anecdota Syriaca*, vol. 4, Lugduni Batavorum a. 1875, p. 177—181 etc.; Paulus de Lagarde, „Das aramäische Evangeliar des Vatican", in actis, *Nachrichten von der königl. Gesellschaft der Wissenschaften und der Georg-Augusts-Universität zu Göttingen. Aus dem Jahre 1891*, Gottingae a. 1891, p. 140—153. Editio Lagardii postuma invenitur in libro, *Bibliothecae Syriacae a Paulo de Lagarde collectae quae ad philologiam sacram pertinent*, Gottingae a. 1892, p. 257—402; Lagardius ordinem evangeliorum sequitur.

2. Londinii mus. Brit. Add. 14664.
saec. X, 26 × 24 (?), membr, rescr (?), foll. 34 (ex evv 18): *Evl.* Cf v. cl. Landius (ut supra, p. 811, adn. 2).

3. Londinii mus. Brit. Add. 14450, fol. 14.
saec. IX, 24 × 18, membr: *Mt* 26,48—64. De hoc codice aeque ac de codice Add. 14714, fol. 140 (hodie legi non potest) cf v. cl. Landius (ut supra, p. 811, adn. 2).

4. Petropoli bibl. caes.
saec. VII et VIII, in 4, membr, rescr, foll. 129 (ex N. T. 26): fragm ex *Evv Act.* Cf Tischendorfius, *Anecdota*, a. 1855 (1861), p. 13, *Notitia*, a. 1860, p. 49, et v. cl. Landius (ut supra, p. 811, adn. 2).

5. Sinaiticus, monasterii s. Catharinae.
saec. VIII, 22.8 × 15.2, membr, foll. 2, coll. 2, ll. 16, mut: *Gal* 2,3—5.(7 f.) 12—14.17.18.24—28; ex his desunt nonnulla; supersunt litterae paucae e locis vicinis. Detexit et edidit v. cl. I. Rendel Harrisius, *Biblical fragments from mount Sinai*, Londinii a. 1890, p. xiv.xv. 65—68, num. 16.

6 et 7. Femina clarissima Lewis (ut supra, p. 826, cod. 2) narrat se in monte Sinai codicem huius versionis Hierosolymiticae detexisse, detectumque cum editione codicis Vaticani Lagardiana et cum — 7 — codice a v. cl. Harrisio anno 1892 detecto contulisse.

8. Oxon. Bodl. Syr. c. 4.
saec. VIII, 30×21.2, membr, Hebraice rescr, foll. 4 (5 cum folio ex V. T.), coll. 2, ll. 22: *Col* 4,12—18 *1 Thess* 1,1—3 4,3—15 *2 Tim* 1,10—2,7 *Tit* 1,11—2,8. Ex Aegypto Oxoniam missa sunt haec folia anno 1891. Rarius factum est ut Mishnae partes in foliis olim a Christianis usurpatis scriberentur. V. cl. G. H. Gwilliam textum edidit, *Anecdota Oxoniensia. Semitic series*, vol. 1, pars 5, Oxonii a. 1893, additis introductione et adnotationibus et tabulis 2 (3) phototypicis. Cf v. cl. E. N. Bennett, *The Academy*, Londinii a. 1893, 3 Iunii, p. 481 c—482 a.

---

c. *Versionis Peshitta.*

Lectorem non fugit, codices nonnullos Syriacos nondum a viris rei Novi Testamenti criticae peritis examinatos facile in bibliothecarum catalogis nomen Peshitta prae se sine iure ferre, unde veri simile est hac tertia serie codices non solum versionis Peshitta sed etiam aliarum versionum contineri.

(a.) Quattuor evangelia.

America.

1. (Ac 1 P 1) Novi Eboraci, in bibliotheca Seminarii theologici „Union" dicti. „Trustees of Syrian Protestant College, Beirut".
saec. IX, 27.5×18.7, membr, foll. 203, coll. 2, capp (numerationes duae), sect, (can?), lect, subscr (capp, can, miracula, parabolae, testimonia, lectt, sectt [?]): *Evv* philox vel harcl *Act Iac 1 Pet 1 Ioh Paul* pesh; desunt Mt 1,1—12,20 13,28—57 17,20—19,12 25,11—26,31 Mc 4,2—35

Lc 19,38—20,21 Ioh 8,31 (Syriace 20)—9,31 aliquid ex 1 Tim et ex 2 Tim Tit 1,10—3,15 Phm; non est quod dicam 2 Pet 2.3 Ioh Iud Ioh 7,53—8,11 1 Ioh 5,7.8 abesse. Textus videtur Philoxenianus esse. Olim monasterii alicuius in Tûr 'Abdîn. 'Abd-ul-Messiah tulit ex urbe Mardin et collegio Americano Berytensi dono dedit. Hodie Novi Eboraci repositus est. V. cl. I. H. Hall multa contulit, *Journal of the American Oriental Society*, Novo Portu, a. 1877, mense Oct., p. xvi—xix.

1a. item olim v. cl. A. L. Longi (hodie in America?). saec. X, 36.8 × 25, membr, fol. 1, coll. 2, ll. 26, sect, can, lect: *Lc* 21,30—22,17. Cf v. cl. I. H. Hall, *The Independent*, Novi Eboraci a. 1885, 20 Aug., p. 1068d. 1069a.

Anglia.

2. Comitis de Crawford MS. 1.
saec. VI: *Evv.* Cf v. cl. G. H. Gwilliam (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 54.55.

3. (Ac2 P2 Ac^{phlx} 7 Ap2) Comitis de Crawford MS. 2.
saec. ?: *N. T.* versionis Peshitta, additis *2 Pet 2.3 Ioh Iud* et *Apoc.* Cf v. cl. Iohannes Gwynn, „A new Syriac version of the Apocalypse", in actis, *The Academy*, Londinii die 18 Iunii anni 1892 (num. 1050), vol. 41, p. 592bc, qui Apoc publici iuris faciet; 2 Pet 2.3 Ioh Iud sunt versionis quam Pocockianam dicunt, suspicatur etiam v. cl. Gwynn Apoc eadem manu atque has epistulas versam esse.

4. (Ac3 P3) Cantabrigiae bibl. univ. Oo. I. 1.2 (1.2 sine I?).
saec.?: *N. T.* excepta Apocalypsi. Cf v. cl. Gwynn, *On a Syriac MS.* (ut supra, p. 818, adn. 2), p. 6, adn.

4a. [Londinii collegii Gresham MS. Norfolcianus 493 (exstatne hodie?). *N. T.* et *Ps* Syriace. Cf *Catalogus librorum mss Angliae et Hiberniae*, Oxonii a. 1697, vol. 2, p. 83.]

5. (Ac4 P4) Lond. mus. Br. Rich. 7157 (Forshall. 13.).
a. 768, in quarto, membr, foll. 197, coll. 2; Euth sub fin mut, capp, sect, can, harm in ima pagina, subscr

(capp, *μαρτ*, *στίχ* in Paul): *Evv Act Iac 1Pet 1Ioh Paul* (Phm Hebr); nonnulla suppl m ser. Scriptus, in usum fratris Iesuzacha, manu Sabar [Iesu?] in monasterio Sabar Iesu „quod est coenobium Beth Kuko, situm ad Zabum maiorem (sive Lycum, fluvium) in regione Adiabene". Olim Claudii Iacobi Rich per decem annos Bagdadi publica legatione functi, post eius mortem emptus et anno 1825 in Museo Britannico depositus. Forshallius facsimilia duo in catalogo dat.

Schisma inter Iacobitas et Melchitas ortum penitus separavit Coptitas ab ecclesia Constantinopolitana et effecit ut versio Alexandrina pura conservaretur; et cum post annos centum quinquaginta Arabes inciperent linguam Copticam expellere, Coptitas impediverunt quominus versionem illam antiquam et puram corrumperent. Quam puritatem recognoverunt viri rei criticae periti qui saeculo duo decimo in Aegypto floruerunt. Codex antiquissimus anno inscriptus, anno scilicet 1174, re vera textum continet antiquum. Deinde in omnibus fere codicibus ars critica apparet, corruptelaeque cum perspectae sunt corriguntur aut indicantur. Sic subscriptio codicis saeculo quarto decimo scripti diserte notat scribam quendam Gabriel, qui anno 1250 floruit, fideliter diligenterque textum eius ab omnibus corruptelarum Graecarum Syriacarum ceterarum sordibus purgasse. Hinc efficitur codices quos habemus, licet iuniores sint, haudquaquam tamen esse neglegendos.

a. Memphitica.[1] Dialectus Aegypti inferioris Memphitica,[2] interdum ex Arabico nomine Bohirica dicta, olim quia sola cognita erat Coptica nominata (unde Tischendorfius *cop* siglum adhibuit), satis apta erat ad Graeca reddenda. Ubi carebat, saepe etiam ubi non carebat, dialectus proprio verbo, mutuata est a Graeco. Neque tamen distingui potest inter lectiones varias quae vel participium vel verbum finitum praebent. Praeterea cum

cop

[1] Sententia Sternii confecta est primum versio Sahidica, tum Memphitica, tum demum Subsahidica quam Bashmuricam dicimus.

[2] Conferenda sunt tamen verba Ludovici Stern viri dialectorum Copticarum peritissimi, *Koptische Grammatik*, Lipsiae a. 1880, p. 1—2 et 11—15. Ios. Evodio Assemano teste, *Bibl. Med. Laur. et Pal. cat.* Flor. a. 1742, p. 54, demonstratat martyrologium Copticum biblia e Graeco, Chaldaico, Hebraico in linguam Copticam a monachis in Thebaide saeculo quarto (anno circiter 336) translata esse.

passivum desit, passiva Graeca per personam tertiam pluralis activi impersonaliter usurpatam redduntur.[1] Lightfootius arbitrabatur hanc versionem optimam esse et praeferendam versionibus Syriacae veteri et Latinae veteri in usos criticos, ut quae textum primae notae praeberet.

Continet versio Memphitica Novum Testamentum totum sed inferiorem locum tribuit Apocalypsi, quae plerumque separatim exscripta est; haec opinio de Apocalypsis auctoritate facile intellegitur ex iis quae Dionysius Alexandrinus (clar. a. 233—265) contra illum librum protulit. Omittitur Apoc etiam in vocabulariis Copto-Arabicis.

Partes singulae N. T. in hunc ordinem redactae sunt: Evv Paul Cath Act. Evv: Mt Mc Lc Ioh, in vocabulariis saepe: Ioh Mt Mc Lc;[2] — Paul plerumque: Thess Heb Tim; — Cath: Iac 1.2 Pet 1.2.3 Ioh Iud.

Fellius (ut supra, p. 223) anno 1675 accepit lectiones varias Memphiticas a Thoma Mareschallo (* 1621, † 1685), qui mortuus est antequam editionem evangeliorum Copticam curare posset. Millius usus est lectionibus ex schedis Mareschalli (codd. 3.4.5, infra, p. 869) et lectionibus a Ludovico Pickio e codicibus Parisiensibus regiis (331.336.398) conlectis. David Wilkinsius (inde Tischendorfii *cop*^{w} vel ^{wilk})[3]

[1] Interdum usurpatur persona tertia singularis, ubi subiectum singulare subintellegi potest. Praeterea forma verbi qualitativa hic illic passivi locum tenet.

[2] Haec mihi videntur ordinem librorum in ecclesia per annum legendorum sequi.

[3] Wilkins, *N. T. Aegyptium vulgo Copticum ex MSS Bodleianis descripsit, cum Vaticanis et Parisiensibus contulit, et in Latinum sermonem convertit* D. W. Oxon. 1716. Lightfootius notat Wilkinsium 1 Cor 13,3 verba Memphitica pro *ἵνα καυχήσωμαι* „ut comburar" vertisse, unde etiam Tattamum in lexico suo significationem „incendere" dare pro ⲙⲟⲩⲙⲟⲩ et ad hunc locum provocare, etsi semper significet verbum illum „laudare" sive „glorificare". Textus evangeliorum Wilkinsii, nonnullis emendatis e codice Evv 11, curatus est Londinii a. 1829 a Tattamio in usum societatis „British and Foreign Bible Society" in editione evangeliorum Copto-Arabica.

natu Borussus („Wilke"), edidit Oxonii anno 1716 N. T. Coptice, sed tam neglegenter ut textus interdum secum non congruat et versio Latina minime cum Copticis conveniat. Crozius (La Croze) communicavit lectiones paucas e codicibus Berolinensibus cum Bengelio, et Woidius[1] conlationem primi Marci capitis e codice Berolinensi exhibuit.

Annis denique 1846.1847 prodierunt Lipsiae evangelia Coptice cura Mauritii Gotthilf Schwartze,[2] unde Tischendorfii *cop*^{sch} vel ^{schw}, qui codicibus duobus Berolinensibus (cf infra, p. 875, Evv 26 Diezii unde Tischendorfii *cop*^{dz}, Evv 27 Petraei unde *cop*^{petr}) usus est et lectiones Copticas cum lectionibus Tischendorfii, Lachmanni, codicis Ephraemi comparavit. Schwartzio mortuo Alexander de Humboldt exemplar Schwartzianum Novi Testamenti editionis Copticae Wilkinsianae, in quo Schwartzius conlationes suas notaverat, dono dedit Paulo Boetticher (posterius de Lagarde), qui actus et epistulas Halae anno 1852 edidit,[3] omissa versione Latina, lectionibus variis in margine exhibitis. Ad epistulas Paulinas edendas adhibuit Boetticherus conlationes duorum codicum

[1] Woide, *Appendix* (ut supra, p. 859, adn. 1), p. [13]—[18].

[2] Schwartze, *Quatuor evangelia in dialecto linguae Copticae Memphitica perscripta, ad codd. MS. Copticorum in regia bibliotheca Berolinensi adservatorum nec non libri a Wilkinsio emissi fidem edidit, emendavit, adnotationibus criticis et grammaticis, variantibus lectionibus expositis atque textu Coptico cum Graeco* [N. T. Tischendorfii a. 1841, Lachmanni a. 1842, codicis Ephraemi a Tischendorfio editi a. 1843] *comparato instruxit M. G. S.* Lipsiae (Mt Mc a. 1846, Lc Io a. 1847). De Schwartzio cf *Intelligenzblatt zur allgemeinen Literaturzeitung*, Halae et Lipsiae a. 1849, num. 1, coll. 1—8. Henricus Tattam presbyter ecclesiae Anglicanae edidit, sub auspiciis societatis scientiae Christianae promovendae causa institutae, in usum et patriarchae et ecclesiae Aegyptiacae, N. T. Coptice e codice patriarchali cum codicibus Tattami et Curzonii conlato; variae lectiones non dantur: *The book of the four holy gospels*, [Londinii?], a. 1847. *The second book of the N. T.* a. 1852.

[3] Boetticher, *Acta apostolorum Coptice*, Halae a. 1852; *Epistulae Novi Testamenti Coptice*, Halae a. 1852.

Anglicorum (*tattamiani* et *curetoniani* dictorum, a Schwartzio conlatorum,[1] cf infra, p. 879.880, Epp Act 4.6), unius Parisiensis (*p*, cf infra, p. 880, Epp Act 8), trium Berolinensium (cf infra, p.881, Epp Act13.14.15); — ad epistulas catholicas et actus adhibuit illos duos Anglicos, duos Parisienses (*p* et *m*, cf infra, p. 881, Epp Act 11.12). Paucitas codicum conlatorum, conlatio mirabilis cum triplici isto textu Graeco in evangeliis, Schwartzii editionis utilitati multum detrahunt; Boetticheri vero editiones, quarum gratia codices Parisienses (Parisiis Halam missos) et Berolinenses contulerat, iniuria maxima viri docti propter recensionem quandam[2] spreverunt, quae recensio et studiis Copticis quod ad N. T. attinet et fortunae viri clarissimi atque doctissimi Boetticheri detrimento magno fuit.[3] Si recensio scienter non inscienter scripta fuisset haberemus hodie prorsus alia instrumenta in versionibus orientalibus excutiendis, cum Boetticherus versiones Syriacas, Copticas, Armeniacam, Aethiopicam in usus criticos conferre vellet. Recensio illa, una cum duabus aliis eiusdem generis, causa fuit ut stipendium, ut codicum Parisiensium usus, ut alia Boetticheri a ministerio publico negarentur.

b. Thebaica. Dialectus Aegypti superioris Thebaica, ex Arabico nomine Sahidica[4] (unde Tischendorfii *sah*) dicta, non ante saeculum duodevicesimum cognita videtur esse in Europa occidentali. Etsi verba Graeca

sah

[1] Laudat Lightfootius versionis evangeliorum Thebaicae conlationem Schwartzianam, quae errores Woidii et Fordii correxit.

[2] *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiae a. 1853, vol. 7, p. 115—121.

[3] Lagarde, *Aus dem deutschen Gelehrtenleben. Actenstücke und Glossen*, Gottingae a. 1880, p. 25—65.73—77, enumerat vitia recensionis illius. Si Boetticheri petulantia dolenda est, quae (p. 64) schedas eius Copticas delevit, plus dolenda est fortuna viri, quae studia eius impedivit.

[4] Sternius (ut supra, p. 859, adn. 4), distinguit inter Sahidicam et Subsahidicam versionem; huic tribuit fragmenta evangelii Iohannis Borgiana.

fortasse liberius quam dialectus Memphitica mutuata est, tamen minus fideliter Graeca in constructione sequitur, coniunctionibus saepe omissis. Rudior est haec versio quam Memphitica. In usus criticos aestimat Lightfootius textum huius versionis uno textu versionis Memphiticae inferiorem esse; praebet lectiones occidentales, quas dicunt, saepius quam Memphitica minus vero saepe quam Syriaca vetus et Latina vetus. Inter Memphiticam et Thebaicam nulla versionis affinitas agnosci potest; Lightfootius apud Scrivenerum (p. 353.354) exscripsit parallelis columnis Act 17,12—16 cum Memphitice tum Thebaice ut facilius comprehendi posset discrepantia harum versionum.

Continet versio Thebaica N. T. totum, sed pariter atque Memphitica locum inferiorem Apocalypsi tribuit, qui liber, fere semper separatim exscriptus, etiam in vocabulario libris sacris non adsociatur.

Quoad ex vocabulario concludi potest erat ordo Novi Testamenti partium Evv Paul Cath Act. Vocabularium praebet evangeliorum ordinem: Ioh Mt Mc Lc, fortasse propter ordinem librorum per annum legendorum;[1] ipsorum enim librorum fragmenta talem ordinem non confirmant. In Paul stabat Hebr inter 2 Cor et Gal, non post Gal ut in antigrapho codicis B Vaticano.

Haec fragmenta Novi Testamenti Thebaica hodie cognita sunt (cf Zoega [ut infra, p. 867, adn. 1], p. 203—206, et Ciasca [ut infra, p. 867, adn. 2], vol. 1, p. X. XI):
Mt 1,1–4,11 4,16 5,14–20 5,22–36 5,40–46 6,2–11,25 11,28 et 30 12,31—15,14 15,28—16,6 16,13—28,10 28,18 et 20 *Mc* 1,36—38 et 41—44 2,2—4 et 7—9 2,12–9,16 9,19–14,26 14,34–15,41 16,20 *Lc* 1,1–2,50 3,5—6,48 7,11—17 et 29—50 8,36—9,41 11,5—11 et 27–32 et 37–52 12,5–16,7 16,16–23 17,7–21,38 22,6–24,53 *Ioh* 1,1–6,9 6,15–59 6,68–7,52 8,12–21,25.

[1] Cf supra, p. 861, et p. 690.

Act 1,1—27,38 *Iac* 1,1—2,4 2,8—23 3,3—6 4,11—17 5,7—20 *1 Pet* 1,3 1,13—21 2,7 et 9 et 13—25 3,8 et 15 et 22 4,1 et 7—14 *2 Pet* 1,1—2,3 2,12—3,18 *1. 2. 3 Ioh* integrae.

Rom 1,10—12 et 25 6,4—8,38 9,7—24 10,14—11,11 11,31—12,10 13,7—14,4 14,17—23 *1 Cor* 1,2—2,11 3,10–21 9,1–14,21 14,27 et 28 15,3–33. *2 Cor* 6,1–6 10,5 10,7—13,13 *Gal* 1,1—6,18 *Eph* 1,1—6,24 *Phil* 1,6–4,23 *Col* 1,1–2,15 3,5–4,18 *1 Thess* 1,1–5,28 *2 Thess* 1,1—2,13 3,14—18 *1 Tim* integra (?) *2 Tim* 1,1—16 2,19—3,5 *Hebr* 1,1—8 2,11 2,16—3,3 7,11–21 9,2–10 et 24–28 10,5–30 et 34–36 11,5–7 et 11—22 12,1—13,25

Apoc 1,8 1,13—2,2 3,7 3,20—6,3 7,1—9,2 12,14—14,13 19,7—18 20,4 20,7—21,3.

R. Tuki (unde *tuk*), episcopus Arsinoensis in libro *Rudimenta linguae Coptae sive Aegyptiacae ad usum collegii Urbani de propaganda fide,* Romae a. 1778, praebuit multos locos ex V. et ex N. T. Thebaico. Nescimus tamen unde fluxerint loci; Schwartzius (cf supra, p. 862) quidem adseveravit Tukium nonnulla Thebaica e versione Arabica concinnasse. Tregellesius Tukio usus est in Apoc, et Tischendorfius fortasse per Tregellesium eum novit. V. cl. S. C. Malan in libro *The Gospel according to S. John translated from the eleven oldest versions except the Latin,* Londinii a. 1862 adhibuit locos omnes Iohanneos quos Tukius praebuit. Woidius (unde *woi*), qui iam a. 1778 editionem fragmentorum Novi Testamenti Thebaici Oxoniensium promiserat et lectiones varias (vide infra, p. 885, cod. 7) ediderat, anno 1790 mortuus est, et Henricus Fordius curavit librum eius: *Appendix ad editionem Novi Testamenti Graeci e codice MS. Alexandrino a C. G. Woide descripti, in qua continentur fragmenta Novi Testamenti iuxta interpretationem*

dialecti superioris Aegypti quae Thebaica vel Sahidica appellatur, e codicibus Oxoniensibus maxima ex parte desumpta, cum dissertatione de versione bibliorum Aegyptiaca, Oxonii a. 1799. Fragmentis e codicibus Novi Testamenti addidit Woidius pauca ex his libris: Vocabularium Sahidicum, Paris. bibl. nat. MS. Copt. 44; — De mysterio literarum Graecarum discursus Gnostici a Seba scriptus anno 1393, Oxon. Bodl. MS. Hunt. 393, in 4, chart; vide praef. Fordii, apud Woidium p. vi seq. et [21] adn. a; — Brucii papyrus quae opera duo Gnostica continet, nunc Oxon. Bodl. Bruc. 96: loci et V. T. et N. T. in codice insunt. Haec duo opera edidit v. cl. Carolus Schmidt, *Gnostische Schriften in koptischer Sprache aus dem Codex Brucianus herausgegeben, übersetzt und bearbeitet* [Gebhardt et Harnack, *Texte und Untersuchungen*, vol. 8, partes 1. 2], Lipsiae a. 1892, pp. XII et 692; — Pistis Sophia olim Askewii nunc Lond. Mus. Brit. MS. —?: loci et V. T. et N. T. Nonnulla praebet Woidius. Schwartzius exscripsit codicem, et Petermannus ex schedis Schwartzii Berolini a. 1853 edidit. Annis 1785 et 1790 nonnulla ex Novo Testamento edidit Mingarellius (unde *ming*)[1] e codicibus Nanianis, anno 1789 Augustinus Antonius Georgius[2] monachus Augustinus fragmenta evangelii Iohannis e codice Borgiano, eodem anno M. Fridericus Münterus (unde *munt*)[3] epistularum Paulinarum fragmenta Borgiana.[4] Anno 1810 publici iuris factus

[1] Iohannes Aloysius Mingarelli, *Aegyptiorum codicum reliquiae Venetiis in bibliotheca Naniana asservatae*, Bononiae, fasc. 1, a. 1785, p. vi—lxii, et fasc. 3, 1790, p. —?

[2] Giorgi, *Fragmentum evangelii s. Ioannis Graeco-Copto-Thebaicum saeculi iv . . . ex Veliterno Museo Borgiano*, Romae a. 1789.

[3] Münter, *Commentatio de indole versionis Novi Testamenti Sahidicae. Accedunt fragmenta epistolarum Pauli ad Timotheum ex membranis Sahidicis Musei Borgiani Velitris*, Hafniae a. 1789.

[4] Lectiones Griesbachii a. 1806, Act 24,22.23 25,6 27,14 Col 2,2 suspicatus est Lightfootius e codicibus Borgianis esse, cum in libris typis expressis eas invenire non posset.

est liber postumus Georgii Zoega (unde *zoeg*)[1] Dani, in quo tria fragmenta exhibentur. Denique nostra aetate ediderunt viri cll. Carolus Ceugney (cf infra, p. 885, cod. 12), Urbanus Bouriant (cf infra, p. 891, codd. 88.89), E. Amélineau,[2] Gastonus Maspero (cf infra, p. 886, codd. 13.14), Rossius (cf infra, p. 890, cod. 83), Oscarus de Lemm, (cf infra, pp. 890.891, codd. 85–88) fragmenta multa Novi Testamenti. Quae sequuntur, edidit v. cl. Amélineau in actis *Zeitschrift für ägyptische Sprache und Alterthumskunde*, XXIV, Lipsiae a. 1886, pp. 41—56: *Lc* 1,1—2,49 3,5—8 6,36—48 7,(11)12–17 et 36–50 11,27–32 et 37–52 14,12–35 16,1—7 17,7—18 19,30—21,38 22,7—9 24,41—53; — pp. 103—114: *Ioh* 1,1—6 2,13—3,18 6,15—21 13,1–17,6 18,1–15 20,30–21,25 *Act* 24,19–26,10 (multa exciderunt) 27,11—27; — XXV, a. 1887, pp. 47—57: *Rom* 6,20—7,21 8,15—38 9,7—24 11,31 —12,9 *1 Cor* 1,2—31 12,9—31 14,4—21 15,3—33 *2 Cor* 10,7—12,9 13,1—13 *Gal* 1,1—2,8 6,16—18;

[1] Zoega, *Catalogus codicum Copticorum manuscriptorum qui in Museo Borgiano Velitris adservantur*, Romae a. 1810.

[2] Amélineau in actis *Recueil de travaux* etc (cf infra) et *Zeitschrift für ägyptische Sprache* etc (cf infra). V. cl. Augustinus Ciasca, qui in libro *Sacrorum bibliorum fragmenta Copto-Sahidica musei Borgiani* . . . vol. 1, Romae a. 1885, vol. 2, a. 1889, fragmenta ex vetere testamento exhibet, de editione a v. cl. E. Amélineau incepta („Fragments de la version thébaine de l'écriture", in actis *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à la archéologie égyptiennes et assyriennes*, VII, 4 [1886], p. 197—217 et VIII, p. 10—62) disserit, vol. 2, p. LVIII exhibetque conlationem editionis Amelinianae cum codicibus p. LIX—LXXVII. V. cl. Ciasca in hac conlatione ea Novi Testamenti fragmenta non tractat, quae v. cl. Amélineau sub titulo „Fragments thébaines inédits du nouveau testament" in actis *Zeitschrift für ägyptische Sprache und Alterthumskunde*, Lipsiae a. 1886, p. 41—56.103—114; a. 1887, p. 47—57.100—110.125—135; a. 1888, p. 96—105 publici iuris fecit; vix tamen ponere licet haec illis melius edita esse, quae „innumeras lectiones a codicibus prorsus alienas" continere Ciasca testatur.

— pp. 100—110: *Eph* 1,1—4,17 5,5—6,23 *Phil* 1,1—4,22 *Col* 1,1—2,15 3,17—4,6; — pp. 125—135: *1 Thess* integra *2 Thess* 1,1—2,13 3,14—18 *1 Tim* 1,1—5,20 6,4—21 *2 Tim* 1,1—16 3,10—16; — XXVI, a. 1888, pp. 96—105: *Hebr* 1,1—8 9,24—28 10,5—30 11,5—7 12,1—13,25 *Iac* 1,1—2,1 *Apoc* 3,20—6,3 7,1—12 8,5—9,2 12,14—14,13. Haec omnia sive ante annos sive hodie edita nonnisi fragmenta sunt sparsa, pleraque non ita accurate curata ut in criticos usus sufficiant.

c. Basmurica. Lightfootius[1] consentit cum Schwartzio[2] dialectum Basmuricam, etiam Elearchicam vel Ammoniacam vel Oasiticam dictam, re vera dialectum esse et non idioma merum[3] male ex Memphitica et Thebaica conflatum, et basm putat Basmuros Deltam Nili possedisse, non Oasim Ammonianam; Sternius tamen opinatur dialectum Basmuricam urbis Memphidis propriam esse.

Fragmenta haec versionis N. T. Basmuricae hodie cognita sunt: *Mt* 5,46—6,19 *Ioh* 4,28—34 et 36 et 40 4,43—53 *1 Co* 6,19—9,16 14,33—15,35 *Eph* 6,18—24 *Phil* 1,1—2,2 *1 Thess* 1,1—3,6 *Heb* 5,5—9 5,13—6,3 6,8—11 6,15—7,5 7,8—13 7,16—10,22. Edita sunt omnia.

[1] Lightfootius apud Scrivenerum, *Intr.* ed. 3, Cantabr. a. 1883, p. 401—404.

[2] Maur. Gotthilf. Schwartze, *Das alte Aegypten*, pars 1, sectio 2, Lipsiae a. 1843, p. 1039 sq., inprimis p. 2034; cf etiam v. cl. Stern, *Koptische Grammatik*, Lipsiae a. 1880, p. 14, et dissertatio eius (ut supra, p. 859, adn. 4), p. 33, adn. 76, et *Zeitschrift für ägyptische Sprache und Alterthumskunde XXIV*, Lipsiae a. 1886, pp. 129—135, sive appendix dissertationis de apocalypsi Sophoniae.

[3] Ita citatur Peyronus, *Grammatica linguae Copticae*, p. xx, sed grammatica Peyroni mihi non est in manibus, et in libro *Lexicon linguae Copticae*, Taurini a. 1835, p. XIX, de Bashmurica dialecto ille eodem modo atque de ceteris loquitur.

CODICES COPTICI.

a. Versionis Memphiticae.

(a.) Quattuor evangelia.

1. Oxon. Bodl. Huntingdon. 17.
saec. XII, txt 25.3×17.5, chart, foll. 457, coll. 2 Copt-Arab, ll. 20; capp Copt, pict: *Evv* Copt-Arab; textus optimae est notae; margo interpolationes praebet posteriores. Anno 1174 manu Iohannis monachi scriptus. Lightfootius inspexit. V. cl. A. C. Headlam contulit codicem paucis locis, [Lloyd-Sanday] *Novum Testamentum*, Oxonii a. 1889, *App. III*, pp. 182—190. Conlatus anno 1892.

2. Oxon. Bodl. Huntingdon. 20.
saec. XIV, txt 24.2×17.3, chart, foll. 333, col. 1, ll. 24; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv.* Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius locis paucis contulit. Mt conlatum est anno 1890.

3. (maresch) Oxon. Bodl. 171, Marshall. Or. 5.
saec. XIV, txt 24.7×17.5, chart, foll. 265, col. 1, ll. 27; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv.* Anno 1498 ecclesiae s. Michaelis Alexandrinae dono datus. Ex hoc codice exscripsit Petraeus cod. 27. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius contulit paucis locis. Mt conlatum est anno 1890.

4. (maresch) Oxon. Bodl. 166, Marshall. Or. 6.
a. 1320, txt 23.8×19.5, chart, foll. 285, col. 1, ll. 26.27; capp Copt et Graec, pict, sect (non can), mut: *Evv;* folia nonnulla sub finem a manu posteriore anni 1641, quae etiam annum 1320 testatur. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius contulit paucis locis. Conlatus est anno 1892.

5. (maresch) Oxon. Bodl. 16, Marshall. Or. 99.
saec. XVI, txt 11.3×7, chart, foll. 192, col. 1, ll. 12—14; hic illic capp Copt et sect, pict: *Ioh.* Lightfootius

inspexit. V. cl. Headlamius contulit paucis locis. Conlatus anno 1892.

5a. Oxon. Bodl. fragmenta.

a. Hunt. 278 (in tegumento): foll. 2, membr, mut: *Lc* 13,12—34.

b. Aethiopico-Syriaco-Armenico-Copticum: saec. XIV (?), chart, fol. 1: *Lc* 7,37—44.

c. Coptico-Graeco-Arabicum: saec. XII (?), fol. 1, chart: *Ioh* 14,26—15,2.

6. Lond. mus. Brit. Orient. 425.

a. 1308, txt 21.1×14.3, chart, foll. 168, coll. 2 Copt-Arab, ll. 33; Eus-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict, mut: *Mt Mc Ioh* 19,6—20,13 21,13—25 Copt-Arab; olim integra erant evangelia; alia in codice insunt. Manu Iohannis monachi scriptus. Exscriptus paginatim e codice qui nunc in Instituto Catholico Parisiensi servatur. Olim Tattami archidiaconi. Lightfootius inspexit. V.cl.Headlamius paucis locis contulit (ut cod. 1). Mt conlatum anno 1890.

7. (Epp Act 19) Lond. mus. Brit. Orient 426.

saec. XIII, in 4, chart: *Ioh* 1,13—21,25 Copt-Arab; sub finem inveniuntur inter alia *Eph* 4,1—13 *Mt* 16,13—19 *Lc* 19,1—10. Olim Tattami, cf cod. 6. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit. Ioh conlatum est.

8. Lond. mus. Brit. Orient. 1001.

saec. XII, txt 21×12.5, chart, foll. 270; prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab; folia nonnulla in initio supplevit manus posterior. Athanasius, episcopus Apothekensis sive Abutigensis, qui (fol. 125^{b}) codicem monasterio sancti Antonii dono dedit anno 1792, scripsit fol. 77^{b} et 264^{b} codicem anno 1192 exaratum esse; non tamen videtur tam vetus esse. Museum Britannicum emit codicem a v. cl. N. Nassif die 21 mensis Maii a. 1869. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit. Mt et Mc conlata sunt anno 1892.

9. Lond. mus. Brit. Addit. 5995 (Rieu 795).
saec. XIV(?), txt 32.7×17.5, chart, foll. 240, coll. 2 Copt-Arab, ll. 31—33; capp Copt (Mt 101 Mc 54 Lc 86 Ioh 46), sect, can, pict, mut: *Evv* Copt-Arab; folia nonnulla anno 1474 suppleta sunt in usum monasterii Al-Baramus vel Marimi et Dometii in deserto Shihat sive Scetensi in valle Nitriensi; restauravit codicem Ibrahim Simeonis filius anno 1776; ex Aegypto in Angliam translatus a duce Turnero mense Augusto anni 1801. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius contulit (ut cod. 1). Cf (v. cl. Rieu) *Cat. codd. mss. orr. qui in Mus. Brit. asservantur. Pars secunda. Supplementum,* Londini a. 1871. Mt conlatum est anno 1890.

10. (Epp Act 18) Lond. mus. Brit. Addit. 14740 A.
saec. XIII, fragmenta: *Mt* 2,8—4,20 *Lc* 8,2—7 et 8—10 et 13—18 *2 Cor* 4,2—5,4 *Eph* 2,10—19 2,21—3,11 *1 Thess* 3,3—6 3,11—4,1; fragmenta Eph videntur antiquissima esse; insunt alia fragmenta et Memphitica et Armeniaca minoris aestimanda. Lightfootius inspexit.

11. Lond. mus. Brit. Orient. 1315.
a. 1208, txt 24.3×18.2, chart, foll. 457, coll. 2 Copt-Arab, ll. 22; Carp, Eus-tab, prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab. Georgius quidam scripsit. Ecclesiae s. Georgii in Dayr el Tîn prope Cahiram dono datus. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius contulit. Mt conlatum est anno 1890.

12. Lond. mus. Brit. Orient. 1316.
a. 1663, in fol, foll. 253; Eus-tab, prol, capp-tab, pict: *Evv* Copt-Arab. Consentit cum codice Instituti Catholici Parisiensis exscriptus manu Abu el Muna. Ecclesiae ss. Mariae et Georgii in vico Graeco Cahirensi anno 1721 dono datus. Lightfootius vidit. V. cl. Headlamius contulit.

13. Lond. mus. Brit. Orient. 1317.
a. 1814, in 8, foll. 414; Carp, Eus-tab, prol, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab. Manu Iohannis presbyteri. Veri

simile est hunc codicem e codice 8 (Mus. Brit. 1001) exscriptum esse. Lightfootius vidit.

14. Lond. mus. Brit. Orient. 3381.
saec. XIII, txt 28.2×19, chart, foll. 305, col. 1, ll. 52; capp Copt, (titl m poster Arab), sect, can, pict: *Evv.* Manu Victoris cuiusdam. Anno 1793 codicem restauravit Moses quidam iussu Athanasii episcopi Abutigensis. Erat Esnae in Aegypto superiore. V. cl. Lieder codicem emit ab episcopo urbis Luxor et usus est eo cum Novum Testamentum Coptice exprimeret in usum societatis „Society for the promotion of Christian knowledge" annis 1847—1852. Emit codicem a Liedero v. cl. Geden anno 1864; Mus. Br. anno 1886 emit. Headlamius contulit. Conlatus a. 1892.

14a. Lond. societatis „British and foreign bible society". a. 1816, in 8, chart; Carp, Eus-tab, prol, capp-tab, sect, can: *Evv* Copt-Arab. Anno 1816 ex codice, qui patriarchae Cahirensis erat, hodie in Museo Britannico servatus (cf supra, p. 871, cod. 11), in usum societatis biblicae exscriptus, praebet codex textum Copticum hodiernum; adhibitus est in editionem evangeliorum curandam (cf supra, p. 862, adn. 2). Light-footius inspexit. V. cl. Headlamius contulit.

15. Comitis Crawfordensis et Balcarrensis.
saec. XIV, txt 24.7×18.5, chart, foll. 291, col. 1, ll. 25; capp Copt et Graec, sect, can (?): *Evv;* folia nonnulla supplevit Georgius monachus anno 1824; formae Sahidicae insunt. Manu Simonis Tampetensis scriptus. Monasterio s. Bishoi in deserto Nitriensi anno 1514 dono datus. Mt conlatum est anno 1891.

16. [Lond. mus. Brit.] Parham. 116.117.118 (in catalogo Parhamensi, p. 29, num. 9.10.11), vel Mt 121 Lc 123 Ioh 122.
saec. XIII, txt 25.5×18, chart, Mt foll. 134 Lc foll. 129 Ioh foll. 101, ll. 25—26, (prol, capp-tab, capp Copt in Ioh,) sect, can, pict: *Mt Lc Ioh* Copt-Arab; olim unum tomum fecerunt; Mc deest; nonnulla in initio et sub

finem Matthaei supplevit manus posterior. Anno 1495 ecclesiae s. Mariae de Zuaylah Cahirensi dono datus. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius contulit. Mt conlatum est anno 1890.

17. [Lond. mus. Br.] Parh.122 (cat. p. 29, num. 14) vel 126. a. 1676–1730, txt 10×7, chart, foll. 333, ll. 29; prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab; manu nitidissima et minutissima. Textu consentit cum codice 16. Lightfootius inspexit.[1]

18. Paris. nat. Copt. 13.
a. 1178 et 1180, txt 32.6×17.3, membr, foll. 286 (paginae numerantur Coptice Arabice Syriace), coll. 2, ll. 35; Eus-tab (sub finem), capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv.* Lectiones saepius paullum variant. Manu Michaelis episcopi Damiettensis scriptus. Olim in ecclesia s. Mariae Deiparae in urbe Damietta. Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.

19. Paris. nat. Copt. 14 (olim reg. 336 ?).
saec. XIII (?), txt 27.7×19, chart, foll. 334, coll. 2, ll. 26—29; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab. Textu consentit plerumque cum cod. 30 (Vat. 9), et similis est cod. 31 (Vat. 10). Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.

20. Paris. nat. Copt. 15 olim Colbert 2913 et Reg 330.3.
a. 1216, txt 25.4×18, chart, foll. 294, ll. 25; capp, sect, can, lect, pict, mut: *Evv;* folia nonnulla supplevit manus posterior. Neglegenter scriptus, statim vero emendatus. Praebet lectiones singulares. Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.

[1] Codex Parhamensis 102 (catal. p. 27, num. 1) anni 888, non continet Mt Mc, sed locos ex Evv addita catena patrum; fortasse e Graeco versus est codex. Parhamensis 106 (catal. p. 28, num. 5) non continet Ioh, neque alia biblica. Lightfootius invenire non potuit codicem (catal. p. 29, num. 13) qui dicitur Mt cum versione Arabica continere et Cahirae e codice patriarchali exscriptus esse.

21. Paris. nat. Copt.16 olim De la Mare 579 vel Reg 330.2. a. 1204, txt 24.4×14.9, chart, foll. 371, coll. 2, ll. 26; prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab. Scriptura et lectionibus similis cod. 29 (Vat. 8). Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.

22. Paris. nat. Copt. 59 olim St. Germani 25. a. 1229, txt 25.6×18, chart, foll. 237, ll. 26.27; capp Copt et Graec, sect, can, pict, mut: *Evv;* deest Ioh 1,1—10,26. Librarius prior codicis 26 (dz) hunc codicem exemplar habuit. Fuit Iohannis monachi in deserto oriente, a quo emit Gabriel minister in ecclesia s. Michaelis Cahirensi. Olim Seguerianus et Coislinianus; Coislinus codicem ecclesiae s. Germani anno 1732 dono dedit. Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.

23. Paris. nat. Copt. 60. saec. XVII (?), txt 25×17.5, chart, foll. 217, ll. 28—31; Mt Mc Lc capp Copt et Graec, sect, can, Ioh capp Copt (non sect, can): *Evv.* Textu consentiunt Mt Mc Lc fere cum codice 26 (dz) emendato; Ioh in charta vetustiore est scriptum et alium textum habet. Manu scriptus librarii Abu el Manna, diaconi ecclesiae s. Mariae. Emptus a Bernardo de Montfaucon die 11 mensis Augusti anni 1698 Venetiis. Lightfootius inspexit. Matt conlatum anno 1892.

24. Paris. nat. Copt. 61. saec. XVI (?), txt 15.8×10.6, chart, foll. 150, ll. 15; capp, sect, can, pict, mut: *Ioh;* nonnulla desunt, nonnulla confudit compactor. Lightfootius inspexit.

25. Paris. nat. Copt. 62. saec. XIV, txt 22.3×14 vel 19.9×14, in 4, chart, foll. 68 (videtur idem librarius pp. 1—20, lineis 23, litteris maioribus scripsisse, pp. 21—53, ll. 21, litt minoribus, pp. 54—66, ll. 21, iterum maioribus); capp 1—14, sect nonnullae: *Ioh;* satis vetus est; in initio verba Arabica, item glossae grammaticales inter lineas sunt scriptae. Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.

26. (*dz*) Berol. reg. Orient. Diez. A. fol. 40.
saec. XIII, txt 20×12, chart, foll. 361, ll. 25; capp Cp et Gr, sect, can, pict: *Evv;* a duobus librariis, quorum alter codicem 22 (Par. 59) exemplar habuit, alter textum codici 16 (Parh. 121.123) similem, scriptus; nonnulla supplevit manus tertia; textus bonae notae est, formae Sahidicae insunt. Conlatus a Schwartzio (ut supra, p. 862), praef. p. xiii sq.

27. (*petr*) Berol. reg. Orient. quart. 165.166.167.168.
a. 1662, in 4, chart: codex 165 continet lectiones ex *Evv,* 166 *Mt,* 167 *Mc,* 168 *Lc,* sed 166.167.168 omittunt locos qui in 165 insunt. Hos codices exscripsit Petraeus Lugdunensis anno 1662 e codice 3 (Marsh. 5). Conlatus a Schwartzio (ut supra, p. 862), praef. p. ix.

28. Gottingae bibl. universitatis Orient. 125. 4.
a. 1357, txt 32×21, chart, foll. 203, ll. 30; capp Cp et Gr (Gr sine num, sed linea textus rubra), titl, sect: *Evv.* Exscriptus e codice anni 1073. Monasterio sancti Bishoi in deserto Nitriensi dono datus. Folia nonnullo (e. g. 1—9 et septem ultima) supplevit anno 1775 Ibrahim Cahirensis iussu Athanasii episcopi Abutigensis; testatur Ibrahim annum 1357. Cf Lagardius, *Orientalia* 1, Gottingae a. 1879, p. 4, e libro *Abhandlungen der königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen,* vol. 24. Conlatus anno 1893.

29. Romae Vat. Copt. 8 olim Raymundi 1.
saec. XIII, in fol, chart, foll. 355; prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict, mut: *Evv* Copt-Arab. Textu similis codici 21 (Par. 16). Arcadius Iohannis filius supplevit folia nonnulla anno 1587 iussu diaconi Salib. Olim Ioh. Bapt. Raymundi (num. i) et ab eo bibliothecae legatus. Cf Maius, *Scriptorum veterum nova collectio,* vol. 5, Romae a. 1831, paginarum series altera, p. 120—121. Matt conlatum anno 1891.

30. Romae Vat. Copt. 9 olim Raymundi iv.
a. 1205, txt 25.6×17, chart, foll. 504; Carp, Eus-

tab, capp-t, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab. Scriptus manu Georgii, fortasse eiusdem qui cod. 11 (mus. Br. 1315) scripsit. Anno 1270 a diacono Michaele Abu-Halîḳah monasterio sancti Antonii in deserto oriente dono datus, quod refert in colophone Gabriel patriarcha Alexandrinus. Fuit Iohannis (a. 1506) et Gabrielis (a. 1526) patriarcharum Copticorum, et anno 1537 repositus est in ecclesia ss. Sergii et Bacchi Alexandrina. Anno 1594 in Italiam reportatus, legatus est bibliothecae Vaticanae anno 1614. Cf Maius (ut cod. 29), p. 122—125. Conlatus anno 1893.

31. Romae Vat. Copt. 10 olim Raymundi vi.
saec. XIII vel XIV, txt 19.8×12, chart, foll. 504, ll. 20; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab. Textu consentit cum cod. 19 (Par. 14). Cf Maius, p. 125. Mt conlatum anno 1891.

32. Romae Vat. Copt. 11 olim Petri de Valle vi.
a. 1346, txt 19.8×12.3, chart, foll. 112, ll. 23; capp, sect, can, pict: *Ioh* Copt-Arab. Cf Maius, p. 125. Apud Assemanum, *Bibl. orient. Clem. Vat.* Romae a. 1719, vol. 1, p. 587 a, num. 6. Conlatus anno 1893.

33. Parisiis instituti Catholici.
a. 1250, 19.8×14.5, chart, foll. 237, coll. 2, ll. 33; Eus-tab, capp, sect, can, pict (evangelistae, item decem paginae plenissime illustratae): *Evv* Copt-Arab. Textu similis est cod. 1 (Hunt. 17), codd. 21 et 22 (Par. 16 et 59). Manu Gabrielis monachi et presbyteri. Anno 1750 ecclesiae sancti Mercurii Cahirensi dono datus. Emptus a v. cl. Amélineau.

33a. Paris. bibl. nat. Copt. 14 A.
a. 1593, in fol, chart; pict: *Evv* Copt-Arab. Ex codice 19 (Par. 14) exscriptus.

34. Benzelii 9 (hodie Upsaliae?).
saec. ?, in 4, chart: *Evv.* Cf Aurivillius, *Recensio codicum* (ut supra, p. 844, cod. 119).

35. Petropoli bibl. caes. Orient. 624.
saec. ?, in fol, membr ?, foll. 29: *Ioh* mut. Olim Dobrowskii. Cf *Catalogue des manuscrits ... orientaux de la bibliothèque impérial publique de St. Pétersbourg*, Petropoli a. 1852, p. 565.

36. Cahirae bibl. patriarch. 12 et 14.
a. 1184, txt 27×18.6, chart, foll. 290, ll. 23; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv*; Athanasius episcopus Abutigensis anno 1794 supplendos curavit locos Mt 1,1–5,25 Lc 10,2—27 22,52—66 24,53—Ioh 1,31 19,24—21,25, et testatur annum 1184. Monasterio s. Antonii in deserto oriente dono datus. Conlatus anno 1893.

37. Cahirae bibl. patriarch. 12 et 14.
a. 1291, txt 26.9×18, chart, foll. 409, ll. 24.25; capp Copt et Graec, sect, can, pict; *Evv* Copt-Arab. Scriptus manu diaconi Barsuma. Anno 1329 monasterio s. Barsuma al 'Arŷan dicto Al Shaharân dono datus. Reparatus anno 1878 manu Michaelis Akhmîmensis, monachi in monasterio dominae nostrae Siryany in deserto Nitriensi, iussu Cyrilli patriarchae centesimi duodecimi. Matt Mc cap 1 Lc cap 24 Ioh cap 8 anno 1893 conlata.

38. Cahirae bibl. patriarch.
saec. XVIII, txt 22.8×13, chart, foll. 342, ll. 29; Carp, Eus-tab (sub fine Mc), prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab; textu consentit cum cod. 17 (Parh. 126). Scriptus manu Michaelis Pilatos, qui anno 1714, cod. 22 (vide infra, p. 882) epistularum et actuum scripsit. Matt 1—4 et loci pauci ex aliis evangeliis anno 1893 conlati.

39. Cahirae in ecclesia s. Mercurii Abu Sephîn in Cahira vetere quam dicunt.
a. 1327, txt 27.5×17.8, chart, foll. 395, ll. 27; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv*; Matthaei textu consentit cum cod. 14 (mus. Brit. 3381). Scriptus manu Thomae. Ecclesiae s. Mercurii dono datus. Mt conlatum anno 1893.

40. Cahirae in ecclesia Al Muallaqah in Cahira vetere. a. 1257, txt 26.4×19, chart, foll. 382, ll. 25; prol Lc, capp, sect, can, pict, mut: *Evv* Copt-Arab; desunt Mt1,1—4,5 Mc1,1—7 Ioh1,1—21; folia pauca supplevit manus posterior. Scriptus manu Gabrielis, monachi et presbyteri in domo Ibn 'Assal. Mt et Mc conlata anno 1893.

41. Cahirae in ecclesia Al Muallaqah. a. 1272, txt 24.9×17 et 25.7×18, chart, foll. 328; capp, sect, can, subscr Mt, pict, mut: *Evv.* Matthaei textu cum cod. 3 (Marsh. 5) consentit. Scriptus manu Simonis Ibn Abu Nasir; manus posterior supplevit Mt. Mt et Mc conlata anno 1893.

42. Cahirae bibl. patriarch. saec. XIV, in 4, chart (?): *Lc* Copt-Arab; textu non bonae notae. Athanasius (cf supra, cod. 36) codicem restaurandum curavit.

43. Cahirae bibl. patriarch. a. 1719: *Evv* Copt-Arab.

44. — —: a. 1753: *Evv* Copt-Arab.

45. — —: a. 1818, in fol, chart; prol, Eus-tab, capp-tab: *Evv* Copt-Arab; textu non bonae notae. Manu scriptus diaconi Ibrahim ibn Simân, qui cod. 9 (mus. Brit. 5995) et cod. 28 (Gott. 125.4) restauravit.

46. — —: a. 1835: *Evv* Copt-Arab.

47. — —: a. 1839: *Evv* Copt-Arab.

48. — —: a. 1846: *Evv.*

49. — —: a. 1802: *Mt Mc.* Ex cod. 37 exscriptus manu presbyteri Hanîn, qui a. 1803 cod. 14 (mus. Brit. 3381) contulit.

50. — —: a. 1814; prol: *Mt Mc.*

51. — —: *Mt.*

52. — —: a. 1795, in fol, chart; Carp: *Mt.*

53. — —: a. 1811, in 8: *Mt.*

54. — —: a. 1833, in 4: *Mt.* Dicitur textus saeculi esse XIII.

55. — —: a. 1811, in 8: *Mc.*

56. — —: a. 1811, in 4: *Lc Ioh.*

57. — —: a. 1820: *Lc Ioh.*

58. — —: a. 1826: *Lc Ioh.*

59. — —: saec. XIX, in 4, prol: *Lc Ioh.*

60. — —: saec. XIX: *Ioh.*

61. Alexandriae in ecclesia s. Marci cathedrali.
saec. XVIII, in fol: *Evv* Copt-Arab. Manu eadem atque codex 38 scriptus textum praebet eundem.

62. — —: saec. XIX: *Mt Mc* Copt-Arab.

63. — —: a. 1861: *Ioh* Copt.

64. Dayr al Muharraq.
a. 1345, txt 22.5×14.2, chart, ll. 27; Carp sub fin, capp Copt et Graec, sect, can, lect, pict, mut: *Evv* Copt-Arab; textu non bonae notae.

(b.) Epistulae et actus.

1. (Apoc 1) Oxon. Bodl. Huntingdon. 43.
a. 1682, in fol, chart: *Paul Cath Act Apoc* Copt-Arab. Lightfootius inspexit. Paucis locis contulit v. cl. Headlamius (ut supra, p. 869, cod. 1).

2. Oxon. Bodl. Huntingdon. 203.
saec. ? , in 4, chart, mut: *Paul;* nonnulla in initio et sub finem a manu posteriore; Tit 2,7—3,15 Philem desunt pariter atque folia aliqua alia. Wilkinsius (ut supra, p. 855, adn. 3) codicem inaccurate descripsit. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit.

3. Oxon. Bodl. Huntingdon 122.
a. 1286, in 4, chart, mut: *Paul* (Ro 8,29—2 Ti 1,2). Scriptus manu scribae ʻπολϥⲁϫ. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit.

4. Lond. mus. Brit. Orient. 424.
a. 1308, in 4, chart: *Paul Cath Act* Copt-Arab; insunt emendationes rubro scriptae. Manu librarii Yunas Abu Said exscriptus, fluxit e codice anno 1250 manu patriarchae Abba Gabrielis scripto, interveniente pro codice Paul Abba Yuhanna episcopo Sammanudensi et pro codice Cath Act librario ʻJurja ibn Saksik (Zagazig?). Olim archidiaconi Tattami fuit. Conlatus est a Schwartzio unde „tattamianus“ apud Boetticherum (ut supra p. 856); emen-

dationes rubras signavit Boetticherus t*. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit.

5. Lond. mus. Brit. Orient. 1318.
saec. XV, txt 35.6×18.1, chart, foll. 294: *Paul* Copt-Arab; desunt Rom 1,1—5,15 Hebr 13,21—25. V. cl. Headlamius (ut supra, p. 869, cod. 1), paucis locis contulit.

6. Lond. mus. Brit. Parham. 120 (catal. Parh. p. 29, num. 12).
saec. XV, in fol, chart: *Paul* (Hebr Tim) *Cath Act* Copt-Arab. Conlatus sed minus accurate a Schwartzio unde Boetticheri „curetonianus" ex errore pro voce *curzonianus*, quia in conlatione Schwartzii nihil nisi *cur* scriptum erat. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit; numerum scribit Parham. 124 (videntur numeri codicum Parhamensium iterum iterumque mutati esse).

7. Lond. mus. Brit. Parham. 121 (catal. Parh. p. 29, num. 13).
saec. XV, in 4, chart; pict: *Paul* (Phil Hebr) *Cath Act* Copt-Arab. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit (Parh. 125).

8. Paris. nat. Copt. 17, olim 332.
saec. XII, txt 24.2×16.3, chart, foll. 272, coll. 2, ll. 24; capp Copt et Graec, pict: *Paul* (Hebr Tim) Copt-Arab; „antiquus et elegantissime scriptus"; m poster suppl Rom cap. 1 et Tit fin Phm. Lightfootius qui codicem inspexit quaerit num forte hic Boetticheri codex *p* esse possit.

9. Paris. nat. Copt. 63.
saec. XVII, txt 25.3×16, chart, foll. 153, col. 1, ll. 29; capp, pict: *Paul.* Anno 1660 scriptus, a Bernardo de Montfaucon Venetiis emptus anno 1698, die 11 mensis Augusti.

10. Paris. nat. Copt. 64.
saec. ?, txt 26.5×17.8, chart, foll. 212, ll. 27; pict: *Paul* Copt-Arab. Olim bibliothecae urbis Saumaise emptus per Sallierum pro bibliotheca regia anno 1752.

11. Paris. nat. Copt. 66.
saec. XVII, txt 19×13, chart, foll. 169, col. 1, ll. 22; capp Copt et Graec, sect, pict: *Cath Act;* habet interdum adnotationes Arabicas in margine. Anno 1609 scriptus, fuit bibliothecae Seguierianae, tum Coislinianae. Boetticherus (ut supra, pp. 862.863) codicem Halam missum contulit et siglo *p* insignivit.

12. (Apoc 5) Paris. nat. Copt. 65.
saec. XVII, txt (1) 25.2×15.15 et (2) 25.3×16.3, chart, foll. 103, (1) ll. 27 et (2) ll. 32; sect in Ac, pict: *Apoc Cath Act;* videtur Apoc alius manus esse atque Cath Act. Anno 1660 scriptus manu Iohannis alicuius presbyteri. Emptus a Bernardo de Montfaucon Venetiis anno 1698, die 2 mensis Augusti. Boetticherus (ut supra, p. 863) contulit et siglo *m* insignivit.

13. Berol. reg. Orient. 115.
saec. ?, in fol: *Col Thess Philem Hebr Tim Tit* Copt-Arab. Boetticherus (ut supra, p. 863) contulit (siglum *m*).

14. Berol. reg. Orient. 116.
saec. ?, in fol: *Rom Cor* Copt-Arab. Boetticherus (ut supra, p. 863) contulit (siglum *m*).

15. Berol. reg. Orient. 169.
saec. XVII, in 4, chart ?: *Eph Phil.* Anno 1660 a Petraeo Lugduni scriptus. Boetticherus contulit (siglum *m*).

16. Romae Vat. Copt. 12 olim Raymundi ii.
saec. XIV, in fol, chart, foll. 423: continet *Paul* (Phm Heb) *Cath Act* Copt-Arab; habet ordinem Philem Hebr ut codex 7. Cf Maius (ut supra, p. 875, cod. 29), p. 125 sq.

17. Romae Vat. Copt. 13 olim Raymundi iii.
saec. XIII, in fol, chart, foll. 261: *Paul* (Heb Tim) Copt-Arab. Cf Maius (ut supra, p. 875, cod. 29), p. 127 sq.

18. Romae Vat. Copt. 14 olim Raymundi v.
a. 1358, in 4, chart, foll. 350: *Paul* (Heb Tim) *Cath Act* Copt-Arab. Manu Michaelis monachi in urbe Bembge

scriptus; folium ultimum suppletum est anno 1504. Cf Maius (ut supra, p. 875, cod. 29), p. 128 sq.

19. (Evv 10): fragmenta ex *2 Cor Eph 1 Thess.*

20. (Evv 7): *Eph* 4, 1—3.

21. Hauniae bibl. reg. Orient. 19.
Gal Eph Phil Copt-Arab. Cf Iohannes Erichsen, *Udsigt over den gamle manuscript-samling i det store kongelige bibliothek*, Hauniae a. 1786, p. 5.

22. Cahirae bibl. patriarch.
a. 1714, txt 23×17, chart, foll. 400, coll. 4, ll. 29; prol Paul: *Epp Act.* Manu Michaelis Pilatos (cf supra, p. 877, cod. 38).

22a. Cahirae bibl. patriarch.
a. 1864, txt 34.5×21.3, foll. 328, coll. 4, ll. 33: *Evv* e cod. 22 exscripta.

23. Cahirae bibl. patriarch.
(a.) a. 1722
(b.) a. 1774 (c.) a. 1791 }: *Epp Act* Copt-Arab tria exemplaria.

24. Cahirae bibl. patriarch: *Epp Act.* Non bene scriptus.

25. Dayr al Muharraq.
a. 1829, in fol, chart: *Paul Cath Act Apoc* Copt-Arab.

26. Dayr al Muharraq.
saec. XII, txt 25.6×18.2, chart, foll. 432, ll. 24; capp Copt et Graec, pict: *Epp Act* (Paul habet ordinem Hebr Tim); Rom et 1 Cor 1,1—16,12 m poster; insunt glossae multae; similis textu codici 22. Conlatus anno 1893.

27. Dayr al Muharraq.
saec. XIV, txt 26×18.5, chart, ll. 25; capp Copt et Graec pict: *Epp* (Phm Hebr) *Act.* Epistulae Rom et 1 Cor anno 1893 conlatae sunt.

(c). Apocalypsis.

1. (Epp Act 1): *Apoc.*

2. Comitis Crawfordensis et Balcarrensis.
a. 1375, in fol, chart, pict: *Apoc* Copt-Arab; sub

finem invenitur „benedictio quae ante sacram Apocalypsim legitur"; nonnulla in margine correcta sunt. Manu monachi Petri scriptus. Olim Tattami (cf supra, p. 862, adn. 2). Lightfootius inspexit.

3. Lond. mus. Brit. Parham. 123 (cat. Par. p. 29, num. 15). saec. XVI (?), in fol, chart: *Apoc* Copt-Arab et benedictionem (cf cod. 2); non bene exaratus. Annus 1389 et nomen librarii Matthaei Abrahami filii exscripta sunt fortasse ex antigrapho, nam videtur codex inferioris aetatis esse. Lightfootius inspexit.

4. Lond. mus. Brit. Parham. 124 (cat. Par. p. 29, num. 16). a. 1321, in 12, chart: *Apoc* Copt-Arab (Memphitice non ut in catalogo dicitur Sahidice); pauca in initio suppleta sunt a manu posteriore.

5. (Epp Act 11): *Apoc.*

6. Paris. nat. Copt. 91. saec. XV (?), txt 14.2×9.8, chart, foll. 133, ll. 17: *Apoc* Copt-Arab. Annum habet subscriptum 1401 (1601?). Librarius fuit Yuhanna ibn Farag Allah. Monasterio Anba Bishoi in deserto Nitriensi dono datus. Lightfootius inspexit. Lightfootius non invenit Apoc in codice Paris. nat. Copt. 34 olim Delaware 581, reg. 342.3.

7. Romae Angel. C. 1.9. saec. XV, in 4 (?): *Apoc* Copt-Arab. Lightfootius inspexit.

8. Romae collegii Propag. olim Borg. IV. saec. ? (recens est), in 8, chart, mut: *Apoc* 1,12—2,26 3,9—22,12 Copt-Arab. Cf Zoega, *Catalogus codd. Copticorum MSS. qui in museo Borgiano Velitris adservantur*, Romae a. 1810, p. 3.

9. Romae Vat. Copt. 15. saec. XIV, in fol, chart, foll. 59: *Apoc* Copt-Arab et „ordinem dominicae palmarum". Cf Maius (ut supra, p. 875, cod. 29), p. 130 et Ios. Sim. Assemanus, *Bibl. orient. Clem. Vat.* Romae a. 1725, vol. 3, pars 1, p. 624b, num. 34.

10. Romae Vat. Copt. 16 olim Raymundi xi.
a. 1345, in 4, chart: *Apoc* Copt-Arab. Manu Iohannis Abul-Mennae filii scriptus. Cf Maius (ut supra, p. 875, cod. 29), 130 sq.

11. Paris. nat. Copt. 34.
saec. ?, in 4, chart: *Apoc.* Insunt liturgica multa. Apoc exstat sub finem.

12. Petropoli bibl. caes. Orient. 625.
saec. XII, in 8, chart, foll. 91: *Apoc* Copt-Arab. Olim Dobrowskii.

13. Romae bibl. Angelicae A. 6.1 (Narducci 45); cf *Studia Coptica* v. cl. Guilelmi Bonjour (?).

14. Romae bibl. Angelicae F. IV. 14. in 4, Copt-Arab; Scholz, *Reise,* p. 133.

15. Romae bibl. Angel. Q. 1.8 (Narducci 621) (?).

16. Cahirae bibl. patriarch.
in fol: *Apoc.*

---

b. Versionis Sahidicae.

1. Lond. mus. Brit. Papyrus XIII.
foll. 4: *Ioh* 20,1—29. Conlatus a Lightfootio.

2. Oxon. Bodl. olim v. cl. Georgii Horner.
saec. IX, in fol, membr: *Mt* 4,1—6. Cf supra, p. 439, cod. T^{f}.

3. Oxon. Bodl. Hunt. 4.
in fol, chart: fragmenta ex *Ioh;* conlatus a Woidio (cf supra, p. 865).

4. Oxon. Bodl. Hunt. 394.
saec. XIV, in 8: fragmenta ex *Act Cath;* anno 1315 (?) scriptus; conlatus a Woidio.

5. Oxon. Bodl. Hunt. 3.
in fol, chart, lectionarium?; conlatus a Woidio.

6. Oxon. Bodl. Hunt. 5.
in fol, chart, lectionarium?; conlatus a Woidio.

7. Oxon. officinae Clarendonianae, olim Woidii. Thebaica et Graeco-Thebaica (cf supra, p. 392, cod. T^w): *Lc* 12,5—13,23 *Ioh* 8,22—32. Lectiones nonnullas edidit Woidius apud Ioh. And. Cramerum, *Beyträge zur Beförderung theologischer und andrer wichtigen Kenntnisse*, Chilonii et Hamburgi a. 1778, pars 3, p. 36—100.

8. Comitis Crawfordensis et Balcarrensis i. saec. VIII, membr, foll. 6: *Mc* 9,18—14,26. Olim Tattami. Lightfootius contulit. V. cl. E. Amélineau edidit, pariter atque codices 9.10.11, „Fragments coptes du nouveau testament dans le dialecte thébain", in actis *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes*, V, Parisiis a. 1884, p. 105—139.

9. Comitis Crawf. et Balc. ii. saec. V, membr; sect, can, titl: *Lc* 3,8—6,37. Olim Tattami. Lightfootius contulit. V. cl. Amélineau (ut ad cod. 8) edidit.

10. Comitis Crawf. et Balc. iii. saec. VIII (?), membr: *Lc* 17,18—19,30. Olim Tattami. Lightfootius contulit. V. cl. Amélineau (ut ad cod. 8) edidit.

11. Comitis Crawf. et Balc. iv. saec. V, in fol, membr, foll. 8: *Gal* 1,14—6,16. Olim Tattami. Lightfootius contulit. V. cl. Amélineau edidit.

12. Paris. bibl. nat. MS. Copt. 68: *Mt* 16,13—20
MS. Copt. 78: *Mt* 25,1—13 *Mc* 13,7—14,5
MS. Copt. 102: *Lc* 3,21—4,9
MS. Copt. 78: *Ioh* 2,6—11 et 18—22 [Lightfoot. *Ioh* 17,17—26 Theb-Arab *Act* 7,53—8,3] *Hebr* 9,2—10
MS. Copt. 102: *Apoc* 1,13—2,2. Haec edidit v. cl. Carolus Ceugney, „Quelques fragments coptes-thébains inédits de la bibliothèque nationale", in actis *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes*, II, Parisiis a. 1880, p. 94—105. Cur v. cl. Ceugney nihil de fragmentis Ioh 17,17—26 et Act 7,53—8,3 a Lightfootio e codice 102 laudatis dicat, nescio.

13. Parisiis (viri cl. Gastoni Maspero?) saec. X—XIII?, in fol, fol. 1 (pag. 91.92): *Mt* 25,14—31. item: saec. VIII vel IX: *Lc* 8,51—9,18. Haec edidit v. cl. Maspero in actis *Recueil* . . . (ut cod. 14), VII, Parisiis a. 1886, p. (46)47—48.

14. Parisiis (viri cl. Gastoni Maspero?) *Act* 9,36—10,10, *1 Pet* 4,12—14 *Rom* 6,4—6 passim vero non nisi litterae aliquae ex lineis supersunt. Edidit v. cl. Maspero, „Fragments etc", in actis *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes*, VI, Parisiis a. 1885, p. 35—37.

15. Neapoli bibliothecae nationalis B. I. 17. [143] foll. 6: *Mt* 23,15–25,19 *Lc* 17,7–34 *Ioh* 8,55–9,18; suntne haec[1] finis Lucae et initium Iohannis a Tischendorfio laudata *Notitia*, a. 1860, p. 65? Cf Marcus Kabis, *Bulletin de l'institut égyptien*, Alexandriae a. 1861, num. 5, p. 56—60.

16. Romae collegii Prop. olim Borg. 33. foll. 2 mut: *Mt* 1,22—3,8. Cf Zoega, *Catalogus codicum Copticorum mss qui in museo Borgiano Velitris adservantur*, Romae a. 1810, Novi Testamenti fragmenta p. 180—192.

17. — — 34: in 4, fol. 1: *Mt* 4,24—5,14.

18. — — 35: foll. 2 mut: *Mt* 5,22—34 et 40—46 6,2—26 6,29—7,2 7,2—16.

19. — — 36: in fol, foll 3: *Mt* 6,6—8,4.

20. — — 37: in fol, foll. 5: *Mt* 7,7—10,12. Woidius edidit (ut supra, p. 865), pp. 8—14.

21. — — 38: foll. 4: *Mt* 8,32—9,15 21,11—22,13.

22. — — 39: foll. 11: *Mt* 9,38—11,25 12,31—15,5.

23. — — 40: foll. 2: *Mt* 15,28—16,6 17,10—26.

24. — — 41: foll. 3: *Mt* 16,19—18,19.

[1] Vir clarissimus Oscarus de Gebhardt haec in meum usum amicissime perlustravit, mense Aprili anni 1882, refertque folia in capsula septima decima inesse, numerum his foliis deesse, fortasse ex incuria, sed iis proprium esse numerum 143.

25. — — 42: foll. 6: *Mt* 16,24—20,7.

26. — — 43: foll. 16: *Mt* 18,16—19,24 25,21—26,23 *Mc* 2,13—9,16.

27. — — 44: foll. 2: *Mt* 20,25—21,31.

28. — — 45: foll. 2: *Mt* 22,6—23,9.

29. — — 46: in fol, foll. 6: *Mt* 23,15–25,19 *Lc* 17,7–39 *Ioh* 8,55—9,18.

30. — — 47: in fol, foll. 3: *Mt* 25,41—26,67.

31. — — 48: foll. 2: *Mt* 27,40—28,10.

32. — — 49: foll. 2: *Mc* 5,22—6,3 6,6—7,26.

33. — — 50: foll. 8: *Mc* 10,46—13,28 *Ioh* 7,30—9,41 sine *adult.*

34. — — 51: in fol, foll. 8: *Mc* 10,46—12,40.

35. — — 52: foll. 2, mut: *Mc* 14,69—15,19 15,21—23 et 25—30 et 32—35.

36. — — 53: fol. 1, mut: *Lc* 1,1—15.

37. — — 54: foll. 6: *Lc* 1,15—2,41.

38. — — 55: fol. 1, mut: *Lc* 1,32—74.

39. — — 56: in fol, foll. 2: *Lc* 1,80—2,49.

40. — — 57: in fol, foll. 2: *Lc* 3,5—4,39.

41. — — 58: *Lc* 5,7—6,48.

42. — — 59: in 4, foll. 12: *Lc* 8,36—9,41 12,39—14,9. Woidius (pp. 47—50) edidit 8,36—9,41, et lacunas in codice suo e fragmento altero supplevit (pp. 55—64).

43. — — 60: fol. 1: *Lc* 9,22—40.

44. — — 61: foll. 3: *Lc* 13,1—14,10 15,1—24.

45. — — 62: foll. 12: *Lc* 14,1—16,7 19,5—20,28.

46. — — 63: in 4, foll. 18: *Lc* 19,44—21,36 *1 Ioh* 1,2—5,15 *2 Ioh* 5 — fin *3 Ioh* integra *Iac* 1,1—2,1 hoc ordine.

47. — — 64: in fol, foll. 15: *Lc* 20,10–21,24 22,32–49 23,48—24,7 24,24—fin *Ioh* 1,1—6 2,13—3,18 8,38—9,28 10,2—16.

48. — — 65: codex perantiquus Graeco-Copticus, fol. 21: *Lc* 22,12—23,11 Sahidice *Ioh* 6,21—58 6,68—8,23

Sahidice, sine *adult.* De Graeco textu, vide supra, p. 391, cod. T[a]. Fragmenta Iohannis edidit magna cum eruditione Aug. Ant. Georgius, *Fragmentum evangelii s. Iohannis Graeco-Copto-Thebaicum* ... Romae a. 1789.

49. — — 66: fol. 1: *Lc* 22,25—23,3.

50. — — 67: in fol, foll. 3; *Lc* 23,14—24,32.

51. — — 68: foll. 2 mut; *Ioh* 7,37—8,25 sine *adult* 10,21—11,13.

52. — — 69: in 8, foll. 4: *Ioh* 8,24—39 18,31—19,4 19,17—20,2.

53. — — 70: foll. 2: *Ioh* 9,3—10,1.

54. — — 71: in 4, fol. 1: *Ioh* 9,11—27.

55. — — 72: in 4, fol. 1: *Ioh* 9,12—22.

56. — — 73: in 8, foll. 6 rescr, mut; *Ioh* 12,36—13,2 19,38—21,23.

57. — — 74: in fol, foll. 5: *Ioh* 12,38—13,31 14,29—16,10 16,29—17,15.

58. — — 75: fol. 1: *Ioh* 12,47—13,17.

59. — — 76: foll. 15, valde mut: *Ioh* 13,2—15,20 16,10—19,38.

60. — — 77: in 8, fol. 1: *Ioh* 21,18—fin.

61. — — 78: foll. 3: *Act* 16,26—17,16 27,11—27.

62. — — 79: in fol, foll. 4: *Act* 23,17—26,10.

63. — — 80: foll. 28: *Rom* 6,5—8,38 *1 Cor* 10,13—14,21 15,3—28 *2 Cor* 10,7—fin *Hebr* 1,1—8 12,1—fin *Gal* 1,1—3,10 *Eph* 5,19—fin *Phil* (deestne 1,1—6? cf Engelbrethius p. XXV; confuditne Engelbrethius hunc codicem cum cod. 65?) integra *Col* 1,1—2,7 3,8—4,6 hoc ordine. Engelbrethius edidit 1 Cor 15,5—33 (ut infra, p. 892, cod. 4), p. XXV et 63—73. Zoega edidit *Eph* 5,21—33 ex hoc codice, additis lectionibus variis e codicibus 68 et 69 (ut supra, p. 867), p. 218.219.

64. — — 81: foll. 3: *Rom* 9,7—24 11,31—12,10 *1 Cor* 1,3—19.

65. — — 82: foll. 7: *1 Cor* 9,9—12,22 *Phil* 1,6—23.

Engelbrethius contulit 1 Cor 9,9—16 (ut infra, p. 892, cod. 4), p. XXV et 53—57 et edidit, nisi fallor ex hoc codice Phil 1,6—23.

66. — — 83: in fol, fol. 1: *1 Cor* 12,6—27.

67. — — 84: fol. 1: *1 Cor* 15,5—32.

68. — — 85: in fol, foll. 4: *Gal* 6,1—fin *Eph* 1,1—6,6. De Eph 5,21—33 vide cod. 63.

69. — — 86: foll. 16: *Eph* 2,5—3,3 4,5—28 5,21—6,12 *1 Thess* 1,4—fin *2 Thess* 1,1—2,12 3,14—fin *1 Tim* integra *2 Tim* 1,1—16. Ex hoc codice edidit Fridericus Münterus, Danus, 1 Tim 1,14—3,16 6,4—21 2 Tim 1,1—16 in libro *Commentatio de indole versionis Novi Testamenti Sahidicae*, Hafniae a. 1779, pp. 92—112. De Eph 5,22—33 vide cod. 63. Engelbrethius edidit 1 Thess 1,4—3,6 (ut infra, p. 892, cod. 4).

70. — — 87: in fol, foll. 4: *Apoc* 3,20—6,3 7,1—9,2.

71. — — 87: in fol, foll. 3: *Apoc* 12,14—14,13. In margine lectiones ecclesiasticae notantur, quod in Graecis Apocalypsis codicibus rarissime, nisi fallor, fit.

72. — — 89: in 8, foll. 2: *Apoc* 19,7—18 20,7—21,3. Haec edidit Zoega (ut supra, p. 886, cod. 16), pp. 219.220.

73. — — 90: foll. 2, e lectionario: *Lc* 1,29—38 *Ps* 47 *Hebr* 9,2—10. Engelbrethius edidit Hebr 9,2—10 (ut infra, p. 892, cod. 4) p. 137—141.

74. — — 91: in 8, fol. 1, e lectionario: *Ps* 20,3—7 *Lc* 2,40—50.

75. — — 92: fol. 1, mut, e lect: *Lc* 18,28—34 *Ps* 88,20—28 *2 Tim* 3,10—16.

76. — — 93: foll. 2, mut, e lect: *Lc* 19,4—10 7,11—17 7,27—32 *Ioh* 12,12—23 4,5—15 6,15—23.

77. — — 94: foll. 6, e lect: *Lc* 22,66—23,9 *Ps* 34,9—25 *Mt* 27,23—27 *Mc* 15,6—14 *Lc* 23,13—25 *Ioh* 19,1—16 *Ies* 50,2—11.

78. — — 95: foll. 2, e lect: *Iac* 2,8—13 *Act* 5,12—21 *Ps* 14 *Mt* 4,23—5,15.

79. — — 96: foll. 3, mut, e lect: *Ioh* (19,23—27 Graece) 19,17—24 Sahidice *Ps* 131,(10—12 Gr) 9—12 (*Mt* 16,13—20 3,3—11 Gr) (Mc 12,35—37 Gr). De Graeco textu vide supra, p. 392, cod. T^d.

80. — — 97: fol. 1, e lect: *Ioh* (20,30—31 Gr) 20,24—31 Sahidice (*Ps* frag Gr).

81. — — 98: in fol, chart, foll. 4, e lect Copt-Arab: *Lc* 22,14—30 *Ps* 100,6.7 *Ioh* 13,21—30 *Ies* 31,9—32,5.

82. — — 99: chart, foll. 189, e lect Copt-Arab: e Novo Testamento haec *Mt* 21,23—27 22,1—24 23,13—24 23,29—24,51 25,14—26,13 26,17—27,56 *Mc* 13,32—14,16 (13,32—14,2 bis) 14,26—15,41 *Lc* 7,36—49 11,37—52 13,22—30 21,1—6 21,34—38 22,7—13 22,31—23,49 23,52—56 *Ioh* 6,27—59 8,12—28 8,51—59 10,14—21 10,23—42 11,46—52 11,55—56 12,1—8 12,35—43 13,1—30 13,33—17,26 18,3—19,42 *1 Cor* 1,23—2,8 11,23—32 *Gal* 3,1—14 6,14—16 *Eph* 2,13—18 *Phil* 2,6—11 *Col* 1,12—23 2,13—15 *1 Tim* 4,9—5,10 *Hebr* 9,24—28 10,5—10 11,5—.7 Engelbrethius edidit Hebr 9,24—28 10,5—10 (ut infra, p. 892, cod. 4), p. XXVI. 147—153.

83. Taurini (bibl. universitatis?)
Fragmentum papyraceum: *Lc* 1,5—19. Edidit v. cl. Rossi (anno 1885?); cf Amélineau, *Zeitschrift für ägyptische Sprache und Alterthumskunde*, XXIV, Lipsiae a. 1886, p. 43, adn. *, qui citat acta *Le Caire* 6 Aprilis a. 1886.

84. Olim Venetiis servata Naniani fragmenta quae I. A. Mingarellius (cf supra, p. 866) edidit, nunc latent: *Mt* 18,27—21,15 *Mc* 11,29—15,32 *Ioh* 9,17—13,1; Mt et Ioh fragmenta iterum edita sunt apud Woidium.

85. Petropoli bibl. imperialis.
saec. ?: lectionarium:

I. *Rom* 1,10–12 *Mt* 15,12–14 *1 Thess* 5,8–10 *Mc* 13,35.36
II. *Mt* 4,6.7 *Hebr* 10,34—36 *Lc* 12,33—36 et 39—40
III. *Eph* 5,19—21 *Phil* 3,18.19

IV. *Mt* 23,10—12 *Rom* 13,7.8 *Mt* 5,33—36

V. *Mt* 6,8 *Phil* 3,17 (*Eph* 5,1.2?) *Eph* 5,16—19.

Haec edidit v. cl. Oscarus de Lemm, *Bruchstücke der sahidischen Bibelübersetzung. Nach Handschriften der kaiserlichen öffentlichen Bibliothek zu St. Petersburg*, Lipsiae a. 1885, et „Sieben sahidische Bibelfragmente", in actis *Zeitschrift für ägyptische Sprache und Alterthumskunde*, XXIII, Lipsiae a. 1885, p. 19—22.

86. Petropoli caes.: *Mc* 14,36—38.40.41.43.61.62.67.68 15,1.6.7.13—26.29—40.41.42.44—47 16,2.3.6—8.11.12. 20. Haec fragmenta edidit v. cl. Oscarus de Lemm, in libro *Études archéologiques, linguistiques, et historiques dédiées à Mr. le Dr. C. Leemans*, Lugduni-Batavorum a. 1885, p. 95—102. Ubi sunt fragmenta *Lc* 24,1—7 et 11—17 et 19—24 et 29—35 et 39—44 et 49—53 *Ioh* 1,4—10 2,1—8 et 11—15 et 19—24 3,1—6 et 9—15 et 18—29 quae v. cl. Amélineau a Lemmio edita esse dicit?

87. Petropoli societatis imperialis „eorum qui palaeographiam amant": *Prov* 11,16—12,13 *Ioh* 10,8—29 12,48 —13,9. Haec edidit v. cl. Oscarus de Lemm, „Sahidische Bibelfragmente I", in actis *Bulletin de l'académie impériale des sciences de St. Pétersbourg*, XXIII (seriei novae I), Petropoli a. 1890, p. 257—268.

88. Petropoli viri cl. W. Golenischeff.
Ps 49,14—50,13 118,152—119,1 *Mc* 6,46—9,2 *Col* 4,2—18 *1 Thess* 1,1—6 *Iac* 2,23—3,14. Haec fragmenta edidit v. cl. Lemmius, „Sahid. Bibelfr. II", in actis laudatis, p. 371—391. Collectio utraque ex Deir-el-Abjaḍ Petropolim lata est.

89. Cahirae musei in vico Boulaq 1.
32×18: *Mt* 7,13—8,31 *Lc* 24,12—26. Haec edidit v. cl. Urbanus Bouriant, „Fragments de mss thébains du musée de Boulaq", in actis *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes*, IV, Parisiis a. 1882, p. 1—4.

90. Cahirae? E notitiis sparsis, quae omisso sive nomine editoris sive libri titulo apud Ciascam et Amélineau inveniuntur suspicari licet Cahirae exstare et a v. cl. Bouriant edita esse, fragmenta N. T. haec: *Mt* 14,18—15,18 in libro *Mémoires publiés par les membres de la mission archéologique française au Caire*, Parisiis a. 1887, vol. 1, fasc. 3, p. 395 seqq. *Mc* 6,11—12 *Lc* 1,11—17 et 57—80 *ibidem*. *Lc* 1,30—68; scimus per v. cl. Ludovicum Stern (ut supra, p. 850, adn. 5) hunc fragmentum ab U. Bouriant editum esse in dissertatione, „Les papyrus d'Akhmîm?" *ibidem* Parisiis a. 1885, vol. 1, fasc. 2, pp. 242—304. *Ioh* 3,1—8 *Act* 8,26—40 13,17—25 *Hebr* 10,19—30 *1 Ioh* 5,5—14 *ibidem* (fasc. 3?).

---

c. Versionis Basmyricae.

1. Londinii (?) viri cl. W. M. Flinders Petrie.
saec. ?, 17.5×11, membr, titl: *Mt* 11,27.28 12,1—3 et 6—10.11.12. E provincia Fayyum in Angliam tulit v. cl. Petrie. V. cl. W. G. Crum edidit, *Coptic manuscripts brought from the Fayyum*, Londinii a. 1893, p. 1—2.

2. Londinii (?) viri cl. W. M. Flinders Petrie.
saec. IV, 10×7.8, membr, col. 1:
(a.): *Iac* 4,12.13. — (b.): *Iud* 17—20. — (c.)? Edidit v. cl. Crumius (ut cod. 1), p. 3—5.

3. Parisiis bibl. nat.
Mt 5,46—6,19. Edidit v. cl. Gastonus Maspero in actis *Recueil* etc (ut supra, p. 891, cod. 88), XI, a. 1889, p. 116. Erat olim bibliothecae Deir Amba-Shenoudah, in codice e quo v. cl. Bouriant folia nonnulla edidit.

4. Romae collegii Propag. olim Borg. Basmyr. 2.
saec. ?, in 4, membr, fol. 1, coll. 2: *Ioh* 4,28—34 et 36—40 et 43—53; mut. Cf Zoega (ut supra, p. 886, cod. 16), p. 139 et textus ab eo editus, p. 149.150, et Engelbrethius, *Fragmenta Basmurico-Coptica V. et N. T. quae*

in museo Borgiano Velitris asservantur, cum reliquis versionibus Aegyptiis contulit, Latine vertit nec non criticis et philologicis adnotationibus illustravit W. F. E., Hauniae a. 1811, p. 20—156, ubi textum et Basmyricum et Memphiticum et ubi fieri potest Sahidicum invenies additis lectionibus variis e Graeco.

5. Romae coll. Propag. olim Borg. Basmyr. 3.
saec. ?, in 4, membr, foll. 9, coll. 2; capp, lect, orn: *1Cor* 6,19 — (7,6.7.8.33.34 mut) — (9,7.8) — 9,16 [9,9—16 ediderunt iam anno 1789 Georgius (ut supra, p. 866), et Münterus (ut supra, p. 866)] 14,33—15,35 *Eph* 6,18—24 *Phil* 1,1—2,2 *1Thess* 1,1—3,6 *Hebr* 5,4—9 5,13—6,3 6,8—11 15—(19.20.7,1)—7,5 7,8—(9)—13 16—(23—27)—(8,3—5)—(9,10.11.17)—(10,1.2) (6—8) (13—15) 10,22. Cf Zoega (ut supra, p. 886, cod. 16), pp. 139.140 et textus ab eo editus, pp. 151—168, et Engelbrethius (ut supra, p. 892, cod. 4).

6. Cahirae v. cl. Bouriant.
a. Ies 29,24—37,3 *b.* 35×29, foll. 4, coll. 2, ll. 40: *Mt* 13,35–14,8 *Mc* 8,24–9,12 *c.* foll. 2: *2Cor* 12,9–13,13 *Hebr* 1,1—3 hoc ordine. Haec edidit v. cl. Bouriant „Fragments Bachmouriques", in actis *Mémoires de l'institut Égyptien*, vol. 2, pars 2, Cahirae a. 1889, p. 567—604.

De lectionibus ecclesiasticis Arabico-Copticis cf Maius, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 5, Romae a. 1831, p. 15—34 seriei alterius, et MS. Vat. Arab. 15 olim 7, anni 1338. Vide etiam Parisiis bibl. nat. Copt. 19: *Evl* et *Apl* in tempus quadragesimale, Copt. 20 ut Copt. 19, Copt. 21: *Evl* et *Apl* in menses quattuor a Paschate; — item Florentiae bibl. Palat. Med. 6: a. 1396: lectiones ex *Ps Act Cath Paul Evv.* Lectionaria Coptica incipiunt inde a mensi Thoth, id est a die 28 mensis Augusti.

(3.) AETHIOPICA.

Sententia v. cl. Augusti Dillmann videtur haec versio e textu Graeco exarata esse inde a saeculo quarto usque in sextum saeculum[1] in usum ecclesiae Axumiticae in Abyssinia, manu interpretum plurium, non vero, quod fabulantur Christiani illius terrae, manu Frumentii episcopi primi. Teste Dillmanno secuta est haec versio accuratissime textum Graecum etiam quod ad verborum ordinem spectat. Saepe tamen apparet interpretem Graecae linguae non peritum fuisse, unde errores multi in textum inrepserunt. Postea plus semel, ut videtur, emendata est versio ut cum ingenio linguae Aethiopicae melius consentiret et clariorem proferret sensum; quod magna ex parte postquam lingua Aethiopica saeculo quarto decimo ab usu communi[2] recesserit factum

aeth

[1] Cf Christianus Bened. Michaelis, *De versione Aethiopica N. Testamenti generatim*, § X; est praefatio in librum Christophori Aug. Bode, *Evangelium secundum Matthaeum ex versione Aethiopici interpretis . . . cum Graeco ipsius fonte studiose contulit atque plurimis . . . observationibus . . . illustravit* C. A. B. Halae a. 1749 (ff. [16], pp. 193 in 4); — v. cl. Aug. Dillmann, „Aethiopische Bibelübersetzung" apud Herzogium, *Real-Encyklopädie*, ed. 2, Lipsiae a. 1877, vol. 1, p. 203—206; — v. cl. Ignatius Guidi, „Le traduzioni degli Evangelii in arabo e in etiopico", in actis *Atti della R. Accademia dei Lincei anno CCLXXV. 1888. Serie quarta. Classe di scienze morali, storiche e filologiche*, vol. 4, Romae a. 1888, p. 5—37, in primis 33—37. Fortasse iam Chrysostomo nota erat versio, *Homil. in Ioh.* ii, 2, *Opera*, ed. Montf., vol. 8, p. 10 nisi is quod verius esse videtur, rhetorice locutus est. Gildemeisterus, qui vult versionem saeculi esse sexti vel septimi, monet textum, si e Graeco versus sit, varie interpolatum esse vel e Syris vel ex Arabicis, quod etiam Dillmannus, p. 204, asseverat.

Iobus Ludolfus (cf infra, p. 910, cod. 89), p. 297 et 299 putat plures exstitisse versiones Aethiopicas; Plattus hanc opinionem accipere non vult (cf infra p. 900, cod. 1), p. 10—18.

[2] Aethiopica lingua Amharicae cessit, versionem tamen Amharicam nullo modo in usum criticum idoneam esse nemo est qui

esse suspicatur Dillmannus, idque versionibus Copticis atque Arabicis in consilium vocatis.

Ita v. cl. Dillmannus, quem secutus sum. Sed vir doctissimus Iohannes Gildemeisterus († a.1890) rem omnino aliter se habere putat meque[1] de rationibus quibus ductus sit certiorem fecit litteris Bonnae die 20 mensis Aprilis anni 1882 datis,[2] in quibus reiecta eorum opinione qui

non concedat. Cf de versione Amharica Plattii *Biblia sacra Amharice*, Londinii a. 1844; — v. cl. Franciscus Praetorius, *Die amharische Sprache*, Halae a. 1879, p. 2: — v. cl. Zotenbergius (ut infra, p. —, cod. 60), p. 21b. Fragmentum Lc 1,1—13 versionis Amharicae a I. H. Maio Latine versum [fortasse ex schedis Ludolfi exscriptum] prodiit apud Schmidtium, *Bibliothek für Kritik und Exegese des N. T. und älteste Christengeschichte*, [Herbornae et Hadamarae] a. 1796 [1797], vol. 1, fasc. 2, p. 307—310. Fuit hoc fragmentum in bibliotheca universitatis Gissensis num. 11 fol. (hodie num. dcccIxxii; cf I. V. Adrianus, *Catal. codd. mss. bibl. Giss.* Francofurti a. 1840, p. 258) sed vir clarissimus Bernhardus Stade, professor Gissensis, qui amicissime codicem perlustravit, me certiorem fecit (mense Aprili anni 1882) folium hodie codici non inesse.

[1] Gildemeisterus contulit accurate cum Aethiopicis in usum Tischendorfii lectiones omnes varias Aethopicas, quas hic in editione sua Novi Testamenti Graeca anni 1849 laudaverat.

[2] Verba Gildemeisteri lectoribus non ingrata erunt: „. . . Ueber das Alter der Aethiopischen Uebersetzung hatte ich Tischendorf am 26. Oct. 1854 geschrieben, wie ich aus einem zufällig bewahrten Concept sehe.

Die allgemeine Annahme, dass dieselbe in das vierte Jahrhundert zu setzen sei, beruht auf zwei Argumenten.

1. nimmt man an, dass der doch gewiss sehr sporadischen und partiellen Bekehrung von Axûm 326 gleich, wie bei heutigen Missionaren, habe eine Bibelübersetzung folgen müssen, *also* noch im vierten Jahrhundert.

2. stützt man sich auf die Aussage des Chrysostomus, dass zu seiner Zeit das Evangelium Iohannis in die Sprachen von μύρια ἔθνη bereits übersetzt sei, auch in das Persische und Indische. Das ist Rhetorik, aus der sich keine Thatsache folgern lässt.

An allen sonstigen etwaigen Zeugnissen fehlt es.

Eine Anzahl Wörter für christliche Hauptbegriffe, mit denen aller Unterricht anfangen musste, sind in der Bibelübersetzung nicht

credunt Christianos paucos Axumiticos anno fere 326 versionem fecisse, saeculo demum sexto vel septimo auctores

aethiopisch, sondern syrischer und nur syrischer Form. Z. B. hâimanot Glaube ܗܝܡܢܘܬ, aramî Heide [für ἐθνικός Ἕλλην Ἑλληνίστης, βάρβαρος] ܐܪܡܝ Armenier, welche Bezeichnung ja nur in Syrien möglich war, ôrîth Pentateuch ܐܘܪܝܬ, sîol Hades, ܫܐܘܠ; das i für ש ist nur durch Vermittelung des Syrischen erklärlich.

Daraus folgt, dass die ersten christlichen Lehrer der Habessinier und die Schöpfer ihrer Kirchensprache Syrer gewesen sein müssen, dass jene Ausdrücke schon eingebürgert waren, als die Uebersetzung aus dem Griechischen gemacht ward, und diese kann also nicht auf die ersten alexandrinischen, also griechischen Bekehrer zurückgeführt werden. Es sind zwei getrennte Zeitperioden, die der Bildung jener kirchlichen Sprache und die der Uebersetzung anzunehmen.

Solche Syrer können wohl nur Monophysiten gewesen sein. Ueberhaupt ist die christliche Bekehrung der Aethiopier erst um 500 und zwar durch Monophysiten erfolgt. Auch später noch lässt sich in Habessinien der Gegensatz zwischen syrischen und alexandrinischen Monophysiten nachweisen. Die Ausführung dieses Satzes bedürfte aber einer so ausführlichen Erörterung, dass dazu ein Brief nicht wohl hinreichen würde; ich darf das also hier nur als These aufstellen.

Die aethiopische Bibelübersetzung zeigt auch eine so mangelhafte Kenntniss des Griechischen, dass unmöglich ist, diese könne in einem Jahrhundert, in welchem nationale, ich meine alexandrinische, Griechen mit den Eingeborenen in Verbindung standen, stattgefunden haben; sie ist nur möglich in einer schon isolirten Kirche, in der die gelehrte Kenntniss des Griechischen schon abstarb. Beispiele, zu Hunderten möchte ich sagen, von dem äusserst geringen Verständniss finden Sie z. B. in den Noten zu Ludolfs Psalmenausgabe, und doch waren die Psalmen nach der Rolle, die sie in der orientalischen Kirche immer gespielt haben, gewiss eins der zuerst übersetzten Bücher. Ebenso im N. T. Nur zwei Beispiele. Act 20,15 fasste der Uebersetzer ἀντικρύς als Eigennamen, 23,31 Ἀντιπατρίς als „benachbarte (ἀντί) Stadt" auf. Hiernach wird man gewiss sechstes und siebentes Jahrhundert als frühesten Termin annehmen müssen.

Ich glaube selbst, dass schon arabische Lehnwörter sich finden. Der Satan heisst aethiopisch „saitân", arabisch schaitân (s und sch sind im Aethiopischen zusammengefallen). Dies erklärt sich weder aus dem Griechischen, noch dem Syrischen. Wollte man annehmen,

fuisse Syros Monophysitas pronuntiat.[1] Vix tamen hoc ex rationibus eius concludi potest. Sunt certe vocabula quae Gildemeisterus profert origine Syriaca sive Aramaica, at sunt Iudaico-Aramaica. Inde minime sequitur Monophysitas biblia Aethiopice vertisse vel linguam Christiano-Aethiopicam effinxisse. Quae linguam Iudaico-Aramaicam redolent, ea nos docent iam primis temporibus Iudaeos ex Arabia meridiana in Aethiopiam migrasse, vel etiam Geez iam a primo in Abyssinia die aliquo modo Iudaeis similes fuisse, et Christianos in Abyssinia verbis nonnullis ab eis commodatis usos esse.[2]

das Wort sei aus Aethiopien nach Arabien gekommen (im Koran), so giebt es doch noch andere Bedenklichkeiten. Ῥύμη wird, wo es im N. T. vorkommt, mit sakʷat gegeben, dies hat im Aethiopischen keine Wurzel und ist das arabische sikkat. Zum sichern Zeichen, dass es Fremdwort ist, dient, dass es, mit Verkennung der Femininendung des Arabischen -at, indem man das t als radical auffasste, im Plural (pluralis fractus) askʷât bildet. Strassen, namentlich enge waren, nach der ganzen Beschaffenheit des Landes und Lebens, bei den Aethiopen wohl nicht heimisch (allerdings giebt es andere Wörter für πλατεῖα, wie מרחב). Wäre dies durchzuführen, so kämen wir in noch spätere Zeit.

Sub finem harum litterarum, in quibus etiam de versionibus Arabicis disserit, Gildemeisterus haec monet: „Im Ganzen sollte man freilich diese arabischen und aethiopischen Uebersetzungen nicht in die Variantensammlungen aufnehmen, ehe nicht über jede besondere und ausführliche kritische Arbeiten im Zusammenhang verfasst sind, die feststellen, was wirklich als Variante Werth hat, si tanti est."

[1] De origine versionis Aethiopicae conferendus est codex Parisinus bibl. nat. Aeth. 113 (Zotenberg. 113), saec. XVI: *Refutatio haeresium;* incipit fol. 52 v „Photini" haeresis, ubi de evangelio in Aethiopia dicitur; fol. 63 ss narratur de novem viris sanctis qui V. T. et N. T. Aethiopicum Romam adportaverint; Vetus Testamentum ex Hebraico versum esse fingitur quo tempore Salomonem regina Mesembriae visitaverit, Novum Testamentum e Graeco ante Nestorii doctrinam cognitam, ante Leonis doctrinam formatam, ante societatem synodicanum, id est episcoporum Chalcedonensium, ergo esse versionem puram.

[2] Cf praeterea quae v. cl. Dillmannus de verbis peregrinis in libris Aethiopicis profert, *Lexicon ling. Aeth.* Lips. a. 1865, col. XXII.

Versio Aethiopica continet Novum Testamentum integrum additis Clementis epistulis et Synodo:[1] Evv Paul Cath Act Apoc Clem Syn.[2]

Editionem principem Novi Testamenti Aethiopici curavit monachus ordinis Takla-Haimânôt e monasterio Dabra-Libânôs (in monte Libano), nomine Tesfa-Zion, natu Malhezinus Aethiops, qui, sociis monachis ex eodem monasterio Tanse'a-Wald et Za-selâsê, codices Novi Testamenti secum portans viam Hierosolymis Romam fecit. In Italia subvenerunt tribus iis alii tres, Itali: Petrus Paulus (Gualterius Aretinus) archidiaconus Constantinopolitanus, Bernardinus quidam, et teste Ludolfio Marianus Victorius.[3] Romae (unde *aeth*^{ro}) prodiit N.T. annis 1548.1549, epistulis XIII Pauli tomo alteri ceteris libris tomo priori mandatis.[4] Nonnulla in actibus codice Aethiopico deficiente suppleverunt editores ex Latina (vix quod adseveraverunt etiam ex Graeca) lingua Aethiopice versa, in primis Act 9,29—10,32 26,8—28,31. Editio etsi codicem vel codices bonae notae sequitur scatet vitiis propter inscitiam typographorum. Anno 1654 ediderunt Ioh. Georg. Nisselius et Theodorus Petraeus epistulas Iacobi, Iudae, Iohannis Arabice et Aethiopice additis versionibus Latinis.[5]

[1] Cf v. cl. Dillmannus (ut infra, p. 904, cod. 42), p. 4.

[2] V. cl. Winandus Fellius, Dillmanni discipulus, edidit ex Synodo *Canones apostolorum Aethiopice*, Lipsiae a. 1871, versione Latina addita.

[3] Cf Iobus Ludolf, *Lexicon Aethiopico-Latinum*, ed. 2, Francofurti ad Moenum, a. 1699, praef. fol. (8) recto: „Corollarium."

[4] *Testamentum Novum cum epistola Pauli ad Hebraeos tantum cum concordantiis evangelistarum Eusebii et numeratione omnium verborum eorundem. Missale cum benedictione . . . Quae omnia Fr. Petrus Aethiops . . . curavit*, Romae a. 1548. *Epistolae XIII. divi Pauli . . . cum versione Latina* a. 1549. Cf v. cl. Ignatius Guidi, „La prima stampa del Nuovo Testamento in Etiopico fatta in Roma nel 1548—1549", in actis *Archivio della B. Società Romana di storia patria*, Romae a. 1886, vol. 9.

[5] Nissel. et Petraeus, *Iacobi apostoli epistulae catholicae versio*

Waltonus editionem Romanam in Polyglottis suis supra (p. 220) laudatis iterum imprimendam curavit addita versione Latina a Dudleio Loftus et Edmundo Castell facta, sed plura quam in editione Romana in hac editione inesse menda et versionem Latinam pessimam esse Ludolfus affirmat. Christophorus Augustus Bode, qui iam anno 1749 evangelium Matthaei fusius tractaverat,[1] textum Aethiopicum, neglectis vitiis typographicis, accuratissime Latine vertit.[2] Anno denique 1826 curavit Thomas Pell Platt (unde *aeth*PP) evangelia Aethiopice edenda in usum societatis „British and Foreign Bible Society", anno 1830 reliquos Novi Testamenti libros, codicibus quos adire potuit in consilium vocatis.[3] Leges vero societatis illius vetabant praefationem vel adnotationes textui addi, et critico iudicio minus libertatis concedebant, praeterea codices Platti minus boni erant;[4] unde factum est ut editio viris rei criticae studiosis vix sufficiat. Romana sola editione utendum est, sed ea iterum cum codicibus est conferenda. Tregellesius quidem accepit a Platto adnotationes nonnullas[5] ad evangelia; in actibus et epistulis

Arabica et Aethiopica . . . Ludguni Batavorum a. 1654, et eodem anno seorsum *Iudae ap. ep. et Iohannis ap. ep.*

[1] Cf supra, p. 894, adn. 1.

[2] Bode, *Novum* . . . *Testamentum ex versione Aethiopici interpretis in bibliis polyglottis Anglicanis editum ex Aethiopica lingua in Latinam transtulit* C. A. B. Brunsvigae a. 1753; apud v. cl. F. Praetorium, *Aethiopische Grammatik* [*Porta lingg. orr. VII*], Hesychiae Carolinae [Karlsruhe] et Lipsiae, a. 1886, p. 25, invenies titulum versionis Latinae cum annis 1752.1755 et conlationis cum Graeco cum anno 1753; libros quod non vidi, doleo.

[3] *Evangelia sancta Aethiopice. Ad codicum mss. fidem edid.* T. P. P. Londinii a. 1826; — *N. T.* . . . *Aethiopice. Ad codicum manuscriptorum fidem edidit* T. P. P. Londinii a. 1830.

[4] Codices iuniores testatur v. cl. Dillmannus sine omni iure ex libidine mutatos esse.

[5] De codicibus quibus Plattus usus est cf Tregellesius apud Hornium (ut supra, p. 803) p. 318, adn. 2.

non usus est Plattus nisi codice uno, qui erat societatis illius. Praeterea contulit v. cl. L. A. Prevostus textum Platti cum textu Waltoni in usum Tregellesii. Eodem modo adiutorem habuit Tischendorfius Iohannem Gildemeisterum, qui Romanam et Platti editiones cum Tischendorfii N. T. Gr. a. 1849 edito contulit iis tamen solis locis quibus Tischendorfius in illa editione versionem Aethiopicam in consilium vocaverat. Opus esse critica Novi Testamenti Aethiopici editione, in primis evangeliorum, quae textum prorsus corruptum multis in codicibus praebent, non est quod dicam. Quis laborem suscipiet?

CODICES AETHIOPICI.

Anglia.

1. Londinii „British and Foreign Bible Society" MS. 3. fragmenta ex *Mt Lc:* quae Lc desunt supplevit nuper Anglus e codice Parisino. Cf Thomas Pell Platt, *A catalogue of the Ethiopic biblical manuscripts in the royal library of Paris, and in the library of the British and Foreign Bible Society; also some account of those in the Vatican library at Rome. With remarks and extracts.* Londinii a. 1823. Plattus laudat p. 7. adnotationem manu Iobi Ludolfi ipsius in *Commentarii* exemplari Parisiensi scriptam, quae de libris Aethiopicis in hospitio Habessinorum Romano repertis testimonium Henrici Guilelmi Ludolfi adfert; nullus Novi Testamenti liber his inest.

2. Lond. „British and Foreign Bible Soc." 4.: *Mt Mc.* 3.4.5: — — 5.6.7: exemplaria tria: *Ioh.*

6. — — 8: *Apoc.* Codices 13 *Mc Ioh* et 14 *Mc* prorsus recentes sunt.

7. Lond. mus. Brit. Orient. 781 (Wright. 2). saec. XVII, 36×35, membr, foll. 209, coll. 2, ll. 40; Carp, Eus-t, pict: *Octateuchus Evv* (foll. 94—154); foll. 155—209 continent varia theologica. Cf Guil. Wright, *Catalogue of the Ethiopic manuscripts in the British Museum*

acquired since the year 1847. Londinii a. 1877, et eiusdem „List etc", *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft,* Lipsiae vol. 24, a. 1870, p. 599—616.

8. Lond. mus. Brit. Orient. 496 (Wright. 20): foll. 173-178. saec. XVII, 17×15, membr, foll. 6(178), coll. 2, ll. 25: *1.2 Pet 1.2.3 Ioh Iac Iud;* foll. 3—172 continent multa ex V. T.

9. Lond. mus. Brit. Orient. 507 (Wright. 33). saec. XV, 33×25, membr, foll. 149, coll. 2, ll. 25.26; pict: *Evv.* Cf de hoc codice v. cl. Ignatius Guidi (ut supra, p. 894, adn. 1), p. 35, qui eo loco Mt 1,18—25 edidit. V. cl. D. S. Margoliouthius codicem paucis locis contulit [Lloyd-Sanday], *Novum Testamentum,* Oxonii a. 1889, *App. III,* p. 192—199.

10. Lond. mus. Brit. Orient. 518 (Wright. 34). a. 1655, 28×26, membr, foll. 173, coll. 2, ll. 20; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

11. Lond. mus. Brit. Orient. 510 (Wright. 35). a. 1664—1665, 44×40, membr, foll. 238, coll. 3, ll. 21; uberrime pict: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

12. Lond. mus. Brit. Orient. 515 (Wright. 36). a. 1675—1676, 29×26, membr, foll. 191, coll. 2, ll. 21; Carp, Eus-t, prol, capp-t, pict: *Evv.*

13. Lond. mus. Brit. Orient. 511 (Wright. 37). saec. XVII, 37×32, membr, foll. 217, coll. 3, ll. 20; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

14. Lond. mus. Brit. Orient. 512 (Wright. 38). saec. XVII, 31×28, membr, foll. 135, coll. 3, ll. 25; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

15. Lond. mus. Brit. Orient. 513 (Wright. 39). saec. XVII, 33×27, membr, foll. 217, coll. 2, ll. 19.20;

Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

16. Lond. mus. Brit. Orient. 514 (Wright. 40).
saec. XVII, 33×29, membr, foll. 226, coll. 2, ll. 18; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

17. Lond. mus. Brit. Orient. 516 (Wright. 41).
saec. XVII, 28×24, foll. 194, coll. 2, ll. 20; prol, pict: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

18. Lond. mus. Brit. Orient. 517 (Wright. 42).
saec. XVII, 33×27, foll. 123, coll. 2, ll. 26.28; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

19. Lond. mus. Brit. Orient. 519 (Wright. 43).
saec. XVII, 28×25, membr, foll. 231, coll. 2, ll. 19.20; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.*

20. Lond. mus. Brit. Orient. 508 (Wright. 44).
saec. XVII, 50×37, membr, foll. 287, coll. 3, ll. 20-27; Carp, Eus-t, prol, capp-t, pict: *Evv.*

21. Lond. mus. Brit. Orient. 509 (Wright. 45).
saec. XVIII, 39×36, membr, foll. 160, coll. 3, ll. 23-30; prol: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

22. Lond. mus. Brit. Orient. 525 (Wright. 46).
saec. XV, 16×14, membr, foll. 109, coll. 2, ll. 13-20: *Ioh.*

23. Lond. mus. Brit. Orient. 520 (Wright. 47).
saec. XVII, 36×33, membr, foll. 267, coll. 2, ll. 13.14; pict: *Ioh.*

24. Lond. mus. Brit. Orient. 521 (Wright. 48).
saec. XVII, 31×27, membr, foll. 153, coll. 2, ll. 13; *Ioh.*

25. Lond. mus. Brit. Orient. 523 (Wright. 49).
saec. XVII, 17×15, membr, foll. 79, coll. 2, ll. 16: *Ioh.*

26. Lond. mus. Brit. Orient. 522 (Wright. 50).
saec. XVIII, 22×16, membr, foll. 92: *Ioh.*

27. Lond. mus. Brit. Orient. 524 (Wright. 51). *Ioh.*
saec. XVIII, 15×13, membr, foll. 83, coll. 2, ll. 15:

[28. Lond. mus. Brit. Orient. 733 (Wright. 52). a. 1855—1865, 36×30, membr, foll. 158, coll. 2, ll. 18: *Mt Mc* lingua Amharica.]

29. Lond. mus. Brit. Orient. 526 (Wright. 53). saec. XVII, 36×31, membr, foll. 95, coll. 3, ll. 30: *Paul.* (Phm Hebr) *Act Apoc Cath.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit, numerat ut videtur ex incuria 520. Unde fiat ut dicat codices Orr. 526 et 527 solos esse epistularum et actuum qui in Museo Britannico adserventur, prorsus nescio.

30. Lond. mus. Brit. Orient. 529 (Wright. 54). saec. XVII, 28×24, membr, foll. 197, coll. 3, ll. 27–29; prol in Paul: *Paul* (Phm Hebr) *Cath Act Apoc.*

31. Lond. mus. Brit. Orient. 531 (Wright. 55). saec. XVII, 21×18, membr, foll. 200, coll. 2, ll. 20–23: *Cath Apoc Act Paul* (Phm Hebr).

32. Lond. mus. Brit. Orient. 527 (Wright. 56). saec. XVIII, 27×23, membr, foll. 138, coll. 3, ll. 22: *Paul* (Phm Hebr) *Cath Act Apoc.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

33. Lond. mus. Brit. Orient. 532 (Wright. 57). saec. XVIII, 21×19, membr, foll. 128, coll. 2, ll. 19—22: *Apoc Rom — 1 Thess* 3,12 *Act.*

34. Lond. mus. Brit. Orient. 530 (Wright. 58). saec. XVII, 15×13, membr, foll. 184, coll. 2, ll. 19.20; prol in Paul: *Act Paul* (Phm Hebr).

35. Lond. mus. Brit. Orient. 528 (Wright. 59). saec. XVIII, 27×22, membr, foll. 120, coll. 2, ll. 19—23; prol in Paul: *Act Paul* (Phm Hebr).

36. Lond. mus. Brit. Orient. 533 (Wright. 60). ante a. 1730, 38×35, membr, foll. 115, coll. 3, ll. 19: *Apoc.*

37. Lond. mus. Brit. Orient. 597 (Wright. 207): foll. 225-256. saec. XV, 40×31, membr, foll. 32(262), coll. 2, ll. 29—34: *Apoc;* praecedunt homiliae. Vide etiam folium primum.

38. Lond. mus. Brit. Orient. 600 (Wright. 208): foll. 137-148. saec. XVII, 41×37, membr, foll. 12(160), coll. 3, ll. 29: *Apoc;* praecedunt homiliae.

39. Lond. mus. Brit. Orient. 598 (Wright. 209): foll. 177-192. a. 1708—1711, 39×34, membr, foll. 16(208), coll. 3, ll. 25.26: *Apoc;* praecedunt homiliae.

40. Lond. mus. Brit. Orient. 599 (Wright. 210): foll. 158-168. a. 1721—1730, 37×35, membr, foll. 11(168), coll. 3, ll. 28—32: *Apoc;* praecedunt homiliae.

41. Lond. mus. Brit. Orient. 601 (Wright. 211): foll. 100-106. saec. XVIII, 36×30, membr, foll. 7(120), coll. 35—41: *Apoc;* praecedunt homiliae.

42. Lond. mus. Brit. Add. 16,190 (Dillmann. 8). saec. ? , in 4, membr, foll. 155 (mann tribus foll. 1—15, 16—147, 148—155), foll. 16—147 habent coll. 3; Carp, sect sine num, subscr: *Evv.* Olim Anastasii cuiusdam, postea cuiusdam Bere'sanâï. Cf v. cl. Augustus Dillmann, *Catalogus codd. mss. orientt. qui in museo Britannico asservantur, pars 3, codices Aethiopicos amplectens,* Londinii 1847.

43. Lond. mus. Brit. Add. 11,293 (Dillmann. 9). saec. ? , membr, foll. 92; capp: *Ioh.* Sub finem insunt nonnulla theologica. V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

44. Lond. mus. Brit. Add. 16,220 (Dillmann. 11). saec. ? , in 4, membr, foll. 46, coll. 2: cat in Mt, textum vero non integrum praebet. Sub initium exstat tabula „computi Paschalis", al man ut vid, a. 1613 (1249?) scripta. Olim cuiusdam Bâhrja Christos.

45. Oxonii Bodl. Dillmann. 10 et 11. saec. XVIII, in 4, membr, foll. 74 et 75; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.*

46. Oxonii Bodl. Dillmann 12 et 13: saec. XVIII, in 4, membr, foll. 81 et 75: *Evv.* Cf Aug. Dillmann, *Cat. codd. mss. bibl. Bodl. Oxon. pars 7. Codices Aethiopici,* Oxonii a. 1848.

47. Oxonii Bodl. Dillmann. 14 et 15: *Cath* (1.2 Pet 1.2. 3 Ioh Iac Iud) *Apoc* (versio ex Coptico) *Act Paul* (Phm Hebr); sub finem Euth ut videtur uberrimus apparatus.

Austria.

48. Vindobonae bibl. caes. MS. Aeth. 10.
saec. ? , in 4, membr, foll. 156; Carp, (Eus-t ?), prol: *Evv.* Cf v. cl. Frid. Müller, „Die äthiopischen Handschriften der k. k. Hof-Bibliothek in Wien", in actis *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiae, vol. 16 (a. 1862), p. 553—557.

49. Vindobonae bibl. caes. MS. Aeth. 20.
saec. ? , in 8, membr, foll. 117, coll. 2: *Ioh.*

Gallia.

50. Viri clarissimi Antonii de Abbadie MS. Aeth. 2.
saec. ? (non vet), 29×26, membr, foll. 162: *Evv.* Cf Ant. d'Abbadie, *Cat. raisonné de mss éthiopiens*, Parisiis a. 1859.

51. — MS. Aeth. 9: saec, ? , 24×21, foll. 168, coll. 2: *Paul* (Phm Heb) *Act Cath* (1.2 Pet 1.2.3 Ioh Iac Iud) *Apoc* (capp. 58).

52. — MS. Aeth. 47: saec. ? , 20×18; Carp, Eus-t, capp-t: *Evv.*

53. — MS. Aeth. 82: saec. XIX, 7.7×8.1, membr, foll. 72, coll. 2; pict: *Evv.* Quod v. cl. Abbadie de textu corrupto dicit, flagitat codicis scrutationem.

54. — MS. Aeth. 95: saec. ? , 8.6×8.7, membr, foll. 110: *Evv.*

55. — MS. Aeth. 111: foll. 1—36: *Ioh.*

56. — MS. Aeth. 112: 8×8, membr: *Evv.*

57. — MS. Aeth. 119: 20×17, membr, foll. 153: *Paul* (Phm Heb) *Act Apoc.*

58. — MS. Aeth. 164: 23×21, membr, foll. 208: *Paul* (Phm Heb) *Cath* (1.2 Pet 1.2.3 Ioh Iac) *Apoc Act.* Act habent 316 sectiones (?).

59. — MS. Aeth. 173: 9×9, membr, foll. 110: *Evv.* MSS. 24 et 191 continent commentaria in Evv.

60. Paris. bibl. nat. Aeth. 22 (Zotenberg. 32).
saec. XIII, 29.3×18.4, membr, foll. 207, coll. 2, ll. 27; Carp, Eus-t, dissertatio de evangeliorum harmonia, capp, titl, sect, can, *στίχ* (9700 in summa), pict: *Evv;* textus vetus est teste v. cl. Zotenbergo, teste etiam v. cl. Ignatio Guidi (ut supra, p. 894, adn. 1), p. 35—36. Cf Zotenbergius, *Catalogue des manuscrits éthiopiens (Gheez et Amharique) de la bibliotheque nationale*, Parisiis [a. 1877].

61. Paris. bibl. nat. Aeth. 130 (Zotenb. 33).
saec. XVII, 26.3×22, membr, foll. 172, coll. 2, ll. 21; introductio, Carp, Eus-t, dissertatio de harmonia, prol, capp-t: *Evv.* V. cl. Zotenbergius praebet nonnullas lectiones varias dicitque textum esse emendatum; cf v. cl. Ignatius Guidi.

62. Paris. bibl. nat. Aeth. 23 (Zotenb. 34).
a. 1794, 25.8×15.6, chart, foll. 258, col. 1, ll. 20—25; introductio, Carp, Eus-t, dissertatio de harmonia, prol, capp-t: *Evv;* textus plerumque cum Aeth. 130 (cf supra cod. 61) consentit.

63. Paris. bibl. nat. Aeth. 21 (Zotenb. 35).
a. 1483, 33.5×23, membr, foll. 202, coll. 2, ll. 27.28; Carp, dissertatio de harmonia, capp-t (sub fin evangelii uniuscuiusque), titl, sect: *Evv;* textus teste Zotenbergo partim antiquus partim emendatus. Cahirae scriptus.

64. Paris. bibl. nat. Aeth. 117 (Zotenb. 36).
saec. XVIII, 9×8.5, membr, foll. 138, coll. 2, ll. circ. 22: *Evv;* textus exhibet lectiones e familiis variis.

65. Paris. bibl. nat. Aeth. 151 (Zotenb. 37).
saec. XIX, 26×24, membr, foll. 184, coll. 2, ll. 19; introductio, Carp, sect, can, prol, pict: *Evv;* textus mixtus.

66. Paris. bibl. nat. Aeth. 33 A (Zotenb. 38).
saec. XVII, 32.2×22, chart, foll. 163, coll. 2, ll. 20: *Mt* mut *Mc Lc* 1,1—2,21; textus consentit plerumque cum Aeth. 21 (cf supra cod. 63).

67. Paris. bibl. nat. Aeth. 20 (Zotenb. 39).
saec. XVI, 12.8×10.9, chart, foll. 244, coll. 2, ll. 13;

titl, sect, can: *Mt Mc*; textus plerumque ut in Aeth. 21 (cf supra, cod. 63).

68. Paris. bibl. nat. Aeth. 143 (Zotenb. 40).
saec. XIV, 33×21.5, membr, foll. 27, coll. 2, ll. 24: *Lc* 9,23—11,2a 11,18b—13,13 13,29—20,25; textus sui generis.

69. Paris. bibl. nat. Aeth. 24 (Zotenb. 41).
saec. XVI, 20×17.9, membr, foll. 102, coll. 2, ll. 20-23; capp in Ap C, subscr Ac, prol sub fin Ap: *Act Apoc Cath;* textus est versionis emendatae.

70. Paris. bibl. nat. Aeth. 26 (Zotenberg. 42).
saec. XV, 21×14.5, membr, foll. 102, coll. 2, ll. 22; capp (72 in Ac): *Cath Act;* textus vetustior est quam ille in MS Aeth. 24 (cf supra, cod. 69).

71. Paris bibl. nat. Aeth. 25 (Zotenb. 43).
saec. XV, 14×11.3, membr, foll. 69, coll. 1, ll. 14–16: *Cath* additis lectionibus tribus ecclesiasticis ex Hebr Act Ioh; textus ut in Aeth. 26 (cf supra, cod. 70).

72. Paris. bibl. nat. Aeth. 28 (Zotenb. 44).
saec. XVI, 18×12.8, chart, foll. 65, coll. 2, ll. 15: *Cath;* textus partim ut in Aeth. 24 (nostro cod. 69) partim ut in Aeth 26 (nostro cod. 70). Manus alia in init scripsit lectt 5 ecclesiasticas ex Cor Hebr Ioh Act. (Z. 165).

73. Paris. bibl. nat. Aeth. 27 (Zotenb. 45) et Aeth 127 a. 1378, 23×16.5, membr, foll. 162, (174 additis foliis 12—23 e codice Aeth. 127 olim ex hoc codice raptis), coll. 2, ll. 19; capp, lect: *Paul* (Heb Tim); textus differt a textu editionis Londinensis, consentit saepius cum textu editionis Romanae. Hierosolymis scriptus iussu monachi Gabra-Krestôs qui monasterio Habessinico praefuit.

74. Paris. bibl. nat. Aeth. 29 (Zotenb. 46).
saec. XIV, 25×16, membr, foll. 120, coll. 2, ll. 24; capp: *Paul* (Heb Tim). Olim in deserto Scetensi.

75. Paris. bibl. nat. Aeth. 30 (Zotenb. 47).
saec. XVIII, 21×18, membr, foll. 100, coll. 2, ll. 22:

Paul (Phm Heb); textus consentit saepius cum textu editionis Londinensis.

76. Paris. bibl. nat. Aeth. 31 (Zotenb. 48).
saec. XVI, 18.2×15, membr, foll. 31, coll. 2, ll. 20: *Apoc;* textus consentit plerumque cum textu editionis Londinensis.

77. Paris. bibl. nat. Aeth. 116 (Zotenb. 71): foll. 26—93.
saec. XVII, 27×25, membr, foll. 68(118), coll. 2, ll. 15: *Ioh;* inest adult.

78. Paris. bibl. nat. Aeth. 127 (Zotenb. 165): foll. 8—11.
saec. ?, 22.8×15.3, chart: *Rom* 5,15b—8,9a; versio est emendata.

Germania.

79. Berolini bibl. reg. Dillmann. 20.
saec. ? (recens), 32.5×29, membr, foll. 237, coll. 2, ll. 19.20; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.* Accuratius examinetur necesse est hic textus prorsus corruptus; cf v. cl. Dillmannus, *Verzeichniss der abessinischen Handschriften* (*Handschr.-Verzeichn.* vol. 3), Berolini a. 1878, p. 12—14.

80. Berolini bibl. reg. MS. or. qu. 415 (Dillmann. 21), foll. 5—57 v.
saec. XVIII, 22×20, membr, foll. 89, coll. 2, ll. 18. 16.17: *Ioh.* MS. or. fol. 445 (Dillmann. 22): *Evv* in dialecto Tigriña; textus prorsus novus e versione Europaea fluxit.

81. Dresdis bibl. reg.
saec. ?, in 4, membr, foll. 80: lectiones ex *V. T.* et *N. T.* Cf Tischendorfius, *Serapeum*, Lipsiae a. 1847, num. 4, p. 74, ubi numero 41 designatur, et *Anecdota* a. 1855 (et 1861), p. 76, num. 3.

82. Francofurti ad Moenum bibl. publ.
saec. ?, in 4: fragmenta biblica (an Novi Testamenti?).

Eduardus Rüppell, *Reise in Abyssinien*, Francofurti ad Moenum, vol. 2 (a. 1840), p. 403—410(411), exhibet

catalogum librorum Aethiopicorum quos bibliothecae urbis Francofurti dono dedit. Novum Testamentum (excepto Ioh ante paucos annos verso) his non inest. Pagina 410 narrat Rüppellius se in Abyssinia rarius Novi Testamenti integri codices vidisse, persaepe vero quattuor evangeliorum.

83. Lipsiae bibl. univ. cod. Tischendorfianus 16.
inter alia Coptica: fragm ex *N. T.*

84. Monaci bibl. reg. cod. Aeth. 25.
saec. ?, 36×30, membr, foll. 158, coll. 2, ll. 18; prol, capp-tab (?), tabulis centum triginta magnis (13×22) pictis ornatus: *Mt Mc.* Textus multis locis a textu Platti discrepat. Anno 1874 vel 1875 a bibliotheca emptus. Cf Trumppius in libro *Verzeichniss der orientalischen Handschriften der k. Hof- und Staatsbibliothek in München. Nebst Anhang* (etiam sub titulo *Catalogus*, tom. 1, pars 4), Monaci a. 1875, pagina ea quae paginam 184 excipitur.

85. Monaci bibl. reg. cod. Aeth. 28.
saec. ? (codex vetus), 15×14, membr, foll. 120, coll. 2, ll. 12.13; subscr: *Ioh.* Adduntur liber apocalypticus et nonnulla de Maria. Anno 1874 vel 1875 a bibliotheca emptus. Cf Trumppius (ut cod. 84), pagina altera post p. 184.

86. Henricus Ewald, „Ueber die Aethiopischen Handschriften zu Tübingen" in actis *Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, Bonnae, vol. 5 (a. 1844), p. 164—201, citat p. 173, num. 12, codicem evangeliorum, quem Krapfius Tubingam adtulit; ubi hodie sit, nescio. Catalogus alter Tubingensis, quem Ewald in actis *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiae, vol. 1 (a. 1846), p. 1—43, publici iuris fecit, nihil ex Novo Testamento exhibet.

Italia.

87. Flor. Palat. Med. 16.
saec.? („pervetustis Abyssinorum characteribus"): *Rom Gal 1.2 Cor Eph Col 1.2 Thess Phil Tit 1.2 Tim Phm Hebr.* Olim Antonii presbyteri Madensis. „Huic codici respondent b. Pauli epistolae . . . Romae a. 1584 impressae".

Ludolfus refert de codice, cf Plattus (ut supra, p. 900, cod. 1), p. 7.

88. Romae Vat. Aeth. 1.
saec.?, in fol, membr, foll. 217: *Evv;* insunt praeterea officium Aethiopum, nonnulla opuscula Clementis Romani, computus temporum Aethiopum, aliquot concilia generalia. Cf Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 5, Romae a. 1831, paginarum series altera, p. 94.

[Romae Vat. Aeth. 3 et 6: duo exemplaria Novi Testamenti annis 1548 et 1549 Romae typis impressa.]

89. Romae Vat. Aeth. 21.
saec. ?, in 8, chart, foll. 114: *Paul 1.2 Pet.* Cf etiam Iobus Ludolfus, alias Leutholf dictus, in *Commentario* ad suam „Historiam Aethiopicam", Francofurti ad Moenum, a. 1691, p. 299, ubi refert de codicibus Aethiopicis Romae olim in hospitio Habessinorum suo tempore in bibliotheca Vaticana servatis: 8. *N. T.* — 9. *Quattuor evv.* — 10. *Pauli et Petri epp.* — 11. *1.2 Pet 1.2 Ioh Iud Hebr* — 12. *Apoc.* Estne Vat. Aeth 21 Ludolfi 10?

90. Romae Vat. Aeth. 25.
saec. ?, in 4, membr, foll. 262: *Evv.*

91. Romae Vat. Aeth. 38.
saec. ?, in 12, chart, foll. 304: *Lc Ioh.*

92. Romae Vat. Aeth. 47.
saec. ?, in 12, membr, foll. 215: *Ioh Apoc.*

93. Romae Vat. Aeth. 49.
saec. ?, in 16, membr, foll. 130: *Apoc.*

94. Romae Vat. Aeth. 54.
saec. ?, in 12, membr et chart, foll. 235: *Apoc.*

95. Romae Vat. Aeth. 67.
saec. ?, in ?, membr, foll. 160: *Ioh Apoc.*

96. Romae Vat. Aeth. 68.
saec. ?, in ?, membr, foll. 122: *Ioh Apoc.*

97. Petropoli instituti Asiatici (Dorn. 1).
saec. ?, in 4, membr, foll. 100: *Ioh Apoc.* Textus

Iohannis a textu Londinii a. 1826 edito discrepat. Olim comitis de Suchtelen legati Russici Holmiae. Cf v. cl. B. Dornius, *Bulletin scientifique* (ut cod. 98), vol. 2 (a. 1837), num. 19, coll. 302—304.

98. Petropoli bibliothecae caesareae MS. Aeth. 3. a. 1426, in fol, membr, foll. 165: *Evv.* Olim in monasterio Abyssiniorum Hierosolymis. Inest monasterii inventarium quod librorum catalogum continet. Erat Dubrowskii. Cf v. cl. B. Dornius, „Über die Aethiopischen Handschriften der öffentlichen kaiserlichen Bibliothek zu St. Petersburg" (dissertatio anno 1837 in academia lecta) in actis *Bulletin scientifique publié par l'Académie imperiale des sciences de St. Pétersbourg*, vol. 3 [a. 1838], num. 10, p. [4—8] et coll. 145—151, et *Catalogue* (ut supra, p. 844, cod. 121), p. 553—557, ubi ex errore datur annus 1526.

99. Petrop. bibl. caes. MS. Aeth. 4: saec. ?, in 16, membr, foll. 145: *Ioh.*

100. Petrop. bibl. caes. MS. Aeth 5: saec.?, in 24, membr, foll. 149: *Ioh.*

101. Petropoli bibl. caes. saec. ?, in ?, membr: *Ioh.* Cf Tischendorfius, *Notitia*, a. 1860, p. 69.

De lectionibus ecclesiasticis Aethiopicis conferendi sunt codices hi:

Lond. mus. Brit. Add. 16,249 (Dillmann. 26).

saec. XIX: Ordo Synopseos sive lectiones in unumquemque mensium diem ex Vetere et Novo Testamento. Scriptus iussu viri rev. Iohannis Lud. Krapf (cf cod. 86).

Lond. mus. Brit. Add. 16,250 (Dillmann. 27).

saec. XIX: Acta Passionis sive lectiones in officia hebdomadis magnae. Ipse quoque pariter atque codex Add. 16,249, iussu Krapfii scriptus. In hoc codice laudantur decretum abbatis Gabriel anno 1131 patriarchae facti de

lectionibus in hebdomade magna legendis, et lectiones cura abbatis Petri archiepiscopi Behensensis auctae.

Paris. bibl. nat. Aeth. 129 (Zotenb. 167).

foll. 17—20: saec. ?, 11.8×8.5, chart: fragm ex Evl.

foll. 21—27: saec. ?, 10×8, chart: fragm ex Evl.

Lipsiae bibl. univ. MS. Tischendorf. 17.

a. circiter 1800, in fol, foll. 150: lectiones ex *V. T.* et *N. T.*

Item supra, codd. 81.82.83.

(4.) ARMENIACA.

Armenii, qui antea bibliis Syriacis usi erant, studebant saeculo quinto ineunte versionem sibi propriam facere ducibus Mesrobo atque Isaaco patriarcha Armeniaco. Libris nonnullis ut videtur iam e Syriaco versis, anno 431 Iohannes Ekelensis et Iosephus Palnensis Mesrobi discipuli concilio Ephesino interfuerunt et domum rettulerunt biblia Graeca; quibus visis reiecerunt Mesrobus et Isaacus ea quae e Syriaco interpretaverant, et, postquam Iohannes et Iosephus Graecis litteris Alexandriae operam navaverunt, omnia denuo Armeniace verterunt.[1] Fortasse propter initia illa Syriaca, fortasse propter emendationes posteriores, reperiuntur in hac versione lectiones paucae quae e Syriaco fluxisse videntur. Fabulam de transformatione eius, qua saeculo tertio decimo procurante rege Haitho cum Latina concordans facta sit, prorsus reiecit Tregellesius. Testibus Westcotto Hortioque praebet haec versio *a.* lectiones Occidentales antiquas, e quibus multae cum Vetere Latina contra Vulgatam Latinam faciunt; *b.* primitivas non Occidentales; *c.* Antiochenas. Crozius (La Croze) versionem Armeniacam „versionum reginam“ appellavit, ut quae Graeca optime redderet.

[1] Simon, *Hist. crit. des versions du N. T.* Roterod. a. 1690, p. 203[a]—205[b], haec alio modo evenisse refert.

Dubitari vix potest, quin Armenii, ut qui intima consuetudine cum Syris coniuncti essent, biblica studia critica simili atque hi modo[1] exercuerint. Neque tamen quidquam in promptu est de studiis Armenorum biblicis ante saeculum septimum decimum. Synodus Armeniaca anni 1662, cum biblia illa lingua scripta rara et non nisi magno pretio parabilia[2] essent, legatum in occidentem misit, qui biblia typis exprimenda curaret. Is Uscanus nomine (unde arm usc), verbi divini minister ex urbe Erivan ad montem Ararat sita, cum Romae diu moratus propositum suum adsequi non potuisset; Amstelodami[3] tandem primam bibliorum Armeniacorum editionem paravit anno 1666,[4] quam editionem

[1] Vide supra, p. 815.

[2] Uscanus narravit Ricardo Simon, qui eum Parisiis anno 1670 vidit, biblia integra Armeniaca nondum typis impressa stetisse 500 nummis quos *écus* dicunt, Simon, *Histoire critique des versions du N. T.* Roterodami a. 1690, p. 196ª.

[3] Nescio quis quaerit, num forte editio in urbe Gugha prope Ispahan iam ante annum 1666 exstiterit. V. cl. Karapet hoc negat.

[4] *Divinitus inspiratum V. et N. T., concinnatum ab antiquis nostris et veritatem amantibus interpretibus, ex mandato inclyti domini Agopi* [*Iacobi*], *Armenorum patriarchae, concordans cum veteribus divinitus inspiratis bibliis, ad communem omnium utilitatem editum per verbi domini ministrum Osgan Erivanensem,* Amstelodami typis sancti Etzmiatzni et sancti Sergii anno redemptoris 1666, Armenorum 1115 mensis Martii 11. Cf Le Long-Masch, *Biblioth. sacra,* Halae a. 1781, pars 2, vol. 1, p. 174.175. Anno 1668 prodiit Novum Testamentum iterum, idque forma quam dicunt octava. Crozius litteras Berolini anno 1718 datas ad Beausobrium et L'Enfant misit, *Preface générale sur le Nouveau Testament,* vol. 1, p. ccxi.ccxii (Hugius scribit vol. 1, p. 171), in quibus de editione N. T. ab Uscano curata dicit et de Uscano ipso „il savoit un peu de Latin, & n'avoit aucun goût, ni aucune critique. Il n'a à la vérité rien changé, ni retranché dans son Edition; mais lorsqu'il a trouvé quelque chose de plus dans la Vulgate il ne s'est fait aucun scrupule de le fourrer dans son Edition. Il l'avoue même dans une de ses Préfaces, & s'en fait mal à propos honneur. . . . Le beau Manuscrit Arménien des quatre Evangiles que j'ai trouvé à la Bibliothèque du Roi, & que j'ai copié pour mon usage, m'a exactement

secutae sunt editiones omnes, nisi fallor, usque ad annum 1789, quo tempore Zohrabius[1] Novum Testamentum publici iuris fecit. Anno 1805 prodierunt cura Zohrabii biblia Armeniaca integra additis in margine in feriore conlationibus codicum; in Novo Testamento usus est Zohrabius viginti[2] codicibus et secutus est in primis codicem anno 1310 in Cilicia scriptum. Apocalypsim non ante saeculum octavum Armeniace versam esse Zohrabius putat. De editione Petropolitana a. 1814, Seramporensi a. 1817, Moscuensi a. 1834 et aliis nihil habeo quod dicam. Editionem novam curaverunt Mechitaristae Venetiis annis 1847—1863;[3] annum 1860 posuerunt in titulo editionis bibliorum integrorum.

Millius[4] usus est auxilio Guilelmi Gissii et Ludovici Pici. Wetstenius adiutorem habuit Crozium. Griesbachius in consilium vocavit Bredenkampium Hamburgensem qui Zohrabi editionem anni 1789 contulit. In Scholzii usum contulerunt Cirbied professor linguae Armeniacae Pari-

informé de toutes les additions dont cet Evêque Arménien a interpolé son Edition. A mon grand regret, je n'ai aucun Manuscrit des Actes, & des Epîtres."

[1] *N. T. . . ., Armenice editum a Iohanne Zohrabio, doctore Armeno*, Venetiis a. 1789.

[2] Veri simillimum mihi videtur codicem Vindobonensem caes. Arm. 4 in usum Zohrabi exscriptum esse; continet enim conlationes codicum in bibliotheca sancti Iacobi Hierosolymitana servatorum cum editione bibliorum Venetiana anni 1733, quas Sargis Malian ex urbe Hadschin anno 1773 fecit.

[3] Quid sibi velint anni 1847—1863 in libro *Catalogue des livres de l'imprimérie arménienne de Saint-Lazare*, Venetiis a. 1876, p. 26, nescio. Biblia integra prodierunt anno 1859. Vir cl. Leontius Alishan, per litteras de editoribus pariter atque de editionis ratione interrogatus, respondit litteris die 4 Maii a. 1882 datis: editionem Novi Testamenti novissimam ex editione bibliorum haustam esse, hanc vero lectionibus optimis esse ornatam. Perrexit: lectiones varias in editione anni 1805 exhibitas esse, unde concludere licet editiones posteriores lectiones varias non praebere.

[4] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster. Amstel. a. 1710, proll. paragr. 1402—1404.1508.1509.

siensis atque monachi Mechitaristae Vindobonenses editionem Zohrabii anni 1805, sed teste Tregellesio vix ea qua debebant diligentia. Tischendorfius in editione sua septima paranda usus est lectionibus his Scholzianis additis nonnullis manu scriptis in N. T. Gr. Wetstenii exemplari Griesbachiano Lipsiae in bibliotheca universitatis adservato. Tregellesio[1] suadente v. cl. Carolus Rieu conlationem editionis Zohrabii, lectionibus variis non neglectis, cum N. T. Gr. instituit, unde apparatus N. T. Gr. Tregellesiani insigniter locupletatus est; teste Tregellesio editio Zohrabii et versio haec tota Latinam istam quae fertur indolem nullo modo testantur. Denique nisi fallor lectiones Tregellesianas Tischendorfius in hanc editionem octavam transtulit.

CODICES ARMENIACI.[2]

America.

1. Bostoniae in provincia Massachusetts, viri cl. S. Brainard Pratti.

a. 1262, membr, pict: *Evv.*

Anglia.

2. Londinii mus. Brit. Add. 15,411.

a. 1321, 13.4×10, membr, foll. 312: *Evv.* V. cl. D. S. Margoliouthius codicem locis paucis contulit, [Lloyd-Sanday] *Novum Testamentum*, Oxonii a. 1889, *App.* III, p. 190—192. Inde hausi notitiam codicum 2—17.

3. Lond. mus. Brit. Add. 18,549.

a. 1279, 21.2×17.5, membr, foll. 310: *Evv Apoc Paul Act Cath.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

[1] Tregelles apud Hornium (ut supra, p. 803), p. 312—315.

[2] Congregatio Mechitarista Vindobonensis catalogum codicum Armeniacorum quoad fieri potest omnium bibliothecarum cum Orientis tum Europae instaurat. Iam prodierunt catalogi bibliothecae regiae Monacensis et bibliothecae caesareae Vindobonensis (vide infra cod. 19 et cod. 46). Utinam eodem modo codices ceteri orientales summatim describantur!

4. Lond. mus. Brit. Add. 19,727.
a. 1166, 23.1×15, chart, foll. 308: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

5. Lond. mus. Brit. Add. 19,730.
saec. XIII, 23.7×17.5, chart, foll. 186: evangeliis exceptis *N. T.* (ordinem non dat Margoliouthius); insunt libri nonnulli apocryphi. V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

6. Lond. mus. Brit. Add. 21,932.
saec. X vel XI, 27.5×20.6, membr, foll. 244: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

7. Lond. mus. Brit. Add. 27,489.
saec. XIII, 18.4×12.5, membr, foll. 203, mut: *Evv;* folia multa supplevit manus saec. XVII. V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

8. Lond. mus. Brit. Or. 81.
a. 1181, 21.2×15.9, membr, foll. 376: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

9. Lond. mus. Brit. Or. 2283.
a. 1295, chart: *Evv.*

10. Lond. mus. Brit. Or. 2668.
a. 1437, chart: *Evv.*

11. Lond. mus. Brit. Or. 2678.
a. 1207, chart: *Evv.*

12. Lond. mus. Brit. Or. 2679.
a. 1281, chart: *Evv.*

13. Lond. mus. Brit. Or. 2681.
a. 1485, chart: *Evv.*

V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

14. Oxonii Bodl. Arm. d. 1.
saec. XV, 60×45, chart, foll. 277: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

15. Oxon. Bodl. Arm. d. 3.
saec. XV, 23.4×16.2, chart, foll. 292: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

16. Oxon. Bodl. Arm. d. 5.
saec. XII et XIII, 26.8×18.7, foll. 1—256 chart

saec. XIII, foll. 257—325 membr saec. XII: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

17. Oxon. Bodl. Arm. d. 6.
a. 1568, 26.2×18.8, chart, foll. 367; pict: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

18. Sussexianus (ubi hodie?).
a. 1251, 13.7×8.7, membr, foll. 311; Eus-tab, pict: *Evv.* Cf Thomas Iosephus Pettigrew, *Bibliotheca Sussexiana. A descriptive catalogue* . . . , Londinii a. 1827, p. cclxxv sq.

Austria.

19. Vindobonae caes. Arm. 16.
a. 1613, 40.5×28, chart, foll. 409, coll. 2, ll. 37: lectionarium (Evl? vel ex V. T. et N. T. ?). Cf v. cl. Iacobus Dashian, *Catalog der armenischen Handschriften in der k. k. Hofbibliothek zu Wien*, Vindobonae a. 1891, p. [v] a.

19 a. [Vindob. caes. Arm. 22: foll. 1—170: *Evv* e codice bibliothecae regiae Berolinensis exscripta manu Lacrozii. Cf v. cl. Dashian, p. [v] a, et v. cl. Fridericus Müller, „Die armenischen Handschriften der kais. Wiener Hofbibliothek“ in actis *Deutsche Vierteljahrsschrift für englisch-theologische Forschung*, VII, Gothae, a. 1864, p. 348.349.]

Dania.

20. Havniae bibl. reg. Armen. 1.
saec. XII vel XIII, in fol, chart, foll. 161: *Paul* (Heb Tim). Insunt folia duo vetustiora quae *Mc* 8,6—26 et 10,8—26 continent.

Gallia.

21. Paris. bibl. nat. Arm. 7.
saec. ? (vet), in fol, chart, litt uncc: *Evv;* desunt nonnulla ex Mt et Ioh. Constantinopoli latus. Cf *Catalogus codicum mss bibliothecae regiae*, Parisiis 1739, vol. 1, p. 76 b.

22. Paris. bibl. nat. Arm. 8.
saec. ? (vet), in fol, chart, litt uncc: *Mt Mc Lc;*

desunt Mt capp. 1—5 Mc 16,1—12 Lc capp. 22—24. Constantinopoli latus.

23. Paris. bibl. nat. Arm. 9.
saec. XI, in fol, membr; Euth: *Act Cath Paul Apoc* Graeco-Armen. Vide supra, p. 644, Act 301. Addiditne Nerses versionem Armeniacam?

24. Paris. bibl. nat. Arm. 10.
saec. XV, in 4, chart: *Paul Cath*; insunt epistulae istae suppositiciae Corinthiorum et Pauli.

25. Paris. bibl. nat. Arm. 10 A.
saec. XV, in 8, membr; Carp, Eus-tab, pict: *Evv.*

Germania.

26. Berolini bibl. regiae MS. or. Peterm. I. 136 (Karamianz. 4), foll. 119—446.
a. 1661, in 4, chart, foll. 328: *Cath Apoc Act Evv Paul.* Cf v. cl. N. Karamianz, *Verzeichniss der armenischen Handschriften der königlichen Bibliothek zu Berlin* (*Handschriften-Verzeichniss*, vol. 10), Berolini a. 1888.

27. — — MS. or. Minut. 287 (Karamianz. 5), foll. 100—264b.
a. 1358, in 4, chart, foll. 271, coll. 2, ll. 24: *Paul.*

28. — — MS. or. Minut. 291 (Karamianz. 6).
a. 1450, in 4, chart, foll. 316; Eus-tab, sect, can, harm in ima pag: *Evv.* Pericope de adultera post finem Iohannis additur. Insunt fragmenta duo vetustiora membranacea, alterum ex „Epp", alterum *Lc* 15,3 ss.

29. — — MS. or. Peterm. I. 138 (Karamianz. 7).
saec. XV, in 4, membr, foll. 258; Carp, Eus-t, sect, can, harm in ima pag: *Evv.*

30. — — MS. or. Minut. 285 (Karamianz. 8).
a. 1432, in 4, chart, foll. 246: *Evv.* Insunt foll. 4: saec. IX, membr: *Lc* 16,3—26.

31. — — MS. or. Minut. 268 (Karamianz. 9).
a. 1483, in 4, chart, foll. 353: *Evv.* Insunt foll. 2 vetera, membr: *Ioh* 16,16—22.

32. — — MS. or. Quart. 382 (Karamianz. 10).
paullo ante 1506, in 4, chart, foll. 313; Carp, Eus-tab, sect, can, harm in ima pag: *Evv.*

33. MS. or. Minut. 261 (Karamianz. 11).
saec. XVI, in 4, chart, foll. 269; Carp, Eus-tab, sect, can, harm in ima pag: *Evv.*

34. — — MS. or. Minut. 279 (Karamianz 12).
saec. XVI, in 4, foll. 265; Carp, Eus-tab, sect, can: *Evv.* Insunt foll. 4 vetera, membr: *Lc* 11,42 ss 12,6 ss.

35. — — MS. or. Minut. 281 (Karamianz. 13).
saec. XVI, in 4, chart, foll. 229; sect, harm in ima pag: *Evv.*

36. — — MS. or. Minut. 288 (Karamianz. 14): a.1601: *Evv.*
37. — — „ „ Peterm. I. 149 („ 15): a.1623: *Evv Apoc.*
38. — — „ „ Minut. 272 („ 16): a.1635: *Evv.*
39. — — „ „ „ 266 („ 17): a.1670: *Evv.*
40. — — „ „ „ 274 („ 18): a.1678: *Evv.*
41. — — „ „ „ 283 („ 19): a.1694: *Evv.*
42. — — „ „ Quart. 12 („ 20): saec. XVIII: *Evv.*
43. — — „ „ „ 337 („ 21): a.1707: *Evv.*

Cf etiam fragmenta ex Novo Testamento in codicibus apud Karamianzum numeratis 56.75.79.87.92.93.94.

44. Lipsiae bibl. urbis Sl. fol. 10.
saec. ?, in fol, chart, foll. 187: *Evv.* Manu Gregorii presbyteri.

45. Lipsiae Gregorii.
saec. X (?), 42.3×30.1, membr, foll. 28, coll. 2, ll. 21, litt uncc; sect, harm in ima pagina: *Mt* 21,21—25,9 27,65—28,13 *Mc* 1,1—6,14 9,14—10,14.

46. Monaci bibl. reg. Arm. 1.
a. 1278, 18×12.8, membr, foll. 304, coll. 2, ll. 19; Carp, Eus-tab, capp-tab, prol in Mt Lc, (sine dubio sect), harm in ima pagina, pict: *Evv.* Manu episcopi Iohannis a. 1278 scriptus, manu Arrakhel Hnasandentz pictus;

a. 1292 venum datus; anno 1468 ecclesiae s. Basilii in insula Cypro dono datus. Cf. I. H. Petermannus, in libro *Verzeichniss der orientalischen Handschriften der k. Hof- und Staatsbibliothek in München (Catalogus* etc. *Tomi primi pars quarta)* Monaci a. 1875, p. 120.121, et v. cl. Gregorius Kalemkiar, *Catalog der armenischen Handschriften in der k. Hof- und Staatsbibliothek zu München,* Vindobonae a. 1892, p. VI a.

46 a. [Monaci bibl. reg. Arm. 5: foll. 9a—15b.
a. 1539, 13.8×9.9, chart, foll. 7: lectiones ex Evv. Olim Alberti Widmanstadii.]

47. Monaci bibl. reg. Arm. 21.
saec. XV, 22×15, chart, foll. 560, coll. 2, ll. 20: *Evv.* Cf Kalemkiar, p. VIII ab.

Italia.

48. Florentiae Laur. I. 2 (Biscioni. 11).
saec. ? , in 4, chart, foll. 279: *Evv* (Evl?). Cf Antonius Maria Biscionius, *Bibliothecae Mediceo-Laurentianae catalogus. Tomus 1: codices orientales complectens,* Florentiae a. 1752, p. 8b.

49. Romae Vat. Armen. 1.
a. 1629, in 4, chart: *V. T.* et *N. T.* Cf Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova collectio,* vol. 5, Romae 1831, paginarum series altera, p. 239.

50. Romae Vat. Armen. 10.
a. 1301: *Act Cath.* Scriptus Perusiae manu Davidis cuiusdam.

51. Venetiis s. Lazari: a. 1319: *V. T.* et *N. T.*

52. Venetiis s. Lazari: a. 1332: *V. T.* et *N. T.*

53. Venetiis s. Lazari: a. 1284: *N. T.*

54—60: Venetiis s. Lazari: *N. T.* septem exemplaria.

61. Venetiis s. Lazari MS. 1144.
a. 902, 33.9×27.9, membr, unc, coll. 2 (24.1×8.9; 2 coll. = 20.2), ll. 14; Carp, Eus-tab, sect, harm in ima pag: *Evv.* Vidi 8 Martii 1886.

62. Venetiis s. Lazari MS. 887.
a. 1007, in fol, membr, coll. 2: *Evv.* Vidi 8 Martii 1886.

63. Venetiis s. Lazari (sine numero) „Evangelia magna". saec. XII (IX ?), 46.5×36.5, membr, coll. 2 (30.5 ×10.8; 2 coll. = 24.2), ll. 11; Carp, Eus-tab, harm in ima pag: *Evv.* Folia nonnulla supplevit manus posterior. Vidi 8 Martii 1886.

64. Venetiis s. Lazari: a. 1184: *Evv.*
Habet monasterium s. Lazari praeter hos codices fere sexaginta quattuor codices evangeliorum. Accuratiora accipiemus ad finem perductis catalogis Vindobonensibus iam supra, p. 915, adn. 2, laudatis.

Russia.

Vir cl. Karapet ter Mkrtzschian archidiaconus Etzschmiadzensis amicissime mecum quae sequuntur communicavit e libro Armeniaco cui titulus est: *Catalogus codicum manuscriptorum qui in bibliotheca sancti throni in urbe Etzschmiadzin adservantur, iussu patriarchae omnium Armeniorum catholici Matthaei, impensis magistri Hakob Karinian, eremitae ex urbe Erzeroum, in usum scholae theologicae Etzschmiadzensis,* Tiflis a. 1863: foll. 4, pp. 230. Daniel Wardapet[1] Shanazarian hunc catalogum scripsit, Karinian ille in ordinem redegit et typis imprimendum curavit.

Codices 147—178 continent bibliorum exemplaria triginta duo (ex quibus nisi fallor novem annos 1151, 1253, 1290, 1292, 1295, 1297, 1305, 1308, 1400 prae se ferunt).

Codices 179—221 exhibent bibliorum partes; codex 179 anno 1271 scriptus est, codex 183 anno 1203.

Codices 222—363 continent evangeliorum exemplaria centum quadraginta duo. Codex 222, compagine eburnea saeculi tertii vel quarti instructus, anno 989 scriptus est. Codex 223 scriptus est anno 1308, codex 229 anno 1035.

[1] „Wardapet" significat monachum qui et „doctor" est.

Codices 1068—1239 continent commentarios, plerosque in libros Veteris Testamenti, nonnullos in libros Novi Testamenti.

Vir cl. Karapet me certiorem fecit bibliothecam illam hodie multo maiorem factam esse libris undique conlectis; fore ut catalogus novus mox incipiatur; catalogum propterea difficilem esse ad conficiendum, quod tomi multi conlectanei maximi bibliothecae insint (exempli gratia continere codicem 918 centum undeseptuaginta numeros, codicem 920 quadringentos quattuordecim numeros).

(5.) GEORGIANA.[1]

Etsi iam annis 320—330 Christiani in Iberia erant, tamen versio Georgiana sive Grusinica sive Iberica saeculo demum sexto confecta esse dicitur e Graecis codicibus. Fortasse vel ex Armeniacis facta est vel ex Armeniacis et Slavonicis postea interpolata; hoc adseveratur de editione versionis Georgianae Moscuae in suburbio Svenzga anno 1743 publici iuris facta[2]. Priusquam aliquid certi de versionis origine et indole didicerimus, nihil proderit rebus criticis citatio huius versionis.

georg

Edita est versio primum Moscuae a. 1723. Anno 1816 prodiit Petropoli editio litteris ecclesiasticis, anno 1818 litteris civilibus sed eiusdem textus.[3] Iulius Henricus

[1] Cf Iohannes Gottfried Eichhorn, „Von der Georgischen Bibelübersetzung" in actis *Allgemeine Bibliothek der biblischen Literatur*, Lipsiae a. 1787, vol. 1, pp. 153—169; e fonte Romano hausit Eichhornius.

[2] Zenkerus, *Bibliotheca orientalis*, Lipsiae a. 1861, vol. 2, p. 171, dicit versionem e Slavonico factam esse.

[3] Franc. Car. Alter, *Ueber georgianische Litteratur*, Vindobonae a. 1798, qui lectiones ex editione anni 1743 exhibet; S. C. Malan, *The gospel according to S. John translated from the eleven oldest versions except the Latin*, Londinii a. 1862.

Petermannus edidit[1] epistulam ad Philemonem anno 1844 ex editione anni 1816.

CODICES GEORGIANI.

Scholzius[2] atque Tischendorfius referunt de codicibus Georgianis in monasterio sanctae Crucis prope Hierosolymam servatis, Malanus de codicibus monasterii Etchmiadzinensis sub montem Ararat siti.

1. Romae Vat. Clem. Assem. 1, p. 587 a, num. 2. saec. ?, in 4, membr, foll. 303: *Evv.*

2. Romae Vat. Clem. Assem. 1, p. 587 a, num. 3. saec. ?, in 4, chart, foll. 178: *Evv.*

3. Romae Vat. Iber. 1. saec. ? („antiq."), in 4, membr: *Evv.* Cf Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova collectio,* vol. 5, Romae a. 1831, paginarum series altera, p. 242.

(6.) PERSICAE.

Persae iam primis ecclesiae temporibus evangelium receperunt, et veri simile est eos etiam versionem propriam habuisse, quamquam traditur eos versione Syriaca usos esse. Nihilominus habemus hodie teste Stephano Evodio Assemano versiones evangeliorum (Novi Testamenti, etiam Veteris Testamenti si Pentateuchum excipis) solas duas, vel, si novissimam addis, tres, easque tempore satis

[1] Petermann, *Pauli epistula ad Philemonem speciminis loco ad fidem versionum orientalium veterum una cum earum textu originali Graece edita,* Berolini a. 1844, liber metallo expressus.

[2] Scholzius dicit de codicibus quadringentis, quorum plerique libros sacros contineant, *Bibl.-krit. Reise,* Lipsiae et Soraviae a. 1823, p. 148.149. Cf Tischendorfius, *Reise in den Orient,* Lipsiae a. 1846, vol. 2, p. 69.

recenti confectas, unam ab incerto auctore e Graeco, alteram anno circiter 1341 a Simone, filio Iosephi Altabrizi seu Taurinensis, Persa Christiano concinnatam e Syriaco, tertiam anno circiter 1739 (ineunte anno 1740) iussu Shah Nadir Persarum imperatoris in urbe Ispahan elaboratam e Latino.[1] Quare in consilium vocentur in quaestionibus criticis tractandis prorsus nescio.

Versionem e Graeco saeculo ut videtur quarto decimo factam edidit Abrahamus Whelocus[2] (unde *pers*^{w} vel ^{whe}), quo (a. 1654) mortuo opus ad finem perduxit Piersonius anno (Mt 1652)1657, „conlatis codicibus tribus ex Oriente in academias utrasque Anglorum perlatis." Unus Oxoniensis videtur teste Scrivenero Laud. A. 96 fuisse; alter Cantabrigiensis erat Gg. V. 26 anno 1607 scriptus; tertius horum codicum erat Oxoniensis Pocockianus 128 (cf infra cod. 3)[3] anno 1341 scriptus qui versionem e Syriaco haustam exhibet, quo codice usus est etiam Waltonus (cf supra, p. 220) in bibliis suis polyglottis (unde *pers*^{p}), additis Samuelis Clerici versione Latina et Thomae Gravii notis. Tischen-

pers^{w}

pers^{p}

[1] De tertia hac versione refert B. Dorn, *Bulletin de la classe historico-philologigue de l'académie imp. des sciences de St. Pétersbourg*, vol. 5 (a. 1848), num 5.6(101.102), col. 65—82. Videtur Dornius codices musei Asiatici academiae Petropolitanae alterum numeris 387—392, alterum num. 392a signatos adhibuisse; cf *Catalogue* (ut supra, p. 877, cod. 35), p. 243. Cf etiam Le Long-Masch, *Biblioth. sacra*, pars 2, vol. 1, p. 164.

[2] Whelocus, *Quatuor evangeliorum . . . versio Persica, Syriacam et Arabicam suavissime redolens, ad verba et mentem Graeci textus fideliter et venuste concinnata codd. tribus mss ex oriente in academias utrasque Anglorum perlatis, operose invicem diligenterque collatis per A. W.* Londinii a. 1657.

[3] *Catalogi librorum manuscriptorum Angliae et Hiberniae in unum collecti*, Oxonii a. 1697, tom. 1, pars 1, p. 275, Bodl. XI, 5453. Scrivenerus testatur codicem alium evangeliorum Persicum, olim archiepiscopi Bancrofti, postea Lambethanum, inde ab anno 1646 Cantabrigiensem fuisse.

dorfius hausit lectiones Waltoni Persicas ex libro Christophori Augusti Bode.[1]

CODICES PERSICI.

Anglia.

1. Cantabrigiae collegii s. Emanuelis MS. 64.
chart: *Evv.* Cf *Catalogi librorum mss Angliae et Hiberniae*, Oxonii a. 1697, vol. 1, pars 1, p. 90b.

2. Cant. univ. Gg. V. 26.
a. 1607: *Evv.* Cf supra, p. 924.

3. Oxonii Bodl. Pocock. 241 (Ethé 1835).
a. 1341, 21.8×15, chart, foll. 170: *Evv* e Syriaco. Versio eadem est atque apud Waltonum (cf supra, p. 220), qui plura de hoc codice tradit, vol. 1, prolegomena, p. 102. Cf (Eduardus Sachau et) Hermannus Ethé, *Catalogue of the Persian ... MSS in the Bodleian library (Cat. codd. mss. bibl. Bodl. pars XIII)*, pars 1, Oxonii a. 1889.

4. Oxonii Bodl. Orient. 189 (Ethé 1836).
saec.? (rec): *Mt* eiusdem versionis atque quam codex 3 (Ethé 1835) continet; addita est versio Latina.

5. Oxonii Bodl. Laud. Or. 2 (Ethé 1837).
saec. ? : *Evv* versionis eiusdem atque quam I. Aumer (cf infra, cod. 17, Monac. 41d), p. 133, num. 340 habet. Fuitne hic codex olim Laud. A. 96 (cf supra, p. 924) ?

6. Oxonii Bodl. Orient. 587 (Ethé 1838).
saec. ? : *Evv.* Versio eadem atque quae in codice 5 (Ethé 1837) exstat.

7. Oxonii Bodl. Hyde 12 (Ethé 1839).
a. 1722: *Evv.* Eadem versio atque cod. 6 (Ethé 1838).

[1] Bode, *Evangelium* [*Mt Mc Lc Ioh*] *ex versione Persici interpretis in bibliis polyglottis Anglicis editum ex Persico idiomate in Latinum transtulit simulque de Persica quatuor evangeliorum versione generatim praefatus est* C. A. B. Helmstadii 1750 et 1751 quattuor partibus.

8. Oxonii Bodl. Elliott. 13 (Ethé 1839).
saec. ? (rec): *Evv.* Haec versio differt ab aliis in codicibus Bodleianis contentis, etiam a versione cura Henrici Martyn annis 1811.1812 facta, quae in codicibus Elliott. 14 (Ethé 1833) et Ouseley Add. 66 (Ethé 1834) inest.

Austria.

9. Vindobonae bibl. caes. 49.
saec.?, in 4, chart: *Psalmi Evv.* Cf Nesselius, *Catalogus bibliothecae caesareae manuscriptorum*, Vindobonae et Norimbergae a. 1690, *pars VII*, p. 151a.

10. Vindobonae bibl. caes. Flügel. 1550, foll. 105—201.
saec. XVIII ?, in 8: *Evv* ex Gallico versa. Cf Flügel, *Die arabischen, persischen und türkischen Handschriften der . . . Hofbibliothek zu Wien*, Vindobonae, vol. 3 (a. 1867), p. 11. Iosephus de Hammer, *Codices Arabicos Persicos Turcicos bibl. . . . Vindobon. recensuit* I. de H. Vindobonae a. 1820, p. 60, num. 546, caput Matthaei secundum ex hoc codice edidit.

Batavia.

11. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 675 Warn. (Goeje 2393).
saec. ? : *Evv.* Cf v. cl. M. I. de Goeje, *Catalogus orientalium bibliothecae academicae Lugduno-Batavae*, vol. 5, Lugduni Batavorum a. 1873, p. 90.

12. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 701 Warn. (Goeje 2394).
saec. ? : *Evv* non eiusdem versionis atque cod. 11 (675 Warn.).

13. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 291 Warn. (Goeje 2395).
saec.?: *Evv* eiusdem versionis atque cod. 12 (701 Warn.).

Gallia.

14. Paris. bibl. nat. Pers. 2.
saec. ? , in fol, chart: *Evv.* Cf *Cat.* Paris. a. 1739, vol. 1, p. 269.

15. Paris. bibl. nat. Pers. 3.
saec. XIII, in fol, chart: *Lc.*

16. Paris. bibl. nat. Pers. 4.
a. 1663, in 8, chart: *Evv.*

Germania.

17. Monaci bibl. reg. MS. orient. 41 d (Aumer. 340).
a. 1804, 28×22, chart, foll. 291, ll. 11: *Evv.* Textus non consentit cum textu in Waltoni polyglottis. Scriptus manu Mîrzâ ʿAbdallah (in usum viri Anglici West). Anno 1838 emptus. Cf *Cat. codd. mss bibl. reg. Monacensis, tom. 1, pars 3, codd Persicos complectens* [etiam sub titulo: *Die persischen Handschriften . . . beschrieben von Joseph Aumer*], Monaci a. 1866, p. 133.

Italia.

18. Flor. Palat. Med. 17.
saec. XVI: *Evv* mut; „epitome harmoniae quattuor evangeliorum ex mente Eusebii Pamphili"; prooemia quattuor in N.T. et commentarius in Ioh auctore Stephano, Armeniorum patriarcha, qui et hunc codicem scripsit; de Stephano et de versionibus Persicis cf Assemanus, *Bibl. Med. Laur. et Pal. codd. mss. orientt.* Florentiae a. 1742, p. 60.61. Codex hic est versionis antiquae e Syriaco haustae.

19. Flor. Palat. Med. 19.
recens: *Mt* Pers e Graeco.

20. Flor. Palat. Med. 23.
recens: *Mt* Pers e Syriaco.

21. Flor. Palat. Med. 33.
saec. ? : *Evv* Pers.

22. [Rom. Vat. Pers. 1: *Evv* e Gallico vel Latino.]

23. Romae Vat. Pers. 2.
saec. XVI, in fol, seric, foll. 113: *Evv.* In regione Golcondae scriptus. Cf Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova collectio,* vol. 4, Romae a. 1831, p. 630.

24. Romae Vat. Pers. 3.
a. 1592, in 4, chart, foll. 60: *Matt.* Alepi scriptus.

25. Romae Vat. Pers. 4 olim, 1 olim, Lat. 3774.
a. 1312, in 8, chart, foll. 80: *Matt.*

26. Romae Vat. Pers. 56.
saec. XV, in 8, chart, foll. 217: *Evv.*

Russia.

27. Petropoli bibl. caes. Orient. 248.
a. 1318, in 8, chart(?), foll. 211: *Evv.* Textus non consentit cum textu in polyglottis Londinensibus (cf supra, p. 220). Olim Eusebii Renaudot, deinde Dubrowskii. Cf *Catalogue* (ut supra, p. 877, cod. 35), p. 241—243 ubi pauca ex codice exhibentur. De codicibus duobus musei Asiatici academiae Petropolitanae, vide supra, p. 924, adn. 1.

(7.) ARABICAE.[1]

Quo tempore primum exstiterit versio Arabica omnino nescimus. Vestigia versionum Arabicarum ante Mohammedis tempora confectarum desunt, negavitque Iohannes Gildemeisterus[2] versiones innotuisse iis qui desertum incoluerunt, quamquam concedit regni Ghassanidarum Arabes doctiores ad hoc opus idoneos fuisse. Videntur tamen versiones non multo post illud tempus factae esse cum codices habeamus qui ante annum 850 scripti esse putantur. Paulus de Lagarde,[3] vir de linguis orientalibus optime meritus, ita

[1] De versionibus Arabicis conferendi sunt Hugii liber *Einleitung* etc. ed. 4, Stutgardiae et Tubingae a. 1847, vol. 1, p. 378—402; — et liber Iohannis Gildemeisteri *De evangeliis in Arabicum e simplici Syriaca translatis*, Bonnae a. 1865; etiam Gildemeisteri *Catalogus manuscriptorum Arabicorum bibliothecae Bonnensis*, Bonnae a. 1873, fasc. 4, p. 64, adn.*; — praeterea verba Cornelii V. A. Van Dyck, Americani, a v. cl. Isaaco H. Hall publici iuris facta, *Journal of the American Oriental society*, vol. 11, num. 2, Novo Portu (New Haven) a. 1885, p. 276—286; — denique v. cl. Martinus Klamroth, *Der Auszug aus den Evangelien bei dem arabischen Historiker Iaᶜqûbî. Dissertatio festalis gymnasii Guilelmiani*, Hamburgi, a. 1885, p. [117.118] et v. cl. Ignatius Guidi, „Le traduzioni degli Evangelii in arabo e in etiopico" in actis *Atti della R. accademia dei Lincei* (cf supra, p. 894, adn. 1), series quarta, vol. 4, p. 5—37.

[2] Gildemeister, *De evv. in Ar. e simpl. Syr. transl.* p. 30.31.

[3] Lagarde, *De novo testamento ad versionum orientalium fidem edendo*, Berolini a. 1857, p. 3; conferenda est dissertatio eadem

de hac re loquitur: „arabicam versionem quae in orientis regionibus facta sit (ni fallor) unam tantum habemus, eam vero ad trium nationum usus accommodatam;“ — postea addit haec de versionibus Arabicis: „quarum ratio eadem mihi esse videtur quam recensionum latinarum esse Nicol. Wisemanus ostendit.“ Evangelia quoad hodie typis expressa sunt textum plerumque eundem exhibent[1] et e Graeco textu versa sunt, sed ita ut hic illic cum textu Syriaco vel cum Memphitico concinant.[2] Versio alia item e Graeco facta invenitur in codice Vaticano Arab. 13, de quo Scholzius disseruit; minus accurata est multis vel omissis vel additis; videtur[3] a Daniele Philentolo incohata, ab eius filio Gabriele Philokalo ad finem perducta esse in urbe Emesa. Exstat in codice a Tischendorfio ex oriente Petropolim lato evangeliorum versio Arabica e Syriaco Peshitta textu facta, qua de versione Gildemeisterus fusius egit.[4] Libros alios e Graeco textu versos exhibent biblia polyglotta Parisiensia, unde etiam Londinensia, e codice „quem ex Aleppo adduci curaverat R. P. Ioseph Carmelita“; Act Paul Cath teste Hugio ab uno interprete eoque Africano versa sunt, Apoc videtur alium interpretem habuisse. Act Cath Paul e Graeco versa reperiuntur etiam in illo

in libro *Gesammelte Abhandlungen*, Lipsiae a. 1866, p. 90, adnotatione addita.

[1] Fabulas de evangeliis e Vulgata Latina in Hispania versis, quas Iuynbollius anno 1838 accepit, explosit Gildemeisterus (*De evv.* etc. p. 42—48 et p. iii), qui monstravit codicem Franequeranum editionis Romanae apographum esse, Ioannem Hispalensem translationem non fecisse.

[2] Cf Hugius, *Einl.* p. 379—393.

[3] Abulfaragius Abdalla Ben Altib versionem ut videtur utriusque Testamenti commentariis suis inseruit; erat e Syriaco. Cf Hugius, *Einl.* p. 385; Gildemeisterus, *De evv.* p. 36.

[4] Cf Hugius, *Einl.* p. 381—385. Vide etiam codicem Londinensem mus. Brit. Harl. 5474, anno 1288 scriptum, [Cureton] *Catalogus, codd. mss. orientt.* etc, pars 2, Londinii a. 1846, p. 16 b.

codice Vaticano quem iam nominavimus. Act Paul Cath Apoc e Syriaco textu versa exhibentur in editione Erpenii (cf infra) e codice Leidensi cum lectionibus ad Act Paul Cath e codice ut videtur Oxoniensi; Act Paul Iac 1 Pet 1 Ioh sunt e Peshitta versione; 2 Pet 2.3 Ioh Iud Apoc videntur ex alia versione Syriaca, fortasse (quod putat Hugius) hodie ignota, hausta.[1]

Edita[2] est versio evangeliorum Arabica primum Romae (unde ar^{r} vel ^{ro}) anno 1590 (ad finem subscribitur annus 1591), et iterum eodem anno cum interpretatione interlineari Latina ab Antonio Sinaita facta; cum novis titulis denuo venum datus est liber annis 1619 et 1774; editor fuit Raimundus. Anno 1612 Lugduni Batavorum prodiit epistula ad Titum cum Iohannis Antonidae Alemariani interlineari versione Latina, et eodem anno Iohannis epistulae tres cum versione Wilhelmi Bedwell Latina, anno 1615 epistula ad Romanos et epistula ad Galatas, anno 1616 Novum Testamentum integrum cura Erpenii (unde ar^{e} vel^{er}) e codice[3] anni 1342 (1343), qui videtur e codice Florentino 101 (cf infra, p. 942, cod. 90) transcriptus esse[4]; hunc codicem Scaligeri contulit Franciscus Raphelengius in usum Erpenii cum alio codice in Act et Epp; Erpenius ipse videtur conlationem illius codicis cum codicibus ei

[1] Sententia Steph. Evod. Assemani exstant interpretationes Novi Testamenti Arabicae modo duae, a. Alexandrina e Graeco facta qua utuntur Melchitae et Coptitae, quae in Polyglottis Parisiensibus et Londiniensibus impressa est, — b. Antiochena e Syriaco facta qua utuntur Syri Nestoriani, Chaldaei, Iacobitae, Maronitae, quae ex codice Flor. Palat. Med. 2 anno 1703 Romae prodiit.

[2] De editionibus conferendus est Ioh. Gildemeisterus, *De evang.* etc. p. iii. 42.43 adn. et *Catal.* p. 64 adn.; — item Lagardius (ut infra, p. 936, cod. 36), p. IX—XI; — I. Th. Zenkerus, *Bibliotheca orientalis*, Lipsiae a. 1846, p. 184—190.

[3] Vide infra, p. 937, cod. 43.

[4] Erpenii textum invenies etiam in evangeliis Coptico-Arabicis a societate biblica Londinii a. 1829 publici iuris factis.

propriis curasse.[1] Anno 1645 foris data sunt biblia polyglotta (unde ar^{p} vel p^{o}) Parisiensia quae textum evangeliorum Arabicum ex editione Romana vel etiam e codicibus reg. (nat.) 27 et Coisl. 239 (cf infra, p. 939, codd. 62 et 65) hauserunt, aliorum librorum e codice „quem ex Aleppo adduci curaverat" Iosephus Carmelita (cf supra, p. 929). Haec Parisiensia secuti sunt editores bibliorum polyglottorum Anglicorum anno 1657; ex his, nonnullis propter societatis biblicae regulas mutatis, haustus est textus editionis Novi Castelli annis 1811 et 1816. Editio bibliorum Romae anno 1671 publici iuris facta impressa est teste Zenkero iam anno 1650 (anno 1820 Londinii N. T. ex hac editione prodiit), anno vero demum 1860 teste Lagardio iterum Londinii typis mandata. Prodiit Romae a. 1703 cura Fausti Naironi N. T. Carshunice et Syriace, e codice Cyprio, non e codice Mediceo; repetita est haec editio in usum societatis biblicae cura Sacii Parisiis anno 1827. Editiones evangeliorum Halabi anno 1706 (et evangeliarii Halabi a. 1706), Negriana (a Negrio non adulterata) Londinii a. 1727, evangeliarii Mar Hannae anno 1776 publici iuris factae textum paene unum praebent eumque e codice vel codicibus alibi non adhibitis. Teste Steph. Evodio Assemano[2] adulterini sunt multi loci in editione Novi Testamenti Arabica Londinii a. 1725 cura Charmel mercatoris Anglici facta. Prodiit anno 1816 Calcuttae Novum Testamentum.[3] Quam paraverunt editionem Coptico-Arabicam Tattamus et Curetonus Londinii annis 1847—1852 hauserunt ex editione Shuairensi anni 1776, hic illic verba

[1] Lagardius (ut infra, cod. 36), p. XX, adn.*, dicit Erpenii codices venum datos Cantabrigiam missos esse. Suntne hodie Cantabrigiae? Exemplar unius codicis scriptum erat manu Nesiulaman filii Azalkefati.

[2] Assemani, *Bibl. Med. Laur. et Pal. codd. mss. orientt.* Florentiae a. 1742, p. 65.

[3] Exemplar Lipsiense dicit in fronte „cura N. Sabat".

Copticis similia, e codice apud Coptorum patriarcham adservato hausta, inserentes. Anno 1864 edidit Lipsiae v. cl. Paulus de Lagarde evangelia Arabice e codice Vindobonensi.[1] Tischendorfius in lectionibus Arabicis conligendis usus est etiam exemplari N. T. Graeci a Millio et Kustero editi manu Christiani Benedicti Michaelis notis instructo quae lectiones Erpenii saepe praebebant, unde signum *mich;* hoc N. T. acceperat e bibliotheca Orphanotrophei Halensis.

CODICES ARABICI.

Anglia.

1. Cantabrigiae bibl. univ. G. 5.27. a. 1285: *Evv.* ?

2. Cantabrigiae bibl. univ. G. 5.33: *Evv.*

3. Londinii collegii Gresham, MS. Norfolcianus 494. *Evv* Arab. Cf *Catalogus librorum mss. Angliae et Hiberniae,* Oxonii a. 1697, p. 83b.

4. Londinii collegii Gresham, MS. Norfolcianus 516. *Cath* Arab litt Syriacis.

5. Lond. mus. Br. Arundel. Orient. 7 (Forshall. Carshun. 2). a. 1609.1610: *Paul* (Phm Hebr) *Act Iac 1 Pet 1 Ioh.* Manu Cyriaci monachi et presbyteri, filii monachi Abdalcarimi ex castro Mansuri prope Mardam. Titulus epistulae Iacobi incipit: „epistula prima ex epistulis *septem* catholicis."

6. Lond. mus. Brit. Arundel. Orient. 20 (Cureton. 11). a. 1280, in 4, chart, foll. 154; praefatio generalis in evangelia, Eus-tab, prol., capp-tab (Mt 93 Mc 54 Lc 86 Ioh 46), subscr, syn: *Evv.* Scriptus Damasci in aede dominae Copto-Aegyptiae e codice Arabico scripto manu abbatis Akhristátuli (Christoduli) metropolitae urbis Dimyát (Damiatae) noti nomine Ibn Aldahíri. Synaxarium sequitur ordinem anni Coptici, incipit inde a mense Thoout, praebet

[1] Cf infra, p. 936, cod. 36.

quae legi debent diebus festis, ieiunio sancto, sabbatis, dominicis, feriis quartis et sextis. Cf (Curetoni) *Catalogus codd. mss. orientt. qui in Museo Britannico asservantur, pars 2, codd Arr amplectens*, Londinii a. 1846.

7. Lond. mus. Brit. Add. 11,856 (Cureton. 12).

a. 1337, in 4, chart, foll. 205; arg in Mt, capp-tab, subscr, pict: *Evv.* Scriptus manu diaconi Yasuf filii Waliy-'uldaulah Mikhâil, filii doctoris Faṣl-'ullah, noti appellatione Scribae Thesauri. Olim collegii de propaganda fide ex dono Petri Boydam archiepiscopi Scuporum.

8. Lond. mus. Brit. Add. 9061 (Cureton. 13).

saec. XV, in 4, chart, foll. 154, charactere occidentali scriptus; prol ex Hier, capp (Mt 28 sed non hodierna ut vid, Mc 13, Lc 21, Ioh 14): *Evv*; mut. Post finem exstat synopsis librorum Aristotelis de physica auscultatione.

9. Lond. mus. Brit. Arundel. Orient. 19 (Cureton. 14).

a. 1616, in 8, chart, foll. 419; capp (Mt 101 Mc 54 Lc 86 Ioh 46 Act 48 etc), subscr: *Evv Act Paul* (Phm Hebr) *Cath* (septem ordine usitato) *Psalmi* et *Cantica.* Manu Taljah filii parochi Ḥúrán Alḥamawi. Post finem Act notitia de Paulo secunda vice nutu Neronis Romam ducto.

10. Lond. mus. Brit. Harl. 5474 (Cureton. 15).

a. 1288, in 4, chart, foll. 210; prol in Paulum sive vita Pauli, *μαρτ* ut vid, subscr: *Paul* (Phm Hebr) *Cath* (septem ordine usitato) *Act.* Post finem Act notitia de Paulo secunda vice nutu Neronis Romam ducto.

11. Lond. mus. Brit. Sloan. 1796 (Cureton. 16).

saec. XVII, in 12, chart, foll. 65: *Tit Phm* cum versione Latina.

12. Lond. mus. Brit. Add. 7086 (Cureton. 17).

a. 1398, in 4, chart, foll. 56: *Apoc.* Scriptus Alexandriae e codice ecclesiae patriarchalis dictae Almua'lacah. Ambrosius de Melita, episcopus Auriensis, codicem misit „ex civitate Cayri ad dominos reverendiss. Curiales sanctae Inquisitionis".

13. Olim Marsdeni.
saec.?, in 4, chart?: *Evv.* Cf Guilelmus Marsden, *Bibliotheca Marsdeniana philologica et orientalis. A catalogue etc*, Londinii a. 1827, p. 301b.

14. Oxonii Bodl. Hunt. 615.
saec. ? , in 8, chart, foll. 275: *Evv* Arabice e Graeco versa, litteris autem rabbinicis. Cf Iohannes Uri, *Bibliothecae Bodleianae codicum mss. orientalium . . . catalogus*, pars 1, Oxonii a. 1787, codd. Hebrr., p. 15, num. 79.

15. Oxonii Bodl. Maresc. 138.
a. 1579, in 8, chart, foll. 166: *Evv* Arabice (?) Hierosolymis scripta. Cf Urius, cod. Syr. p. 5, num. 22.

16. Oxonii Bodl. Maresc. 426.
a. 1544, in fol, chart, foll. 204, coll. 2: *Evv Act Cath* septem *Paul* (Phm Hebr) Arabice e Syriaco. Scriptus in urbe Hardin. Cf Urius, cod. Syr. p. 4, num. 15.

17. Oxonii Bodl. Marsh. 167 (Uri. Arab. 22).
saec.?, in fol, chart, foll. 288; capp Copt: *Evv* „e Graecis, vel potius Copticis, codicibus expressa". Cf Urius (ut cod. 14), paginarum series altera, p. 32a.

18. Oxon. Bodl. Seld. 3202. A. 69 (Uri. Arab. 23).
a. 1326, in fol, chart, foll. 230; capp Graec: *Evv* e Coptico. Scriptus in Aegypto, in monasterio Shahrani.

19. Oxon. Bodl. Arch. Seld. A. 68 (Uri. Arab. 24).
a. 1285, in fol, chart, foll. 238; syn: *Evv* e Coptico cum glossis Copticis.

20. Oxon. Bodl. Hunt. 118 (Uri. Arab. 25).
a. 1259, in fol, chart, foll. 330; Eus-tab in calce, prol Copt: *Evv* cum glossis Copticis.

21. Oxon. Bodl. Hunt. 262 (Uri. Arab. 26).
vetus, in fol, chart, foll. 262: *Evv* cum catena. Anno 1575 positus erat in bibliotheca Abu Musae monachi.

22. Oxon. Bodl. Laud. A. 132 (Uri. Arab. 27).
saec.?, in fol, chart: *Paul* (Phm Hebr) *1. 2. 3 Ioh 1. 2 Pet Iud Iac.*

23. Oxon. Bodl. Seld. 3203 (Uri. Arab. 28).
saec. ?, in 4, chart, foll. 288: *Paul* (Phm Hebr) *Cath* (ordine usitato) *Act* e Coptico. Scriptus in monasterio s. Antonii.

24. Oxon. Bodl. Marsh. 575 (Uri. Arab. 29).
a. 1256, in 4, chart, foll. 215: *Evv.*

24a. Oxon. Bodl. Laud. A. 70 (Uri. Arab. 30).
saec. XVII (?), in 4, chart, foll. 70: *1.2.3 Ioh* cum praefatione et versione Bedwelli (cf supra, p. 930).

25. Oxon. Bodl. Laud. A. 61 (Uri. Arab. 31).
saec. ?, in 4, chart, foll. 160: *Evv.*

26. Oxon. Bodl. Hunt. 366 (Uri. Arab. 32).
a. 1478, in 8, chart, foll. 180; Eus-tab, prol: *Evv.*

27. Oxon. Bodl. Hunt. 571 (Uri. Arab. 33).
saec. ?, in 8, chart, foll. 60: *Apoc* cum paraphrasi.

28. Oxon. Bodl. Laud. A. 2 (Uri. Arab. 34).
saec. ?, in 8, chart, foll. 12: *1 Thess.*

29. Oxonii Bodl. Orient. 265 (Nicoll. 14).
a. 1348, in fol, chart, foll. 174; prol: *Evv.* Versio est Erpeniana. Cf Alexander Nicoll, *Bibl. Bodleianae codd. mss. orientalium catalogus,* pars 2, vol. 1, Oxonii a. 1821, p. 16b—19a, num. 14.

30. Oxonii Bodl. Orient. 299 (Nicoll. 15).
a. 1564, in fol, chart, foll. 175; prol, capp-t: *Evv.* Nicollus orationem dominicam et initium Lucae exhibet.

31. Oxonii Bodl. Orient. 301 (Nicoll. 16).
a. 1705, in fol, chart, foll. 118: *Evv.* Non consentit cum impressis.

32. Oxonii Bodl. Canonic. Orient. 129 (Nicoll. 17).
a. 1284, in fol, chart, foll. 210; Euth, syn: *Paul* (Phm Heb) *Cath Act.* Consentit fere cum textu Erpeniano.

33. Oxonii Bodl. Orient. 333 (Nicoll. 18).
saec. XVIII, in fol, chart, foll. 100: *Paul* (Phm Heb) *Cath Act* 1,1—14,26. Eadem manu qua codex 31 (Orient. 301). E Syriaco versus.

34. Oxonii Bodl. Orient. 549 (Nicoll. 19).
a. 1492, in 4, chart, foll. 266: *Evl.* Textus cum editis non consentit.

35. Oxonii collegii Reginensis MS. 351.
saec. XVI, in 4, chart, foll. 408: *N. T.* excepta Apocalypsi.

Austria.

36. Vindobonae bibl. caes. Lambec. Or. 43 (Nessel. 44, A. F. 97, Hammer. 545, Flügel. 1544).
saec. Lagard. XIV, Flügel. VIII vel IX, in 8, chart, foll. 217, ll. 16; Eus-t, prol, vitae evangelistarum, capp-tab, capp (Mt 101, Mc 54, Lc 86, Ioh 46), *στίχ*: *Evv.* Lectiones variae e textu Aegyptiaco, Syriaco, Graeco (? vide Lagardium p. XI) ad marginem adscriptae sunt. Olim Seb. Tengnagelii, qui a. 1605 codicem bibliothecae legavit. Cf Petrus Kirstenius, *Vitae ev'tarum* . . . Breslae a. 1608, et *Notae in evang. s. Matt* . . . Breslae a. 1611; Petrus Lambecius, *Commentarii de* . . . *bibliotheca caesarea Vindobonensi*, Vindobonae a. 1665, liber 1, p. 171—173; Daniel de Nesselius, *Catalogus bibliothecae caesareae manuscriptorum*, Vindobonae et Norimbergae a. 1690, *pars VII* [orientt.], p. 150b. 151a; Iosephus de Hammer, *Codices Arabicos Persicos Turcicos bibl. caes.-reg. Palat. Vindobon. recensuit* I. de H. Vindobonae a. 1820, p. 60.61 (cur Hammerus de Act et 2 Cor codicis dicat, nescio); Gustavus Flügel, *Die arabischen, persischen und türkischen Handschriften der* . . . *Hofbibliothek zu Wien*, Vindobonae, vol. 3 (a. 1867), p. 6. Paulus de Lagarde totum edidit, *Die vier Evangelien arabisch aus der Wiener Handschrift herausgegeben*, Lipsiae a. 1864; hic liber prolegomenis uberrimis instructus est.

37. Vindob. caes. Flügel. 1545: saec. XIII vel XIV, foll. 47: fragm ex *Mt Mc.*

38. Vindob. caes. Flügel. 1546 et 1547: saec.?, foll. 18: fragm ex *Mc* et *Lc.*

Batavia.

39. Amstelodami societatis Remonstrantium MSS. 190 et 189 (Goeje 2793 et 2794).

Praebet prior *Evv* (Erpeniana) alter *Apoc* Arabice manu Europaea scriptam. Cf v. cl. M. I. de Goeje, *Catalogus codicum orientalium bibliothecae academicae Lugd.-Bat.* vol. 5, Lugduni Batavorum, a. 1873, p. 310.

40. Leovardiae (Leuwarden) MS. Arab. 5 (Goeje 2785). a. 1610: *Evv* ex versione Erpeniana. Codex fortasse ex editis exscriptus Amstelodami, manu Abdo-'l-Aziz ibn Mohammed in usum Iohannis Paget, fuit Iacobi Rhenferdii († 1712), deinde academiae Franequeranae. Cf Lagardius (ut cod. 43), p. IX.X adn., et Goeje (ut cod 39).

41. Lugduni Batavorum acad. scientiarum (Iong. 142). saec.?, in 4, chart, foll. 360; Euth: *Paul* (Tit [Phm?] Hebr) *Cath Act.* Textus consentit cum Erpeniano. Anno 1597 fuit Iohannis Boreel Middelburgensis, postea Walraveni, deinde Willmeti. Videtur iam anno 1654 bibliothecae universitatis Ludg.-Bat. fuisse. Ex hoc codice emendarunt Nisselius et Petraeus 1.2.3 Ioh Iud, quas epistulas anno 1654 ediderunt. Cf v. cl. P. de Iong, *Catalogus codd. orient. bibl. acad. regiae scientiarum* ... Lugd. Bat. a. 1862, p. 180—183.

42. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 243 Scaliger (Goeje 2368). cf supra, p. 695, Evl 6. „Versio evangeliorum eadem est ac Erpeniana." Cf Goeje (ut cod 39).

43. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 217 Scaliger (Goeje 2369). saec. XV(1342?): *N. T.* Ordo est Evv Paul Cath Act Apoc. Ex hoc codice edidit Erpenius Novum Testamentum (cf supra, p. 930). Lagardius contulit cum codice Vindobonensi, *Die vier Evangelien arabisch*, Lipsiae a. 1864, p. XX—XXXI; nihil de illo anno dicit, vix tamen putat codicem anno 1400 anteriorem esse.

44. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 619 Warn. (Goeje 2370). saec.?: *Evv.* Hoc codice „antiquo" Lagardius non usus est.

45. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 214 Scaliger. (Goeje 2371). saec. XVII ? : capita 26 ex *Matt*, 9 ex *Mc*; eadem versio, ut videtur, atque in cod. 43 (Scal. 217) Fortasse in Hollandia scriptus (cf Lagarde [ut cod. 43], p. IX, adn.). Fuit Raphelengii.

46. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 255 Scaliger. (Goeje 2372). a. 1582: *Lc* et *Ioh* Eadem versio atque in cod. 43 (Scal. 217).

47. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 218 Scaliger. (Goeje 2373). saec. XVII ? : *Mc.* Eadem versio atque in cod. 43 (Scal. 217). Olim Raphelengii.

48. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 223 Scaliger. (Goeje 2374). saec. XV: *Evv.* Versio eclectica. Cf Lagarde (ut cod. 43), p. XVIII—XIX.

49. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 225 Scaliger. (Goeje 2376). a. 1179: *Evv.* De versionis indole cf Goeje. Lagardius (ut cod. 43), p. XIX.XX, textum, quare nescio, non curiosius examinavit.

50. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. Orient. 1571 (Goeje 2377). a. 1331, pict: *Evv.* Versio eadem atque in cod. 49 (225 Scal). Olim Palmii.

51. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 561 Warn. (Goeje 2378). saec. ? : *Evv.* Versio ab eis quae in ceteris codicibus Lugdunensibus inveniuntur differt. Textus divisio Syriaca est.

52. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 252 Scaliger. (Goeje 2380). saec. ? („recens"): *Apoc*, non versionis Erpenianae.

53. Schultensianus MS. Orient. 1.
a. 1331, in 4, membr, foll. 216; pict: *Evv* deest Mt 2,12—23. In fine addita sunt diversa ad venerationem Mariae spectantia. Cf *Catalogus librorum ac mss. bibliothecae Schultensianae, qua, dum in vivis erat, usus est Ioh. Heinr. van der Palm* . . . [Lugduni Batavorum mense Aprili a. 1841, venum data est bibl.] p. 185.186.308.309.

Gallia.

54. hug vel cop hug: Paris. bibl. nat. 17, olim 332. Copt-Arab, cf supra, p. 880, cod. 8; Hugius, *Einl.*

ed. 4, Stutgardiae et Tubingae a. 1847, pars 1, p. 386—388, Philem ex hoc codice edidit; textus est ex Memphitico.

55. Paris. bibl. nat. Arab. 21.
a. 1340, in fol, chart: *Paul Iac 1* (et *2*?) *Pet Iud Act* Arabice; e Coptico versus et ad vetustos codices Syriacos emendatus est textus. Cf Scholzius, *Reise,* p. 51.59.

56. Paris. bibl. nat. Arab. 22.
saec. ?, in fol, chart: *Paul Cath* (septem ?) Arabice e Coptico versae et ad vetustos codices Syriacos emendatae, *Act* Arab. Cf Scholzius, *Reise,* p. 51.59.

57. Paris. bibl. nat. Arab. 23.
saec. ?, in fol, chart: *Apoc* Arabice e Graeco; sequitur comm in Apoc in quo saepe Hippolytus Portuensis laudatur.

58. Paris. bibl. nat. Arab. 24.
saec. ?, in 4, chart: *Ioh.*

59. Paris. bibl. nat. Arab. 24 A.
a. 1545 (1262 ?), in 4, chart; prol: *Evv.*

[59a. Paris. bibl. nat. Arab. 24 B.
saec. XVII: *Evv* manu Abulmauvahheb Iaacub Maronitae († 1692) versa.]

60. Paris. bibl. nat. Arab. 25.
a. 1583, in 4, chart: *Act Paul Cath.* Cf Scholzius, *Reise,* p. 51.60.

61. Paris. bibl. nat. Arab. 26.
saec. ?, in 4, chart: *Apl* in dies festos in usum Melchitarum.

62. Paris. bibl. nat. Arab. 27.
saec. ?, in 8, chart; Eus-t, prol: *Evv* ut videtur e Coptico versa ad Syriacum vero et Graecum emendata.

63. Paris. bibl. nat. Arab. 27 A: *Ioh*

64. Paris. bibl. nat. Arab. 74: a. 1645: *Evv.*

65. Paris. bibl. nat. Coisl. 239: *Evv.*

66. Paris. bibl. nat. Coisl. 244: a. 1330: *Act Epp.* Cf Scholzius, *Reise,* p. 51.60.

67. Paris. bibl. nat. Suppl. Syr. 11 (Zot. 61).
a. 1746, in 4, chart, foll. 58: lectiones in dies festos e *Paul.* Cf vir cl. H. Zotenberg, *Catalogues des mss syriaques ... de la bibliothèque nationale*, Parisiis [a. 1874].

68. Paris. bibl. nat. Copt. 42.
saec. ?, in 8, chart: *Apoc* Arab. Praecedunt preces et cantica.

Germania.

69. diez: Berolini bibl. reg. Diezii.
a. 1265 (?), mut: *N. T.* e Syriaca simplici versum. Cf Iulius Henricus Petermann, *Pauli epistola ad Philemonem speciminis loco ad fidem versionum orientalium veterum una cum earum textu originali Graece edita*, Berolini a. 1844, p. III. Metallo expressus est liber.

70. reg berol *vel* cop berol: Berolini bibl. reg.
Paul e Coptico. Cf Petermann (ut supra).

71. Dresdis bibl. reg. MS. Or. 9.
saec. XVII, in fol, chart, foll. 122: *Evv.* In Moldavia scriptus. Teste Reiskio est textus familiae Erpenianae, idoneus vero ad Erpenianum emendandum. Cf Iohannes Iac. Reiske, „MSS CXXXV orientalium biblioth. elector. Dresdensis catalogus", in actis *Memorabilien*, a H. E. G. Paulo editis, particula 4, Lipsiae a. 1793, p. 4.

72. Gothae bibl. ducalis MS. Or. Möll. 156.
saec. ?, litteris Syriacis scriptus: *Ioh* versionis Erpenianae. Cf v. cl. Guilelmus Pertsch, *Die arabischen Handschriften ... zu Gotha*, Gothae, vol. 4 (a. 1883), p. 563, num. 2889.

73. Gothae MS. Arab. 1707 d: cf supra, p. 840, num. 100.

74. Gothae MS. Arab. Möll. 145.146: *Mt* Arab-Lat prorsus recens.

74a. Guelferbyti Orient. 31 et 32 Gud. Gr.
saec. XVI, in fol, chart: *Paul Cath Apoc.* Olim Parisiis.

75. Lipsiae bibl. univ. Tischend. 12.
saec. X vel XI, in 4, membr, foll. 130, Syr-Arab,

mut: *Evv* ex Syriaco versa. Cf Tischendorfius, *Anecdota*, a. 1855, p. 65.66. Ioh. Gildemeisterus commentationem uberrimam de hoc codice scripsit, *De evangeliis in Arabicum e simplici Syriaca translatis*, Bonnae a. 1865.

76. Lipsiae bibl. univ. Tischend. 31.
saec. IX, in 4, membr, foll. 2: *Mt* 10,9—11,4 et 14,13—15,2; teste Henrico Leberecht Fleischer sunt haec fragmenta versionis Arabicae ceterum ignotae, *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiae a. 1854, vol. 8, p. 585 sq.; Tischendorf. *Anecdota*, a. 1855, p. 70.

77. Lipsiae bibl. univ. cod. Tischendorf. 27.
saec. ?, in fol, chart, foll. 25: fragm *Paul* e Coptico versa.

78. lips: Lipsiae bibl. univ. Tischendorf. 37.
saec. XIII, in fol, chart, foll. 13 (17): fragmenta ex *Paul* et *Cath*; textus Paul (non Cath) est Erpenii textui similis; a Tischendorfio in Europam latus, *Anecdota*, a. 1855, p. 71.

79. lips: Lipsiae bibl. univ. Tischendorf. 38.
saec. XIII, in fol, chart, foll. 8: fragmenta ex *Paul* e Coptico versa; a Tischendorfio ex Oriente adlatus, *Anecdota*, a. 1855, p. 72.73. Fortasse cognati sunt ar ^{hug} et ar ^{berol}.

80. Monaci bibl. regiae cod. or. 41 (Aumeri 238).
a. 1393 vel 1394, 28×21, chart, foll. 97, col. 1, ll. 20: *Evv*. Si recte nos docet codex textum anno 946 opera Isaac ben Balishak (?) Cordubensis versum esse, fluxit textus sine dubio ex Latino. Olim Widmanstadii fuit, qui fol. 1 dicit interpretationem esse diversam „a vulgata et usitata Arabum versione". Cf Aumerus, *Die arabischen Handschriften der k. Hof- und Staatsbibliothek in München* (*Catalogus* etc, *tomi primi pars secunda*), Monaci 1866, p. 78.

81. Monaci bibl. reg. Quatremère 216 (Aumeri 239).
a. 1770, 21.5×15, chart, foll. 133, ll. 17: *Evv*. Manu Ieremiae episcopi Damasceni scriptus.

82. Monaci bibl. reg. Quatremère 480 (Aumeri 240.) saec. XIX (?), 11.5×8.2, chart, foll. 210, ll. 15: *Evv.*

83. Monaci bibl. reg. cod. Arab. 240a. saec. XIX (?), 33.5×22.5, chart, foll. 96, ll. 19: fragmenta ex *Evv.* Cf *Verzeichniss der orientalischen Handschriften der k. Hof- und Staatsbibliothek in München* (*Catalogus* etc, *tomi primi pars quarta*), Monaci a. 1875, p. 155, num. 947.

Italia.

84. Eugubii [Gubbio] bibliothecae communalis MS. 18. saec. XVII: *Evv.* Cf v. cl. G. Mazzatinti, *Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia,* Forlivii a. 1890, p. 122.

85. Flor. Palat. Medic. 2. a. 1611: *Evv Paul* (Phm Hebr) *Cath* (7) *Apoc.* Versio Carshunica, Arabica litteris Syriacis conscripta. Romae manu Antonii filii Euphimiani, in usum Iohannis Raimundi scriptus e tribus exemplaribus collegii Maronitarum.

86. Flor. Palat. Medic. 3. saec. ? : *Rom 1.2 Cor Gal Eph.* Versio „Alexandrina" teste Assemano. Hic codex est Scholzii Medic. 1, *Reise,* p. 87.89—91, ubi pericopam e 1 Cor dat.

87. Flor. Palat. Medic. 9. *Act* e Graeco: codex Raimundi, in quo Latinam suam versionem inter lineas scripsit. Hunc codicem numerat Scholzius, *Reise,* p. 87.89, Medic. 25.

88. Flor. Palat. Medic. 11: *Mt* e Graeco.

89. Flor. Palat. Med. 14. saec. ? : *Paul* (Phm Hebr) *Iac 1.2.3 Ioh 1.2 Pet Iud Act* e Coptico. Manu Iohannis in tribunali Alexandriae urbis notarii scriptus.

90. Flor. Palat. Med. 20. a. 1580: *Evv* e Copto. Patruus est codicis Lugdunensis 217 Scaligeri (vide supra, p. 937, cod. 43) ex quo Erpenius a. 1616 Evv typis expressit. Nam codex 43 descriptus est ex exemplari „cuius descriptor ait se id

descripsisse ex alio exemplari emendato, exarato manu Ioannis episcopi Copton: qui Ioannes dicit se suum descripsisse ex emendatissimo exemplari, quod ediderat Nesiulaman, filius Azalkefati". Teste Assemano elaborata est haec versio a Nesiulamano e Coptico ante saeculum undecimum. Est Scholzii Flor. Med. 101 anni 1272, cf Scholzius, *Reise*, p. 87.88.

91. Flor. Palat. Med. 24.
recens: *1.2 Tim Hebr Iac 1.2 Pet Iud* e Graeco. Scriptus a Guilelmo quodam in usum Ioh. Bap. Raimundi. Videtur hic codex esse Medic. 226 apud Scholzium, *Reise*, p. 87.91.92.

92. Flor. Palat. Med 25.
saec. ? : *Evv* e Graeco. Haec evangeliorum versio prodiit typis Alepi a. 1706 sumptibus Athanasii Antiocheni, Graecorum Melchitarum patriarchae.

93. Flor. Palat. Med. 29.
saec. ? : *Apoc* e Graeco (Assem. teste; cf etiam supra p. 938, cod. 52, Lugd. 252). Estne hic Scholzii Medic. 410, *Reise*, p. 87.92.93, ubi pericopam dat?

94. Florentiae Medic. 61.
Act Epp. Scholzius, *Reise*, p. 87.88, lectiones paucas dat.

95. Mediolani Ambros. B. 20. 1.
saec. XV: Memph-Syr-Aeth-Arab-(Armen): *Epp.* Scholzius, *Reise*, p. 73.74, lectiones paucas ex Cath dat.

96. Romae bibl. Minervae IV, 187, in CC.
a. 1009.1010, in 4, chart: *Evv.* Scholzius, *Reise*, p. 132.133.

97. Romae bibl. Min. IV, 191, in CC.
saec. XI, in 4, chart: *Evv.* Scholzius, *Reise*, p. 132—135, textum huius codicis praeclarum laudat.

98. Romae Vat. 10.
a. 1717: *Mt.* Manu Clementis Caraccioli scriptus. Vide Assemanum, p. 634b, et Maium.

99. Romae Vat. 11. Caracciolii.
a. 1708: *Evv*; Scholzius, *Reise*, p. 117.128. Manu

100. Romae Vat. 12.
a. 1711: *Evv*; manu Clementis Caraccioli. Scholzius, *Reise*, p. 117.127.128.

101. vat: (Paul) Romae Vat. Arab. 13 olim 71.
saec. VIII (ita Maius, alii IX), in fol, membr, foll. 178, litteris Cuficis; *Mt* 1,1—28,11 *Mc* 5,19—16,8 *Lc* mut, *Paul* (Phm Heb). Textus bonae est notae. Manu Iusti filii Leonis filii Abilualidi. Cf Assemanus, I, 1, p. 629b, Scholz., *Reise*, p. 117—127 (Scholzius lectiones varias nonnullas, nonnullas pericopas praebet); Hug., *Einl.* § 107, p. 450—452; Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 4, Romae a. 1831, paginarum series altera, p. 11—13.

101a. [Romae Vat. Arab. 14 olim 1: saec. XII, in fol, chart, foll. 123: *Diatessaron.*]

102. Romae Vat. Arab. 15 olim 17.
a. 1338 (Scholz. 1334), in fol, chart, foll. 135: *Evv.* Scriptus in usum ecclesiae Copticae; olim Leonardi Abeli episcopi Saidae. Cf Scholzius, *Reise*, p. 117.128.129. Maius exhibet lectionum ecclesiasticarum notitiam ex hoc codice: cf Maius, p. 15—34.

103. Romae Vat. Arab. 17 olim 8.
a. 1009, in 4, chart, foll. 299: *Lc Ioh Mt Mc.* Haec versio singularis est ingenii dictioneque Alcorano adpropinquat.

104. Romae Vat. Arab. 18 olim 9.
a. 993 (Scholz. 1005), in 4, chart, foll. 93: *Luc.* E Coptico versus. Cahirae scriptus. Cf Scholzius, *Reise*, p. 117.131.

105. Romae Vat. Arab. 20 olim 12.
saec. XVI, in 4, chart, foll. 117: *Act.*

106. Romae Vat. Arab. 21 olim 14.
saec. ?, in fol, chart, foll. 204: *Paul* (Phm Heb)

„e Syriaco", *Cath Act.* Manu Guilelmi Tunetani scriptus. Cf Scholzius, *Reise*, p. 131.

107. Romae Vat. Arab. 22 olim 15.
a. 1472 (ita Maius, Scholzius dicit codicem manu Mosis anno 1288 scriptum esse), in 4, chart, foll. 201: *Paul* (Phm Heb) „e Syriaco", *Cath Act.* Cahirae scriptus. Cf Scholzius, *Reise*, p. 131.132.

108. Romae Vat. Arab. 23.
a. 1274, in 8, chart, foll. 323: *Paul Cath Act.* In monasterio s. Mercurii scriptus. Cf Scholzius, *Reise*, p. 132.

109. Romae Vat. Arab. 24.
a. 1640.1646, in fol, chart, foll. 305: *V. T.* et *N. T.*

110. Romae Vat. Arab. 25 et 26.
a. 1715, in 4, chart, foll. 155 et 110: *Mt Lc* et *Mc* Arab et Malaice.

111. Romae Vat. Arab. 27.
saec. XIV, in 8, chart, foll. 83: *Act.*

112. Romae Vat. Arab. 28.
saec. XIII, in 4, chart, foll. 192: *Paul.*

113. Romae Vat. Arab. 29.
a. 1341, in fol (?), chart, foll. 183: *Paul* (Apl ?).

114. Romae Vat. Arab. 30.
saec. XVII, in 4, chart, foll. 72: *Cath Apoc.*

115. Romae Vat. Arab. 31.
saec. XVI, in 8, chart, foll. 65: *Apoc.*

116. Romae Vat. Arab. 93 olim 67: inest fragm *Eph.* Cf Vat. Arab. 174, fol. 272.

117. Romae Vat. Arab. 118.
a. 1323, in 4, chart, foll. 79—96: *Apoc.*

118. Romae Vat. Arab. 406.
a. 1335, in 8, chart, foll. 3—48 (49?): *Apoc.*

119. Romae Vat. Arab. 433.
saec. XVI, in fol, chart, foll. 108: *Paul Act Cath.*

120. Romae Vat. Arab. 459.
a. 1298, in 8, chart, foll. 56: *Apoc* cum comm.

121. Romae Vat. Arab. 467.
saec. XVII, in fol, chart, foll. 114: *Evv.* Venetiis scriptus.

122. Romae Vat. Arab. 483 et 557.
saec. XVII, in 8, chart, foll. 88 et 88: *Ioh* duo exemplaria.

123. Romae Vat. Arab. 501.
saec. XVI, in 8, chart, foll. 86: *Ioh.*

124. Romae Vat. Arab. 513.
saec. XVII, in 8, chart, foll. 161: *Paul.*

125. Romae Vat. Arab. 517.
saec. XVII, in 8, chart, foll. 191: *Paul Cath Act Apoc.*

126. Romae Vat. Arab. 559.
saec. ?, in 4, chart, foll. 289: fragm *Evv* e codicibus duobus.

127. Romae Vat. Arab. 568.
saec. XVII, in 8, chart, foll. 176: *Paul.*

128. Romae Vat. Arab. 589.
saec. XVII, in 16, chart, foll. 241: *Mt Mc Ioh.*

129. Romae Vat. Arab. 610.
a. 1291, in fol, chart, foll. 257: *Evv.* Cahirae scriptus. Olim Assemanianus 6.

130. Romae Vat. Arab. 611.
a. 1714, in fol, chart, foll. 133: *Evv.*

130a. [Romae Vat. Arab. 613: saec. XVIII: *Apoc* cum comm Cornelii a Lapide.]

131. Venetiis Marc. 11.
Act Cath Paul Gr Lat Arab; cf supra, p. 628, Act 96.

132. Benzelii 5 (hodie Upsaliae?).
a. 1265: *Evv Paul Cath Act Apoc;* desunt Mt 1,1 — 10,28 1 Ioh 3,15—3 Ioh 6 Apoc 3,15—9,8. Olim monasterii Falamand et ecclesiae Mar Giar Habas. Cf Aurivillius (ut supra, p. 844, cod. 119).

133. Benzelii 6 (Upsaliae?).
saec. ?, in 4: *Evv* Arabice.

Russia.

134. Petropoli bibl. caes. Orient. 1.
a. 1036, in 4, membr, foll. 220: *Evv.* Cf *Catalogue des manuscrits . . . orientaux de la bibliothèque impériale publique de St. Pétersbourg,* Petropoli a. 1852, p. 1.

135. Petropoli bibl. caes. Orient. 2.
saec. XIII, in 4, chart, foll. 194: *Evv.* Textus cum Erpeniano maximam partem consentit. Ex urbe Erzeroum.

136. petrop: Petropoli bibl. caes.
a. 892, in fol, membr, foll. 226; mut: *Paul;* eundem fere atque editio Erpenii textum praebet sed formis vetustioribus. Ex oriente in Europam a Tischendorfio latus duabus partibus, *Anecdota,* a. 1855 (et a. 1861), p. 13.14; *Notitia,* a. 1860, p. 67. Henricus Leberecht Fleischer de codice disseruit, *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft,* Lipsiae a. 1854, vol. 8, p. 584—587; cf etiam Franciscus Delitzsch, *Commentar zum Briefe an die Hebräer . . .* Lipsiae a. 1857: *Fünfter Anhang,* p. 764—768.

De lectionibus ecclesiasticis Arabico-Copticis cf Maius, *Scriptorum veterum nova collectio,* Romae a. 1831, vol. 4, p. 15—34 seriei alterius: ex MS. Vat. Arab. 15 olim 7, anni 1338; — et Arabico-Syriaco-Melchiticis p. 35—60 ex MS. Vat. Arab. 16 olim 25, saec. XII: *Evl* (cf Scholzius, *Reise,* p. 117.129); p. 560: MS. 612, saec. XV: *Apl;* — et Arabico-Syriaco-Iacobiticis p. 61—71 ex MS. Vat. Arab. 19 olim 11 anni 1539; — et iuxta ritum Niniviticum: MS. Arab. 29 anni 1341: *Paul;* — et iuxta ritum Romanum: De Rossi MS. Arab. 3, saec. XVII vel XVIII, in 8, chart: *Evl,* cf Ioh. Bapt. De Rossi, *MSS. codices Hebraici biblioth. I. B. De-Rossi . . .* Parmae a. 1803.

2.

OCCIDENTALES.

Versiones occidentales verum si scire vis versiones sunt Latinae, cum versionis Gothicae tantum fragmenta habeamus, versiones autem Slavonica, Saxonica, Francica, Theotisca, Bohemica omnino minoris sint pretii.

(1.) LATINAE.[1]

Distingui solent codices Latini in codices versionis Italae et in codices versionis Vulgatae; sed cum nomen illud incertum Italae vix apte adhibeatur ad textus omnes Hieronymiano antiquiores significandos, hoc loco distinguo versionem veterem Latinam, sive versiones ante-Hieronymianas, et versionem Vulgatam sive Hieronymianam. Versiones vel recensiones Antehieronymianas inter se distinguendas esse iam agnoverunt viri docti;[2] vix tamen lectorem fuget rem haud-

[1] Una ex parte consulendi sunt libri et libelli philologici qui linguam Latinam post scriptorum classicorum quos dicunt tempora diffusam tractant; e. g. v. cl. Franciscus Kaulen, *Handbuch zur Vulgata. Eine systematische Darstellung ihres lateinischen Sprachcharakters*, Moguntiae a. 1870, pp. XII et 280; v. cl. Gustavus Koffmanne, *Geschichte des Kirchen-Lateins, Erster Band. Entstehung und Entwickelung des Kirchenlateins bis auf Augustinus-Hieronymus*, Vratislaviae, fasc. 1, a. 1879; fasc. 2, a. 1881; — Hermannus Rönsch, „Zur vulgären und biblischen Latinität" in actis *Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien*, XXX, Vindobonae a. 1879, num. 11, pp. 806—811 (his in actis saepius disseruit Roenschius de Latinitate sive posteriore sive ecclesiastica); — Guntherus Alexander Ernestus Adolfus Saalfeld, *De bibliorum sacrorum Vulgatae editionis Graecitate*, Quedlinburgi a. 1891, pp. XVI et 180.

[2] Prae ceteris arridet mihi Westcotti Hortiique distinctio inter recensionem *Africanam* ad modum verborum sacrae scripturae in operibus Tertulliani et Cypriani citatorum, *Europaeam* saeculo

quaquam tam accurate exploratam esse ut possint hae distinctiones ubique definiri, praesertim cum paulatim una versio vel recensio in aliam transeat.

Tischendorfio, quem supra, p. 34.35 secutus sum, significabat nomen Italae codices omnes Antehieronymianos, unde etiam fit ut siglo *it* in margine posito vetus cuiusvis generis Latina significetur et codices unus catalogus includat.

it

a. VETUS LATINA.[1]

Saeculo secundo medio in Africa, in Italia praesertim in parte eius septemtrionali, in Gallia floruerunt ecclesiae quae

quarto in Europa occidentali praesertim in Italia septemtrionali late adhibitam, *Italicam* sive *Italianam* post saeculum quartum medium in operibus Augustini citatam; cf Westc.-Hort., *N. T.* [vol. 2] *Intr.* pp. 78—84, §§ 108—117, et Wordsworthius, *Old-Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1883, pp. XXXIss.

[1] De versionibus veteribus Latinis conferendi sunt, praeter editiones codicum vel fragmentorum infra laudatas, in primis v. cl. Westcott, *Smith's Dictionary of the Bible*, ed. Amer. Novi Eboraci a. 1876, vol. 4, p. 3451[a]—3459[a] sub voce *Vulgate;* v. cl. Fritzsche, *Herzog's Realencyklopädie*, ed. 2, Lipsiae a. 1881, vol. 8, p. 433—445; Herm. Rönsch, *Itala und Vulgata*, Marburgi a. 1875, *Das N. T. Tertullians*, Lipsiae a. 1871; (item Rönschii „Itala Studien" in actis *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, Lipsiae a. 1881, vol. 24, p. 198—204, a. 1882, vol. 25, p. 104—109, et „Die ältesten lateinischen Bibelübersetzungen nach ihrem Werte für die lateinische Sprachwissenschaft" in libro *Collectanea philologa* ab H. R., Bremae a. 1890, pp. 1—20); v. cl. Ziegler, *Die lateinischen Bibelübersetzungen vor Hieronymus und die Itala des Augustinus*, Monaci a. 1879; v. cl. Westcott, *A general survey of the history of the canon of the New Testament*, pars 1, cap. 3, § 2, ed. 5, Cantabr. et Londin. a. 1881, 248—269; Scrivenerus, *A plain introduction* . . . ed. 3, Londinii a. 1883, p. 338—365 (in editione quarta, quam v. cl. Eduardus Miller praeparat, curabit v. cl. Henricus I. White versiones Latinas); discursus vv. cll. Wordsworthii et Guilelmi Sanday et Henrici I. White in libris *Old-Latin biblical texts*, Oxonii I, a. 1883; II, a. 1886; III, a. 1888, item recensio huius operis a v. cl. Petro Corssen scripta in actis *Göttingische gelehrte Anzeigen*, Gottingae a. 1889, vol. 1, p. 299—319, iis non neglectis quae v. cl. Sanday in actis *The*

et Graecos codices haberent et consuetudine Latinorum hominum uterentur unde facile accidere potuit ut Novum Testamentum in tribus illis terris Latine verteretur. Quod quamquam concedendum est, probabilior tamen videtur opinio esse eorum qui putant veterem versionem Latinam primum in Africa proconsulari factam esse. Versio talis Africana primitiva si ponitur, quaestiones quae de Veteris Latinae textuum cognatione motae sunt satis commode solvuntur neque ad duplicem vel triplicem originem confugere opus est. Orta est autem haec translatio paulatim, non subito vel iussu episcopi alicuius, unde fluxerunt discrepantiae inter hunc et illum Novi Testamenti librum.[1] Versionem hanc veterem Africanam, inter alios testantur Irenaei interpres, Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Iuvencus, Firmicus Maternus, Hilarius diaconus, Hilarius Pictavensis, Luciferus Calaritanus, Optatus, Ambrosius, Hieronymus, Rufinus, Primasius, inprimis Tert Cypr Hilarius uterque, Luciferus.[2]

Interpretes Africani Graeca simpliciter verterunt in hac versione, retinueruntque quoad potuerunt textus Graeci et verba et verborum ordinem et verborum coniunctionem, ut quodammodo videre possimus quo textu Graeco usi sint. Teste Westcotto[3] e discrepantibus lectionibus

Academy, Londinii a. 1889, vol. 1, pp. 323a—324b, scripsit; v. cl. Hugo Linke, *Studien zur Itala* [Programma gymnasii urbani evangelici s. Elisabethae] Vratislaviae a. 1889; v. cl. Fridericus Zimmer, „Ein Blick in die Entwickelungsgeschichte der Itala," in actis *Theologische Studien und Kritiken*, Gothae a. 1889, vol. 2, p. 331—355; nescio quid sit „The Latin versions of the gospels" in actis *Church Quarterly Review*, Londinii a. 1890, Oct., p. 85—105.

[1] Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster, Amstelod. a. 1710, proll. paragr. 513—605.

[2] De bibliis a papa Hilaro confectis et de voce „bibliotheca" cf litterae v. cl. Samuelis Berger ad v. ill. De Rossi datae, „La bible du pape Hilarus," in actis *Bulletin critique*, XIII, 8, Parisiis 15 Aprilis a. 1892, pp. 147—152.

[3] Westcott, *Smith's Dictionary of the Bible*, Novi Eboraci a. 1876, vol. 4, p. 3478[b].

versionis veteris atque versionis Vulgatae, nihil licet concludere de lectionibus variis Graecis nisi in evangeliis ubi Hieronymus diligentius textum mutavit; in aliis libris variant phrases Latinae Graecis non mutatis vel mutatione lectionum Graecorum non perspicua. Consentit textus versionis veteris Latinae non emendatae saepissime cum codicibus iis quos occidentales dicimus.[1]

Vetus illa Latina versio, in Europa aeque atque in Africa late adhibita, annis nonnullis peractis non solum in Africa,[2] ubi minus ecclesiae auribus repugnabat, recensita est, sed etiam in Italia, in Britannia, fortasse in Gallia diligentius emendata est, unde exstitit dissensio illa codicum ante-Hieronymianorum quos habemus. De recensione Gallica, cum codices nondum excussi sint, paene nihil potest dici; fortasse Irenaei interpres initia talis recensionis iam exhibet. Codices recensionis Britannicae complures[3] post Bentleium adierunt viri docti Angli, sed horum quoque lectiones ad hunc diem eo carent, qui omnibus perscrutatis qua necessitudine haec versio cum Vetere Latina et cum Vulgata coniuncta sit accurate definiat. Recensio vero Itala sive Italica, quamquam pauci eius codices ut evangeliorum Brixianus et Monacensis hodie exstare videntur, omnium celeberrima est ut quae versionibus Latinis ante-Hieronymianis nomen iam vulgatum commodarit et disputationum de textus Latini origine ansam dederit. Augustinus scripsit: „In

[1] Cf Tischendorfius, *Evangelium Palatinum*, Lipsiae a. 1847, p. xvi sqq.

[2] Inde fluxerunt Augustini querelae de exemplaribus variis et multis. Uno loco, *de consensu evangelistarum*, 2,128 (66), laudat codices ecclesiasticos interpretationis usitatae, quo nomine textum Africanum designare videtur.

[3] V. cl. Westcottus apud Smithium nonnulla ex his codicibus hausta praebuit, conferenda vero est inprimis v. cl. Iohannis Wordsworth, episcopi Sarisburiensis, editio Novi Testamenti Vulgatae versionis, *Novum Testamentum . . . Latine*, Oxonii *Mt* a. 1889, *Mc* a. 1891, *Lc* a. 1893.

ipsis autem interpretationibus Itala ceteris praeferatur; nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiae."[1] Nomen Italae nos in Italiam ducit et in partem Langobardicam;[2] Augustinus Ambrosii Mediolanensis episcopi discipulus nos in eandem partem ducit. Inde in Africam ab Augustino lata videtur haec Itala non solum in scriptis patris illius adhibita esse sed etiam in actis concilii Carthaginensis anni 416, et in scriptis Capreoli, qui anno 430 episcopus Carthaginensis factus est.[3]

Cum codices tantum inter se discrepent, tot codices mutili sint, origo versionis vel versionum et historia tam incertae sint, editio „versionis veteris Latinae" Novi Testamenti non est instauranda.[4] Sat erit, codices accurate edidisse, ita ut fata versionis per annos et terras persequi possimus.

CODICES VERSIONIS VETERIS LATINAE.

(a.) Quattuor evangelia.

a: Vercellensis in cathedrali inter reliquias.

saec. IV, 25.5×16, membr, coll. 2, ll. 24, mut: *Evv;* ordo est Mt Ioh Lc Mc; desunt (cf infra) multa in Mt per capp. 20—27 (perierunt 25,1—16), in Ioh per capp. 5.7 etiam 19,41 et 20,2, in Lc (1,1—12 paene perierunt) per locos 1,26—73 6,9.12 9,14 11,4—11 (paene

[1] Augustinus, *De doctrina Christiana,* 2,22(15),1.

[2] V. cl. Westcottus laudat v. cl. I. Kenrickum, qui monstraverit, *Theological Review,* a. 1874, mense Iulio, vocem „Itala" idem significare atque vocem „Longobardica". — Cf praeterea v. cl. Petrus Corssen, „Die vermeintliche ‚Itala' und die Bibelübersetzung des Hieronymus", in actis *Jahrbücher für protestantische Theologie,* 1881, 3, p. 507—519.

[3] Ziegler, *Die lateinischen Bibelübersetzungen vor Hieronymus und die Itala des Augustinus. Ein Beitrag zur Geschichte der heiligen Schrift,* Monaci a. 1879, p. 60.

[4] Sed cf v. cl. Fridericus Zimmer, „Der Galaterbrief im altlateinischen Text, als Grundlage für einen textkritischen Apparat der Vetus Latina", in actis *Theologische Studien und Skizzen aus Ostpreussen,* Regiomontii, vol. 1 (a. 1887), pp. 1—81.

omnia) 12—25 (omnia) 12,38—59 (omnia), in Mc 1,22—34 et 4,17—24 (omnia) 4,26—5,19 15,15—16,20 (omnia); manus posterior sed antiqua supplevit Mc 16,7—20; textus est bonae notae et Europaeae sive primitivae versionis cui insunt lectiones multae Africanae propriae.

Saeculo ut videtur quarto scriptus, fortasse manu Eusebii episcopi Vercellensis et martyris († a. 371), et versionem veterem non emendatam exhibens nobis est codex hic testimonio versionem illam Italam, quam Augustinus Mediolani invenit et in Africam portavit, non solum in illis terris auctoritatem habuisse, cum Vercellae inter Mediolanum atque Taurinum sitae sint, nisi quis arbitrari velit codices Vercellensem, Veronensem, Bobbiensem ex Africa in Italiam latos esse. Iosephus Blanchinus (Bianchini) canonicus Veronensis, contulit codicem anno 1726 (1727?). Iohannes Andreas Iricus (Irico)[1] edidit codicem[2] anno 1748, Blanchinus[3] a. 1749. Tregellesius laudat editionem Irici ut quae lectiones multo accuratius quam Blanchini editio reddat. Codex, diu in sacrario manibus clericorum discerptus ac laceratus, factus est mera reliquia, quae vix legi potest, unde fortasse non iniuria inter reliquias sacras conlocatus est.[4]

a_2: Curiensia in museo Rhaetico fragmenta.

saec. V, 27.5×21.8 (?), membr, foll. 2: *Lc* 11,11—29 13,16—34; textu codici Vercellensi simillimus est.

Haec folia repperit v. cl. B. Hidberus professor Bernensis in episcopalibus quae Curiae [Chur] Rhaetorum

[1] Nomen *Irico* est, non, ut Tregellesius et Scrivenerus scribunt, *Irici;* Lombardi, *Storia della lett. italiana nel secolo XVIII,* Venetiis a. 1832, vol. 4, p. 170; cf Bernardini Peyron epistula in libro Ern. Rankii, *Curiensia ev. Luc. fragm.* Marburgi a. 1872, p. 8.9.

[2] Irico, *Sacrosanctus evangeliorum codex s. Eusebii Magni . . .*, Mediolani a. 1748.

[3] Bianchini, *Evangeliarium quadruplex . . .*, Romae a. 1749; iterum expressum apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 12, coll. 9—948.

[4] Cf epistulae vv. cll. comitis Eduardi de Mella et Bernardini Peyron apud Rankium, *Curiensia ev. Luc. fragm.* Marburgi a. 1872, p. 8.9.

„sunt archivis thecae cuiusdam scriptoriae operculis“ adhaerentia. Vir doctissimus et optime de versionibus veteribus Latinis meritus, Ernestus Ranke († a. 1888) fragmenta haec edidit in libro *Curiensia evangelii Lucani fragmenta Latina e membranis eruta atque adnotationibus illustrata, quibus accedit tabula photographica*, Marburgi a. 1872. Cf Rankius, „Ein kleiner Italafund“, *Theol. Stud. und Krit.* Gothae a. 1872, p. 505—520; v. cl. Hermannus Rönsch, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, a. 1873, p. 455—457. V. cl. Petrus Batiffol edidit, *Note sur un évangéliare de Saint-Gall*, Parisiis a. 1884. V. cl. Wordsworthius denuo edidit, *Old Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, p. xxxiv—xxxvii et ccxiii—ccxxviii et 79–82. Vide infra n.

amb^{roser}: ex comm vet in Luc, cf Mai., *Scrr. vett. nova coll.* tom. 3, pars 2, pp. 191—207.

b: Veronensis bibliothecae capitularis.

saec. V, in 4, membr, argenteus, mut: *Evv;* desunt Mt 1,1—11 15,12—23 23,18—27 Ioh 7,44—8,12 Lc 19,26—21,29 *Mc* 13,9—19 13,24—16,20; textus est versionis Europaeae.

Editus est codex a Blanchino (ut cod. a). Cf epistula v. cl. Ignatii Zenti apud Rankium (ut supra, cod. a_2).

c: Colbertinus Paris. nat. 254, olim Colb. 4051.

saec. XII, 26×17, membr, foll. 149, coll. 2, ll. 40: *Evv* (manus posterior addidit libros alios sed versionis Vulgatae); textus est bonae notae et Europaeae versionis, affinis praeterea codicis ff^2. Editus est a Petro Sabatario[1] anno 1751, et a v. cl. Iohanne Belsheim, *Codex Colbertinus Parisiensis. Quatuor evangelia ante Hieronymum Latine translata post editionem Petri Sabatier cum ipso codice collatam denuo edidit* I. B. Christianiae a. 1888, pp. 139.

d: Bezae Cantabrigiensis (cf supra, p. 369—372).

Textus Latinus plerumque Graeco adsimilatus nihil propriae auctoritatis habet nisi ubi per incuriam adsimilatio neglecta est. Qui vero his locis antiquior textus

[1] Sabatier, *Bibliorum sacrorum Latinae versiones antiquae*, vol. 3, Paris a. 1751. Cf Ernestus Ranke, *Curiensia ev. Luc. fragm.* Marburgi a. 1872, p. 9.10, et v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate* etc, Parisiis a. 1893, p. 74—76 et 402.

Latinus emergit, nondum satis exploratus est. V. cl. I. Rendel Harrisius, *A study of Codex Bezae*, sive *Codex Bezae. A study of the so-called western text of the New Testament* [*Texts and Studies, vol. II, no. I*], Cantabrigiae a. 1891, pp. viii et 272, vult textum Graecum omnino a textu Latino pendere, fultus rationibus, quae viris rei criticae peritis adhuc non arrident. Videsis dissertationem, nisi fallor manu v. cl. Guilelmi Sanday scriptam, in actis *The Guardian*, Londinii a. 1892, num. 2424, die 18 Maii, pp. 742c—744a et num. 2425, die 25 Maii, pp. 786b—788a. — Cf praeterea de codice Bezae v. cl. Fridericus Henricus Chase, *The Old Syriac element in the text of Codex Bezae* [*in the Acts*], Londinii a. 1893, pp. xvi et 160. Ne neglexeris quae v. cl. Guilelmus Sanday praebet, *Old Latin biblical Texts. No. II*, Oxonii a. 1886, p. 95—122, ubi de codicis k textu fusius agit, textibus aliis in consilium vocatis.

e: Palatinus { Vindobonensis caes. Lat. 1185. / Dublinensis collegii Trinitatis N. 4. 18.

saec. V, in fol, membr, mut: *Mt* 12,49—(Mt 13,13—23 est folium Dublinense) 14,11 (14,11—21 in apographo) 14,22—24,49 28,2—20 *Ioh* 1,1—18,12 18,25—21,25 *Lc* 1,1—8,30 8,48—11,4 11,24—24,53 *Mc* 1,20—4,8 4,19—6,9 12,37—40 13,2.3.24—27.33—36. Textus est optimae notae, versionis Africanae ut videtur, cf Westcottus et Hortius, *N. T.* [vol. 2] *Intr.* p. 81, § 113.

Saeculo duodevicesimo Tridenti erat codex, quod feliciter demonstravit Hortius, „The codex Palatinus of the Old-Latin gospels“, *The Academy*, Londinii die 14 mensis Augusti anni 1880, p. 117c—118b. Doctissimus quisque hanc Hortii epistulam legere debet, quo probabilior fiat conquisitio schedarum Simonis de Magistris, Arevalis, Bonellii, aliorum etiam ipsius codicis foliorum ad hunc diem occultatorum. Mense Iulio anni 1762 Tridento Romam missus est codex ad Iosephum Blanchinum, qui apographum eodem anno curavit manu ut videtur Iosephi Martines, quod apographum Romae in bibliotheca Valli-

celliana siglo U. 66 hodie exstat, teste v. cl. Hugone Linke.[1] Codex Tridentum redux erat ibi in „secretiori tabulario episcopali“ e quo Vindobonam in archivium perlatus est, et ex archivio cessit anno 1806 ad bibliothecam caesaream. Tischendorfius codicem edidit, *Evangelium Palatinum*, Lipsiae a. 1847, pp. XXVII et 456 cum facs. Folium Dublinense Iacobus H. Todd aliquot annis ante annum 1847 Dublinii emit, quo anno die 25 mensis Ianuarii rettulit de folio coram societate regia Hibernica, sex diebus ante librum Tischendorfii die 31 eiusdem mensis Lipsiae editum; textum edidit Toddius in actis societatis illius.[2] Tischendorfium latebat folium illud; sed postquam editum est editionis eius Novi Testamenti octavae volumen primum v. cl. T. Graves Lawius eum de folio certiorem fecit.[3] Diu reperiri non poterat folium in bibliotheca, tandem erutum est a v. cl. Thoma Frenchio[4] et a v. cl. T. K. Abbotto editum.[5] V. cl. Hugo Linke nonnulla ex illo apographo edidit.

f: Brixianus bibliothecae capitularis.

saec. VI, in 4, membr, argenteus, mut: *Evv;* desunt Mc 12,5—13,32 14,70—16,20. Textus est Italicae recensionis; cf Westc.-Hort. (ut cod. e), § 113, et Wordsworth. p. XXXII.

Editus a Blanchino, *Evang. quadr.* Romae a. 1749. Cf Rankius, *Curiensia ev. Luc. fragm.* Marburgi a. 1872,

[1] Linke, „Neue Bruchstücke des Evangelium Palatinum“ in actis *Sitzungsberichte der philosophisch-philologischen und der historischen Classe der königlich bayerischen Akademie der Wissenschaften zu München*, Monaci a. 1893, fasc. 2, p. 281—287.

[2] Todd, *Proceedings of the royal Irish academy*, Dublinii a. 1847, vol. 3, p. 374—381. I. O. Westwoodius codicis mentionem fecit, *Palaeographia sacra pictoria*, Londinii a. 1843—1845, in pagina quarta numeri 24.

[3] Law, „A stray leaf of the codex Palatinus“, *The Academy*, Londinii a. 1879, die 1 mensis Martii, p. 190^{bc}.

[4] Ingram, *Proceedings of the royal Irish academy*, series 2, Dublinii a. 1880, vol. 2, p. 22.23.

[5] Cf supra, p. 400.

p. 7.8. V. cl. Wordsworthius hunc codicem sub textu Vulgatae evangeliorum versionis edidit in editione sua Novi Testamenti Latini, Oxonii a. 1889 foris data (vide infra, p. 980—981) ut textum qui fortasse propius a textu ab Hieronymo emendato absit.

ff^1: Petropolitanus caes. olim Corbeiensis 21.

saec. X,[1] in 8, membr, foll. 39: *Mt.* Textus, qui praesertim a capite nono multum cum textu Vulgatae versionis discrepat, fortasse transitionem, ut ita dicam, Gallicanam praebet a textu vetere in textum iuniorem; sed nescio an melius sit cum Westcotto Hortioque (ut supra, cod. e) § 114 dicere textum originem a Vulgata habere, lectionibus e codicibus veteris versionis instructum esse.

Olim monasterii Corbeiensis[2] in Picardia editus est (primus veteris Latinae codex qui prodiit) codex a Iohanne Martianaeo[3] anno 1695 quem secuti sunt Augustinus Calmetus (ut cod ff^2), pp. 303—311 in apparatu ad comm in Apocalypsim, Blanchinus (cff), Sabatarius, Mignius.[4] Anno 1881 iterum publici iuris factus est hic codex a v. cl. Iohanne Belsheim, *Das Evangelium des Matthaeus nach dem lateinischen Codex ff^1 Corbeiensis auf der kaiserlichen Bibliothek zu St. Petersburg von Neuem in verbesserter Gestalt herausgegeben von* J. B. *Nebst einem Abdruck des Briefes Iacobi nach Martianays Ausgabe von 1695*, Christianiae a. 1881.

ff^2: Paris. nat. 17225 olim Corbeiensis 195.

saec. VII, in 4, membr, mut: *Evv*; desunt Mt 1,1—11,16

[1] Vir clar. Oscarus de Gebhardt, qui codicem hunc Petropoli inspexit, me certiorem fecit eum decimi esse saeculi, neque noni quod voluit Martianaeus, neque octavi quod voluit Rankius (ut ad cod. f) p. 10.

[2] De bibliotheca Corbeiensi cf v. cl. Leopoldus Delisle, „Recherches sur l'ancienne bibliothèque de Corbie", in actis *Mémoires de l'académie des inscriptions et belles-lettres*, Parisiis, vol. 24, pars 1 (a. 1861), p. 266—342.

[3] Martianay, *Vulgata antiqua Latina et Itala versio evangelii secundum Matthaeum* etc, Parisiis a. 1695.

[4] Migne, *Patrologia Latina*, vol. 12, Parisiis a. 1845.

Lc 9,48—10,20.21 11,45—12,6.7 Ioh 17,15—18,9 20,22—21,8. Textus veteris versionis est Europaeae recensionis; cf Westc.-Hort. (ut cod. e) et Wordsworthius (ut cod. g^1).

Augustinus Calmet,[1] *Commentarius literalis in omnes libros Novi Testamenti Latinis litteris traditus a Ioanne Dominico Mansi*, Wirceburgi, vol. 2 [a. 1787], p. 276—302 (cf etiam Calmeti *Diss. in Vulgatam* [ut infra, p. 971, adn. 1], p. 391b. 392a) lectiones varias ex omnibus evangeliis praebuit, Blanchinus (cf p. 953, adn. 3) lectiones huius codicis varias in Ioh Lc Mc, Sabatarius ex omnibus evangeliis (cf supra, p. 954, adn. 1). V. cl. Paulus Meyer Parisiensis codicem adiit in usum Ernesti Ranke.[2] V. cl. Wellingtonus Tyler ait Tischendorfium et Tregellesium saepe inter se discrepare in ff^2 laudando. V. cl. Iohannes Belsheim edidit, *Codex ff^2 Corbeiensis sive quatuor evangelia ante Hieronymum translata . . .*, Christianiae a. 1887, VIII, pp. 127; cf v. cl. Samuel Berger, *Bulletin critique*, Parisiis a. 1891, p. 302.303.

g^1: Paris. nat. Lat. 11553, olim Sangermanensis 15. saec. VIII, 39.3×33, membr, foll. 191: *Evv.* Textus videtur veteris versionis esse; cf Wordsworthii liber, p, xxx—xliii ubi de sententia Westcotti Hortiique dicitur, qui putant originem habere textum a Vulgata, admixtas esse lectiones e versione Latina vetere.

Lectiones ad Mt ex hoc codice hausit Martianaeus (cf ff^1) quem secutus est Blanchinus. Sabatarius (cf p. 954, adn. 1) per quattuor evangelia codicem laudat. V. cl. Westcottus dicit hunc codicem in usum Bentleii (μ) conlatum esse, totum N. T. continere, nonnulla ex V. T., tria folia Pastoris; quaerit an Gallicani textus sit.

[1] Prodierunt haec et aliae dissertationes doctissimi huius monachi Benedictini congregationis sancti Vanni et sancti Hydulphi in libro *Nouvelles dissertations importantes et curieuses sur plusieurs questions qui n'ont point été touchées dans le Commentaire Littéral sur tous les livres de l'Ancien et du Nouveau Testament*, Parisiis a. 1720. Codex ff^2 invenitur pp. 405—447.

[2] Ranke, *Curiensia evangelii Lucani fragmenta Latina*, Marburgi a. 1872, p. 10.

V. cl. Wordsworthius accuratissime edidit ex hoc codice Matthaei evangelium additis lucubrationibus eruditissimis, *Old Latin biblical texts. No. I*, Oxonii a. 1883, pp. xliii et 79; cf v. cl. Bergerus (ut cod. ff^2), et *Histoire de la Vulgate pendant les premiers siecles du moyen âge*, Parisiis a. 1893, pp. 65—72.

g^2: Paris nat. Lat. 13169, olim Sangermanensis 2.
saec. X, 21.5×14, membr, foll. 166, ll. 24—30; foll. 118—166 Ioh sunt vetustior: *Evv.* Textus videtur versionis esse veteris, Westcotti autem Hortiique iudicio eiusdem est ingenii atque codex g^1, cf W.-H. et Wordsworth. (ut cod. g^1); Bergero est textus Hibernicus, cf eius *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, p. 48.

Sabatarius (cf p. 954, adn. 1) lectiones passim exhibet.

h: Vaticanus olim Claromontanus
saec. V, 24×20, membr, (Mt foll. 66), mut: *Mt*; desunt 1,1—3,15 14,33—18,12 (alia evangelia sunt versionis Vulgatae). Textus plerumque Europaeae est versionis.

Emptus a Pio VI (a. 1775—1798). Sabatarius (cf p. 954, adn. 1) excerpta praebuit. Angelus Maius codicem integrum edidit, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1828, tom. 3, p. 257—288, v. cl. Iohannes Belsheim Matthaei evangelium in libro *Evangelium secundum Matthaeum* . . . Christianiae a. 1892, ex actis *Christiania Videnskabs-Selskabs Forhandlinger for 1892. No. 5.*

i: Vindobonensis caes. Lat. 1235.
saec. V vel VI (Belsheim. VII exeuntis), 26×19, membr, purpureo-argenteus, foll. 142, mut: *Lc* (codex scribit „secundum Lucanum") 10,6—23,10 *Mc* 2,17—3,29 4,4—10,1 10,33—14,36 15,33—40. Textus est fortasse versionis Europaeae.

Neapoli Vindobonam translatus. Blanchinus lectiones nonnullas exhibuit (unde i^{blan}). Alterus fragmenta edidit, vel potius, ut Lachmanni verbis utar, „in temporariis quibusdam libellis" occultavit, in actis *Neues Repertorium f. bibl. u. morgenl. Literatur*, Ienae a. 1791, vol. 3, p. 115—170, et apud Paulum *Memorabilien*, Lipsiae a. 1795, vol. 7, p. 58—96. V. cl. Iohannes Belsheim edidit, *Codex Vindobonensis membranaceus purpureus . . . Antiquissimae*

evangeliorum Lucae et Marci translationis Latinae fragmenta. Cum tabula, Lipsiae a. 1885, pp. VIII et 71.

k: Taurinensis nat. G. VII. 15 olim Bobbiensis.
saec. V, 18.7×16.7, membr, foll. 96, mut: *Mc* 8,8—11 et 14—16 8,19—16,8 *Mt* 1,1—3,10 4,2—14,17 15,20—36. Textus optimae notae est et versionis Africanae.

Fabulatur Columbani fuisse (mort a. 615) qui monasterium Bobbiense condidit. Pessime edita sunt haec fragmenta a Ferd. Flor. Fleckio, *Anecdota maximam partem sacra* [vel *Wissenschaftliche Reise*, vol. 2, pars 3] etc, Lipsiae a. 1837, p. 1—109, accuratius a Tischendorfio, *Jahrbücher der Literatur, Anz.-Blatt*, Vindobonae a. 1847—1849, vol. 120, p. 43—56, vol. 121, p. 50—72, vol. 123, p. 40—46, vol. 124, p. 1—8, vol. 126, p. 1—71. Tischendorfius ad lectiones in hac N. T. editione VIII notandas usus est schedis suis, cum nonnulla typis minus exacte expressa sint. Accuratissime edidit socio v. cl. Guilelmo Sanday v. cl. Iohannes Wordsworth, *Old-Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, pp. v—xxii et xlii—clxvi et 1—54 et 95—122, cum tabula.

l: Vratislaviensis ecclesiae sanctae Elisabeth olim Rehdigeranus (non Rhed.). —21,25.
saec. VII, in 4, membr, foll. 295, mut: *Evv;* deest Ioh 16,13

Mt et Mc edita sunt a I. E. Scheibelio *Codex quatuor evangeliorum Latinus Rhedigeranus, Matthaeus et Marcus. Cum textu Graeco et editione vulgata collatus*, Vratislaviae a. 1763, pp. 18. David Schulzius descripsit, *De codice IV evangeliorum bibliothecae Rhedigeranae in quo vetus Latina versio continetur*, Vratislaviae a. 1814, pp. 65 cum tabula, et lectiones codicis varias editioni N. T. Gr. Griesbachianae tertiae inseruit. V. cl. H. Fridericus Haase codicem edidit, *Evangeliorum quattuor vetus Latina interpretatio ex cod. Rehdigerano nunc primum edita* [sunt particulae tres, vel potius, ut videtur, sex, quae in libris universitatis sollemnibus annis 1865—1866 publici iuris factae sunt], Vratislaviae a. 1865—1866, coll. 296.

m: Romae Sessorianus LVIII in monasterio sanctae crucis, foll. 1—154.

saec. VIII—IX, in 4, membr: continet lectiones ex omnibus N. T. libris praeter 3 Ioh Hebr Philem, item ex epistula quae dicitur ad Laodicenos. Textus est textui a Priscilliano adhibito affinis, unde suspicatus est Hortius, litteris ad me datis, textum esse recensionis Hispanicae vel recensionis cum Europaea parallelae. Interpolationem istam 1 Ioh 5,7.8 de Tribus Testibus Caelestibus agnoscit hic codex.

Est liber hic Speculum, quod dicitur, Pseudo-Augustinianum. Videtur octavi vel noni esse saeculi. Cf v. cl. Haertelius, *Cypriani opera*, pars 3, Vindobonae a. 1871, p. XXV et 34; v. cl. Reifferscheid, *Bibliotheca patrum Italica*, vol. 2, p. 129; Reifferscheid, „Die römischen Bibliotheken", *Sitzungsberichte d. philos.-hist. Classe d. Akademie zu Wien*, Vindobonae a. 1865, vol. 1, p. 753. Maius lectiones nonnullas exhibuit in libro *Spicilegium Romanum*, Romae a. 1843, vol. 9, append. 2, p. 61—75 et 80—86, edidit integrum in libro *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1852, vol. 1, pars 2, p. I—VIII et 1—117 cum tabula; m^{10} (et similia) notat paginas Maii a. 1852. V. cl. Franciscus Weihrich iterum edidit in consilium vocatis ceteris codicibus (inter hos erant folia 13 Libri-Ashburnhamensia hodie Parisiensia, quae v. cl. Hortius cum m et cum codicibus Sabatarii Floriacensibus 10 et 12 coniuncta esse percepit), *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum*, vol. 12 [Aug. *Opp.* III, 1], Vindobonae a. 1887, pp. XXXIV—L et 291—700; cf Weihrichii verba in actis *Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien*, XL, Vindobonae a. 1889, num. 10, p. 908 adn. et „Die Bibelexcerpte *de divinis scripturis* und die Itala des heiligen Augustinus" ex actis *Sitzungsberichte*, Vindobonae a. 1893.

n (re vera a_2): Sangall. mon. MS. 1394, vol. 1, foll. 56. 51.61.53.54.58.59.69–72.75.76.79—82. 85.86 (et MS. 172, fol. 256) et bibl. Vadianae sive urb. 70.

saec.V, 32×26 (?), membr, foll. $15^1/_2$, coll. 2, ll. 24, litt uncc 12—18 in lin: *Mt* 17,1—5 et 14—18 17,19—18,20 19,20—21,3 26,56—60 et 69—74 27,62—64 27,66—28,3 et 8—20 *Ioh* (19,13 —17 et 24—27 mut) 19,28—42 *Mc* 7,13—31 8,32—9,9 13,2—20 15,22—16,13. Textus est versionis Europaeae.

Lachmannus fragmenta notavit, *N. T. Gr.* Berolini a. 1842, vol. 1, p. xii. Tischendorfius omnia exscripsit. V. cl. Petrus Batiffol edidit, „Fragmenta Sangallensia" in actis *Revue archéologique*, Parisiis a. 1885, vol. 4, pp. 305—321 cum tabula (etiam separatim edita), et fragmentum Vadianum, nescio quare siglo p^2 designatum, in libello *Note sur un évangéliare de Saint-Gall*, Parisiis a. 1884, pp. 8. Editionem omni ex parte plenissimam curavit v. cl. Henricus I. White, Wordsworthii socius, *Old Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, pp. xxiii—xxxi et clxvii—ccii et 55—72, cum tabula. Re vera mandata est editio codicum a_2 n o p Wordsworthiana typis ante editionem Batiffolianam, schedisque Tischendorfii a vidua eius emptis usi sunt Wordsworthius et Whitius.

Propter apparatum Tischendorfii adhuc servavi siglum n, quod posthac statim reiciendum est, nam v. cl. Batiffolius haec folia eiusdem codicis esse atque a_2 vidit, v. cl. Petrus Corssen, in actis *Göttingische gelehrte Anzeigen*, Gottingae a. 1889, vol. 1, p. 316—318, Batiffolii opinionem callidissime ratione mathematica confirmavit, v. cl. Henricus I. White, qui initio dubitaverat, suis oculis fragmenta examinavit et omnia ex eodem codice originem habere concessit, „The Coire and St. Gall fragments of the Old-Latin version of the gospels" in actis *The Academy*, Londinii a. 1889, die 17 Augusti, vol. 2, p. 104b.

o: Sangallensis monasterii MS. 1394, vol. 1, foll. 91.92. saec.VII, 31×22, membr: *Mc* 16,14—20; scriptura est Merovingica; folio verso vacat scriptura.

Lachmannus (ut cod n) fragmenti mentionem fecit. Tischendorf. exscripsit. Batiffol. edidit (ut cod. n), item Whitius (ut cod. n), pp. xxxiii et ccii—ccv et 73—74.

p: Sangallensis monasterii MS. 1394, vol. 2, pagg. 430—433.

saec. VIII, 19.1×17, membr, foll. 2: *Ioh* 11,16—44; scriptura est Hibernica; videtur e missa pro defunctis esse. Tischendorfius exscripsit. Fragmentum ediderunt v. cl. Forbesius, *Arbuthnott missal*, Burntislandiae a. 1864, p. xlviii, vv. cll. Haddamus et Stubbsius, *Councils and ecclesiastical documents relating to Great Britain and Ireland*, Oxonii vol. 1 (a. 1869), app. G, p. 197, v. cl. Henricus I. White (ut cod. n), pp. xxxiii et ccvi—ccxii et 75—77.

q: Monacensis reg. Lat. 6224, olim Frisingensis.

saec. VI, 25.1×21.1, membr, foll. 251, coll. 2, ll. 20, litt. 16—20 in lin, mut: *Evv*; desunt Mt 3,15—4,25 5,25—6,4 6,28—7,8 Ioh 10,11—12,39 Lc 23,22—36 24,11—39 Mc 1,7—22 15,5—36. Textus est versionis Italicae.

Tischendorfius codicem exscripsit. Tischendorfii schedis usus hunc codicem edidit v. cl. Henricus I. White, Wordsworthii socius, *Old Latin biblical texts. No. III*, Oxonii a. 1888, cum tabula, addiditque discursus uberrimos; cf Hortius, *Classical Review*, Londinii a. 1889, pp. 11—12.

r: Dublinii coll. Trin. A. 4.15, olim Usseri.

saec. VI, 18.7×13.7, membr, mut: *Mt Ioh Lc Mc*. Textus Europaeae videtur esse recensionis.

Codicem edidit v. cl. Thomas Kingsmill Abbott, *Evangeliorum versio antehieronymiana ex codice Usseriano (Dublinensi), adiecta collatione codicis Usseriani alterius. Accedit versio Vulgata sec. cod. Amiatinum cum varietate cod. Kenanensis (Book of Kells) et cod. Durmachensis (Book of Durrow)*, Dublinii a. 1884, partes 2, pp. xlii et 379 cum tabula, et 379 bis—863 cum tabula e codice Usseriano altero; cf v. cl. Samuel Berger, *Revue celtique*, Parisiis, vol. 6 (a. 1883—1885), p. 348—357.

s: Mediolani Ambrosianus C. 73 inf.

saec. VI, 23×20, membr, foll. 4: *Lc* 17,3—29 18,39—19,47 20,46—21,22 paucis omissis; textus videtur Europaeae esse versionis.

Editus est a v. cl. A. M. Cerianio, *Monumenta sacra et profana ex codicibus praesertim bibliothecae Ambrosianae*,

Mediolani a. 1861, vol. 1, p. 1—8, et a v. cl. Wordsworthio, *Old Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, pp. xxxviii.xxxix et ccxxix—ccxlviii et 83—88.

t: Bernae bibl. univ. 611, foll. 143 et 144.
saec. VI, in fol, membr rescr, foll. 2, coll. 2, ll. 23 (?): *Mc* 1,2—23 2,22—27 3,11—18. Textus est Europaeae recensionis, codicibus ff-b-i propior quam ex una parte codici c vel a, multo propior quam ex altera parte codici e. Mc 1,11 om ἐγένετο cum ℵ D ff mt 2,26 om πῶς cum BD.

V. cl. Hermannus Hagen, professor Bernensis, haec fragmenta detexit detectaque edidit „Ein Italafragment..." in actis *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, Lipsiae a. 1884, pp. 470—484. V. cl. Wordsworthius iterum qua solet accuratione edidit, *Old Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, pp. 40—41 et ccxlix—ccliv et 89—94.

v: Vindobonae caes. Lat. 502 in initio.
saec. VII, 23.5×16.5, membr, fol. 1: *Ioh* 19,27—20,11. Exscripserunt 24 et 25 Octobris anni 1887 edideruntque vv. cll. Wordsworthius et Henricus I. White, *Old Latin biblical texts. No. III*, Oxonii a. 1888, p. 161—166.

z: (W.-H.: = j) Saretianus sive Sarzannensis in ecclesia.
saec. V, in fol, membr, purpureo-argenteus, mut: continet fere *Ioh* 1,38—3,23 3,33—5,20 5,29—(6,49—7,32) 8,6—9,21; textus videtur Europaeae esse versionis. Dicitur a Rufino anachoreta Saretiano scriptus esse. Fuit codex in ecclesia illa iam anno 1585. V. cl. Guerrinus Amelli, bibliothecae Mediolanensis Ambrosianae vice custos, codicem descripsit, *Un antichissimo codice biblico Latino purpureo conservato nella chiesa di Sarezzano presso Tortona*, Mediolani a. 1872. Praebet Amellius e codice Ioh 3,5.6 4,6—8 9.10 11.12 ῾14.15 16—18 19—21 5,4, et in mente habet totum mox edere.

(b.) Actus.

d: Cantabrigiensis, cf supra, p. 954.

e: Oxonii Laudianus, cf supra, p. 410—413. Andreas Christianus Hwiid, *Libellus criticus* . . . Hauniae a. 1785, pp. 67—155, textum Latinum, ut videtur ex Hearnio haustum, edidit.

g (Apoc): Holmiae Gigas.
saec. XIII: continet, inter alia, *Biblia sacra;* e Novo Testamento sunt Act et Apoc versionis veteris, fortasse Europaeae; exoptatum certe est versionis veteris Latinae hos libros integros habere; vix differt textus a textu quo Luciferus usus est vel a fragmento g^2 Mediolanensi, cf Westc.-Hort. *N. T.* [vol. 2] *Intr.* § 116 et *App.* p. 5. Textus Apocalypsis textui Vulgatae versionis multo propior est et indolis Italicae esse videtur.

Olim in Bohemia, anno 1648 belli praeda, una cum codice argenteo hodie Upsaliensi, Praga in Sueciam translatus est codex. Vir cl. Iohannes Belsheim Act et Apoc edidit in libro *Die Apostelgeschichte und die Offenbarung Iohannis in einer alten lateinischen Uebersetzung aus dem „Gigas librorum" auf der königlichen Bibliothek zu Stockholm. Zum ersten Mal herausgegeben von* J. B. *Nebst einer Vergleichung der übrigen neutestamentlichen Bücher in derselben Handschrift mit der Vulgata und mit anderen Handschriften,* Christianiae a. 1879; cf v. cl. Oscarus de Gebhardt, *Theologische Literaturzeitung,* Lipsiae a. 1880, coll. 185–187.

g_2: Mediolani Ambrosianus.
saec. X vel XI: *Act* 6,8—8,4. Textus Europaeae est recensionis.
Edidit v. cl. Cerianius, *Monumenta sacra et profana,* Mediolani, tom. 1, fasc. 2 (1866), p. 127.128.

m: Speculum, cf supra, p. 961.

reg (Apoc): Paris. nat. 6400 G, olim 5367.
saec. VII, 24×18, membr rescriptus, foll. 33 (ex 193) (insunt in codice „Boethii et Isidori" quaedam): *Apoc* 1,1—2,1 8,7—9,11 11,16—12,5 12,6—14 14,15—16,5. *Act* 3,2—4,18 5,23—7,2 7,42—8,2 9,4—23 14,5—23 17,34—18,19 23,8—24 26,2—27,13 *1 Pet* 4,17—5,14 *2 Pet* 1,1—2,6 *1 Ioh* 1,8—3,20. Textus est Africanae recensionis; cf Westcottus Hortiusque *N. T.* [vol. 2] *Intr.* § 116, et *App.* p. 5, sub siglo h, et Hortius, *Classical Review,* Londinii a. 1889, p. 11.12.

Olim in monasterio s. Benedicti de Floriaco. Nonnulla ex Act capp. 3 et 4 edita sunt a Sabatario (cf supra, p. 954, adn. 1) vol. 3, p. 507. VanSittartus, *Journal of philology,* Londinii et Cantabrigiae, vol. 2 (a. 1869), p. 240—246,

et Apoc vol. 4 (a. 1872), p. 219—222, edidit locos a Sabatario neglectos. V. cl. Henricus Omont, *Bibliothèque de l'école des chartes*, Parisiis a. 1883, vol. 44, p. 445—451, folia duo ex Apoc edidit: Apoc 1,1—2,1 et 8,7—9,12. V. cl. Belsheimius fragmenta edidit in libro *Appendix epistularum Paulinarum ex codice Sangermanensi Petropolitano, in quo continetur I. Collatio epp Paulinarum cum cod. Claromont. Parisiensi; II. Palimpsestus Parisiensis, fragmenta Act app., epp. Petri, ep. Ioh. primae, Apocalypseos Ioh., ex codice rescripto Parisiensi eruit et edidit* I. B. Christianiae a. 1887. V. cl. Samuel Berger doctissime de codice disseruit in actis *Revue de théologie et de philosophie*, Lausannae a. 1886, fasc. 6, p. 545—582, et fragmenta omnia denuo accuratissime edidit, *Le palimpseste de Fleury*, Parisiis a. 1889, pp. 45, cum tabula; cf quae Bergerus addidit in actis *Bulletin critique*, Parisiis a. 1891, p. 303 et 304, adn. 1. Cf etiam v. cl. Petrus Corssen, *Der Cyprianische Text der Acta apostolorum* [*Gymn. Schöneberg-Berolinense Occident.*] [Progr. 1892. No. 67.] Berolini a. 1892.

s: Vindob. caes. 16, olim Recent. 85, olim Bobbien. saec. V, rescriptus: nonnulla ex *Act* capp. 23.27.28. *Iac* 1,1—5. 2,21.22 3,13—18 4,1.2 5,19.20 *1 Pet* 1,1—12.

Neapoli Vindobonam translatus a. 1717. Tischendorfius edidit, *Jahrbücher der Literatur, Anz.-Blatt*, Vindobonae vol. 120 (a. 1847), p. 36—43; item v. cl. Iohannes Belsheim, „Fragmenter af Apostlernes Gjerninger, Iakobs Brev og 1st Petri Brev i den aeldste latinske Bibeloversaettelse efter en Palimpsest i det keiserlige Hofbibliothek i Wien" in actis *Theol. Tidsskrift for den evang. luth. Kirke i Norge*, ser. 3, Christianiae a. 1886, vol. 1,3, p. 307—326 (cohaeret hoc cum „Fragmenter" etc *ibidem*, nova series, vol. 10, fasc. 3, p. 289—346?).

x_1: Oxonii Bodl. 3418, Selden. 30. saec. VII vel VIII, 22.5×18, membr, unc, foll. 107, col. 1, ll. 24—26: *Act;* desunt 14,26—15,32; textus est bonae notae.

Bentleii χ_2. V. cl. Westcottus descripsit, *Smith's Dictionary of the Bible*, ed. Amer. Novo Eboraco a. 1876, vol. 4, p. 3458[b], cum facs. Cf v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen âge*, Parisiis a. 1893, p. 44 et 398.

(c.) Epistulae catholicae.

ff: Petrop. caes. Q. v. I. 39, olim Sangermanensis 625, olim Corbeiensis.

saec. X, 24×19, membr, (Iac vol. 2, foll. 89—93): *Iac.*

Editus a Martianaeo (cf supra, p. 957, adn. 3) et ex Martianaeo a Sabatario et a v. cl. Iohanne Belsheim, *Das Evangelium des Matthaeus... Nebst einem Abdruck des Briefes Jacobi nach Martianays Ausgabe von 1695*, Christianiae a. 1881, p. 61—69. V. cl. Oscarus de Gebhardt [Gebhardt. et Harnack.], *Barnabae epistula*, ed 2, Lipsiae a. 1878, p. XXIV—XXV, codicem accurate descripsit. Anno demum 1883 edidit Belsheimius hanc epistulam e codice, *Der Brief des Jakobus in alter lateinischer Uebersetzung...* Christianiae a. 1883, pp. 15 (ex actis *Theologisk Tidsskrift for den evangelisk-lutherske Kirke i Norge*, nova series, vol. 9, fasc. 2). Cf etiam v. cl. Iohannes Wordsworth, „The Corbey St. James (ff), and its relation to other Latin versions, and to the original language of the epistle" in libro *Studia biblica*, [vol 1,] Oxonii a. 1885, p. 113—150; suspicatur Wordsworthius epistulam lingua Aramaica scriptam esse; — in eodem libro habes praeterea, p. 233—263 disquisitionem viri cl. Guilelmi Sanday de eodem codice.

q: Monacensis reg. Clm. [6220.6230.6277] 6436 olim Frisingensis 236.

saec.VI: *1Pet* 1,8—19 2,20—3,7 4,10—*2Pet* 1,4 *1Ioh* 3,8—5,21; textus teste Zieglero idem videtur esse atque textus quo Fulgentius Ruspensis (a. 468—533) usus est; Westcottus Hortiusque quaerunt, num forte Italicae sit recensionis.

1 Pet 1,8—19 et 2,20—3,7 exstant in farina qua membranae olim libri Clm. 6230 tegumento agglutinabantur unde v. cl. Zieglerus verba, speculo inversa, microscopio inspecta, edidit, *Bruchstücke einer vorhieronymianischen Uebersetzung der Petrusbriefe*, Monaci a. 1877. Frustula textus 1 Pet 4,10—2 Pet 1,4, olim in tegumentis librorum Clm. 6220.6277 erant; Zieglerus fragmenta legit, coniectura textum fere integrum restituit, textum restitutum in eodem libro edidit. Ex eodem codice vetere habemus 1 Ioh 3,8—5,21, folia 23 et 24 in libro Clm. 6436, cf infra Paul r, quae edita sunt a Zieglero in libro ibi laudato. Plurimi aestimanda sunt folia haec, ut quae post Speculum (m), post Pseudo-Hieronymi prologum in Cath (in codice Fuldensi, cf infra, p. 987), post codicem Cavensem saec. IX (cf infra, p. 985), post Fulgentii scripta saec. VI, post Vigilii scripta saec. V praeclare originem commatis 1 Ioh 5,7 testentur.

s: cf ad Act; Tischendorfius legit *Iac* 1,1—5 [Eichenfeldius 2,21.22, *Jahrb. d. Lit. Anz.-Blatt*, vol. 26, p. 35] 3,13—18 4,1.2 5,19.20 1 Pet 1,1—12.

(d.) Epistulae Paulinae.

d: Claromontanus, cf supra, p. 419—422, D^{paul}. Editus a Sabatario, sed non accurate; Tischendorfius edidit. Cf v. cl. Petrus Corssen (ut infra, cod. f).

e: Petropolitanus, olim Sangermanensis, cf supra, p. 423—424 E^{paul}. Editus a Sabatario, sed non accurate. V. cl. Iohannes Belsheim edidit, *Epistulae Paulinae ante Hieronymum Latine translatae ex codice Sangermanensi Gr.-Lat., olim Parisiensi, nunc Petropolitano*, Christianiae a. 1885, pp. VII et 87, cum tabula.

f: Augiensis, cf supra, p. 424—426, F^{paul}. Editus a Scrivenero. V. cl. Zieglerus, *Italafragmente der Paulinischen Briefe*, p. 28, adn. 2, testatur codicem Augiensem textum cum textu Vulgatae versionis non congruentem solis in libris Rom et 1 Cor praebere; in ceteris versionem Vulgatam

paucis variatis exhibere. Hortius hunc codicem accuratius examinare voluit; putavit totum habere originem e Vulgata admixtis lectionibus veteris Latinae; cf praeterea quae disseruit in actis *Journal of Philology*, a. 1871, vol. 3, p. 68. Cf etiam v. cl. Petrus Corssen, *Epistularum Paulinarum codices Graece et Latine scriptos Augiensem Bornerianum Claromontanum examinavit inter se comparavit ad communem originem revocavit* P. C. *Specimen primum ad programma gymnasii Ieverensis additum* (Kiliae a. 1887). [Progr.-No. 618.]; *Spec. alt.* a. 1889 [Progr.-No. 629]; — v. cl. Fridericus Zimmer, „Der Codex Augiensis F^{paul} eine Abschrift des Bornerianus G^{paul}“ in actis *Zeitschrift für wiss. Theologie*, XXX, Lipsiae a. 1887, p. 76—91.

g: Boernerianus, cf supra, p. 426—429. Editus a Matthaeio. Putavit Hortius g habere originem duplicem alteram e textu veteri Latino puro alteram e textu mutato. Cf Hermannus Rönsch, „Die Doppelübersetzungen im lateinischen Texte des Codex Boern. der Paul. Briefe“, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, XXV, Lipsiae a. 1882, p. 488—509, XXVI, a. 1883, p. 73—99 et 309—344; — v. cl. Petrus Corssen (ut supra, cod. f).

gue: Guelferbytanus Weissenburg. 64. 15,3—13.
saec. VI, rescriptus: *Rom* 11,33—12,5 12,17—13,1 14,9—20

Editus a Knittelio (cf supra, p. 387) *Ulphilae versio Gothica nonnullorum capitum ep. Paul. ad Rom.* etc, Brunsvigae a. 1762 cum Gothicis, et a Tischendorfio, *Anecdota* etc, Lipsiae a. 1855, p. 153—158.

m: Speculum, cf supra, p. 961.

r: Monacensis reg. Clm. 6436 et univ (num. ?) olim Frisingensis 236.

saec. VI, folia 26 ex codicum tegumentis ab I. Andr. Schmellero protracta: *Rom* 14,10—15,13 *1 Cor* 1,1—27 1,28—3,5 6,1—7,7 15,14—43 16,12—27 *2 Cor* 1,1—2,10 3,17—5,1 7,10—8,12 9,10—11,21 12,14—13,10 *Gal* 2,5—4,3 6,5—17 *Eph* 1,1—13 1,16—2,16 6,24 *Phil* 1,1—20 *1 Tim* 1,12—2,15 5,18—6,13 *Heb* 6,6—7,5 7,8—8,1 9,27—11,7. Textus videtur Italae esse versionis quam Augustinus amavit.

Tischendorfius primus nonnulla legerat anno 1856 et in editione Novi Testamenti sua septima adhibuerat, *Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft und christliches Leben*, a. 1857, num. 8, p. 57—61. V. cl. Leo Zieglerus omnia edidit, *Italafragmente der Paulinischen Briefe* etc, Marburgi a. 1876. V. cl. Carolus Schnorr de Karolsfeld repperit anno 1892 in bibliotheca universitatis Monacensis folia duo alia huius codicis, quae v. cl. Wölfflin. edidit addita commentatione philologica;[1] continent Gal 3,5—4,3 6,5—17 Eph 1,1—13.

r^2: Monacensis reg. Clm. 6436, olim Frisingensis 236. saec. VII: *Phil* 4,11—23 *1Thess* 1,1—10.

Haec detexit et edidit v. cl. Zieglerus (ut cod. r).

r^3: Gottvici. saec. ?, membr, foll. 2: *Rom* 5,16—6,4 6,6—6,19 *Gal* 4,6—19 4,22—5,2. Recensionis est textus Europaeae (?).

Hermannus Rönsch edidit „Italafragmente des Römer- und Galaterbriefes aus der Abtei Göttweig. Textabdruck nebst Einleitung und kritischen Anmerkungen“ in actis *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, XXII, Lipsiae a. 1879, p. 224—238; cf v. cl. Samuel Berger, *Bulletin critique*, VII, 5, Parisiis 1 Martii a. 1886, pp. 89—90.

x_2: Oxonii Bodl. Laud. Lat. 108. E. 67. saec. IX: *Paul;* desunt Heb 11,34—13,25; textus ter correctus est; saepe cum d consentit; 1.2 Thess praecedunt epistulam ad Col, cf Augustinus, *de doctrina christiana* 2,13; descriptus a v. cl. Westcotto (cf supra, p. 966.967, cod. x_1).

(e.) Apocalypsis.

g: Holmiensis Gigas qui solus Apoc integram praebet; cf supra, p. 965, cod. g^{act}.

m: Speculum, cf supra, p. 961.

[1] Wölfflin, „Neue Bruchstücke der Freisinger Itala“ in actis *Sitzungsberichte der philosophisch-philologischen und der historischen Classe der königlich bayerischen Akademie der Wissenschaften zu München*, Monaci a. 1893, fasc. 2, pp. 253—280.

reg: Parisiensis, cf supra, p. 965. Westcotti Hortiique est h, recensionis Africanae.

Apocalypsis haurienda est ex commentario Primasii, cf infra, caput X, 2, sub nomine Prim.

---

b. VULGATA.[1]

Anno ut videtur 382, cognita textus bibliorum Latini corruptione atque confusione, poposcit Damasus papa ab Hieronymo Stridonensi ut textum novum Latinum ex veteris codicibus componeret, ne veritas ex illa verborum variatione damnum caperet. Hieronymus sollicita mente opus arduum suscepit atque anno iam 384 fautori et principi obtulit partem operis primam „evangelia . . . codicum Graecorum emendata conlatione, sed veterum. Quae ne multum a lectionis Latinae consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus ut his tantum quae sensum videbantur mutare correctis reliqua manere pateremur ut fuerant". Evangelia quae sane cura maxima egebant accurate secundum propositum restauravit. Ceteri vero Novi Testamenti libri annis ut videtur proximis vel etiam proximo anno recensiti non tam diligenter emendati sunt; recensio horum textus nova vix praebet novas lectiones e Graeco ductas sed solas elocutiones politiores atque cultiores Latinas. Plerisque valde

[1] Praeter libros supra, p. 949, laudatos, cf Aug. Calmetus, „Dissertatio in Vulgatam", *Prolegomena* etc, tom. 2, Lucae a. 1729, *App.*, p. 390—397; — v. cl. O. F. Fritzschius, apud Herzogium (ut supra, p. 949), vol. 8, pp. 445—472; — Georgius Riegler, *Kritische Geschichte der Vulgata*, Sulzbachiae a. 1820 (hic liber scriptus est ita ut responderet ad quaestionem a Leandro van Ess anno 1814 cum praemio propositam iisdem verbis quibus hic anno 1824 in titulo suo usus est; cf praefationes Riegleri et Leandri van Ess); — Leander van Ess, *Pragmatisch-kritische Geschichte der Vulgata im Allgemeinen, und zunächst in Beziehung auf das Trientische Decret. Oder: Ist der Katholik gesetzlich an die Vulgata gebunden?* Tubingae a. 1824; — Carolus Vercellone, *Variae lectiones*, Romae, vol. 1, a. 1860, vol. 2 a. 1864; — v. cl. Franciscus Kaulen, *Geschichte der Vulgata*, Moguntiae a. 1868.

displicuit nova versio[1], quae quamquam tempore Gregorii Magni (mort. a. 604) sedes apostolica translatione utraque utebatur vix tandem, quod saepe asseveratur, saeculo nono principatum tutum tenebat; nam Anglo-Saxones veteris versionis tenacissimi erant et iam vidimus codicem *c* veteris versionis Colbertinum saeculo undecimo exscriptum esse. Nomen Vulgata olim versionis Veteris Testamenti Graecae quae dicitur LXX virorum, tum Latinae eiusdem translationis proprium erat, denique versioni Hieronymi adtributum est, ut videtur non ante saeculum septimum; quo loco primum huic versioni adnexum sit non habeo dicere, sed Rogerus Baco (nat. a. 1214, mort a. 1294) versionem sine nomine descripsit his verbis: „haec quae vulgatur apud Latinos" et „illa quam ecclesia recipit his temporibus".[2] Erasmus in Novi Testamenti sui editione altera, anni 1519, ad marginem Apologiae praefixae, p. 64, scripsit „*Vulgata* novi testamenti aeditio, Hieronymi non est". Vulgatae titulo plena accessit auctoritas per decretum concilii Tridentini die 8 mensis Aprilis anni 1546 datum.

[1] Quod Hieronymus iam praeviderat cum scriberet: „Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen adsumpserit, et a saliva quam semel inbibit viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere mutare corrigere?"

[2] Haec duo Baconis dicta apud Fritzschium, (ut supra), p. 448. Videsis *Fr. Rogeri Bacon opera quaedam hactenus inedita*, Londinii, vol. 1 (a. 1859); in libro *compendium studii*, cap. 8, p. 485, dicitur de erroribus „quos reprehendit [Hieronymus] in translatione *vulgata*", eodem vero capite, p. 484, appellatur illa versio corrigenda „translatio antiqua". Capite 6, p. 436. 437, legimus de loco quodam versionis Hieronymianae: „moderni vero theologi, Hebraeum ignorantes, tenent interpretationem *vulgatam*", spectant autem haec magis ad vocabulum quam ad versionem, cum sequatur „quae nulla est". Item scripsit p. 92: „Nam pro maiori parte [textus] est corruptus in exemplari vulgato, quod est Parisiense". In illo Baconis tomo multa de versione Latina aeque ac de ingenio linguarum Hebraicae Graecae Latinae inveniuntur. Cf Martinus (ut infra, p. 973, adn. 1).

At textus Hieronymianus non sine macula ad tempora concilii Tridentini venerat, neque-ut ita dicam-Hieronymi fuit textus iste omnino permixtus quem approbavit concilium. Iam Cassiodorius (clar. a. 550) textum depravatum corrigere aggressus est. Carolus Magnus[1] Alcuino eundem laborem permisit et accepit ab eo exemplar emendatum anno 801. Theodolfus[2] episcopus Aureliensis (a. 787

[1] De textus versionis Vulgatae historia, praesertim de opere emendationis sive correctionis scripserunt Carolus Vercellone, „Dei correttorii biblici della biblioteca Vaticana" in libro *Dissertazioni accademiche di vario argomento*, Romae a. 1864, pp. 35—46; — Albertus Dressel, „Die vatikanischen Correctorien der Vulgata" in actis *Theologische Studien und Kritiken*, Gothae a. 1865, vol. 1, pp. 369—374; — v. cl. Samuel Berger, „Des essais qui ont été faits à Paris au treizième siècle pour corriger le texte de la Vulgate" in actis *Revue de théologie et de philosophie*, Lausannae a. 1883, Ian., pp. 41—66, et *De l'histoire de la Vulgate en France*, Parisiis a. 1887, pp. 16, et novissime atque locupletissime, *Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen âge*, Parisiis a. 1893, pp. XXIV et 443; — v. cl. Iacobus Isidorus Mombert, „Emendations and corrections" in actis *Journal of the society of biblical literature and exegesis*, Iun. et Dec. a. 1884, p. 93—125; — I. P. P. Martinus, „La Vulgate latine au XIIIe siècle, d'après Roger Bacon" in actis *Le Muséon*, VII, Lovani a. 1888, p. 88—107, p. 169—196, p. 278—291, p. 381—393, et „Le texte parisien de la Vulgate latine" in actis *Le Muséon*, VIII, a. 1889, p. 444—466, IX, a. 1890, p. 301—316; — v. cl. Henricus Denifle, „Die Handschriften der Bibel-Correctorien des 13. Jahrhunderts" in actis *Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*, IV, Friburgi in Brisgovia, a. 1888, p. 263—311 et 471—601 (nondum absoluta est dissertatio); — v. cl. Eberhardus Nestle, „Die Hirschauer Vulgata-Revision" in actis *Theologische Studien aus Württemberg*, X, Ludwigsburgi a. 1889, p. 305—311; — v. cl. L. Salembier, *Une page inédite de l'histoire de la Vulgate*, Ambiani a. 1890, pp. XVI et 98 ex actis *Revue des sciences ecclésiastiques*.

[2] Cf v. cl. Leopoldus Delisle, „Les bibles de Théodulfe" in actis *Bibliothèque de l'école des chartes*, XL, Parisiis a. 1879, p. 5—43.

—821), Langfranc archiepiscopus Cantabrigiensis (a. 1069—1089), Stephanus II Harding[1] episcopus Cisterciensis (mort. a. 1134), cardinalis Nicolaus (a. 1150) suo quisque modo hic illic menda sustulerant. Saeculo vero tertio decimo prodierunt correctoria biblica, primum facultatis theologicae Parisiensis, anno circiter 1230, etiam Senonense dictum quod ab archiepiscopo Senonensi in Galliae usum approbatum est, posterius ordinis praedicatorum sive Dominicanorum auspiciis Hugonis de sancto Caro anno circiter 1236 vel 1240, aliud denique ordinis fratrum minorum vel Franciscanorum atque ordinis Carthusianorum. Viriliter reprobavit vir doctissimus Rogerus Bacon († 1294) anno circiter 1266 textum maculatum, dixitque de anonymo quodam, qui per quadraginta annos textui corrigendo operam navaverat, auctore ut videtur Correctorii Vaticani.[2] Haec correctoria laudabant lectiones e Graecis codicibus et lectiones ab antiquis scriptoribus comprobatas.[3] Qui tamen transcribebatur textus non melior factus in peius ibat.

[1] I. P. P. Martin, *Saint Étienne Harding et les premiers recenseurs de la Vulgate latine Théodulfe et Alcuin*, Ambiani a. 1887 (prodiitne haec dissertatio primum in actis *Revue des sciences ecclésiastiques*, a. 1887 ?).

[2] Cf Martinus (ut supra, p. 973 adn. 1), qui tamen Baconis verbis plus quam aequum est fidei habet. Optime sane ita de correctione generali scripsit Baco (ut supra, p. 972, adn. 2), p. 93—94: „Et in hoc aggravatur haec corruptio, quod quilibet corrigit pro sua voluntate. Nam quilibet lector in ordine Minorum corrigit ut vult; et similiter apud Praedicatores; et eodem modo saeculares. Et quilibet mutat quod non intelligit, quod non licet facere in libris poetarum. Sed Praedicatores maxime intromiserunt se de haec correctione. Et iam sunt viginti anni et plures quod praesumpserunt facere unam correctionem, et redegerunt eam in scriptis. Sed postea fecerunt aliam ad reprobationem illius; et modo vacillant, plus quam alii, nescientes ubi sunt. Unde eorum correctio est pessima corruptio et destructio textus dei; et longe minus malum est et sine comparatione uti exemplari Parisiensi, non correcto, quam correctione eorum vel aliqua alia".

[3] Correctoria quae sequuntur enumerat v. cl. Henricus

Anno 1440, quo fere tempore (cf supra, p. 202—203) editio princeps versionis Vulgatae prodiit, contulit Laurentius

Denifle in actis *Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*, Friburgi in Brisgovia, a. 1888, p. 264—266. Hoc loco dantur ut facilius quisque ad correctoriorum studium vocetur. Distinctiones classium A—N apud Denifleium inveniuntur.

Austria.

Vindobonae caes. Lat. 1217: a. 1434, fol. 2 ss. Classis A.

— — Lat. 1612: saec. XIII—XIV, fol. 1 ss. Classis D.

Gallia.

Parisiis arsenalis 94: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis A.

— — 131: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis G.

— nat. Lat. 3218: saec. XIII, fol. 137 ss. Classis A.

— — Lat. 15554: foll. 1—146. Classis C.

— — —: foll. 147—253: Classis F.

— — Lat. 16719—16722: saec. XIII. Classis B.

Tolosae urbis 61: saec. XV, fol. 1 ss. Classis M.

— — 402: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis D.

Germania.

Cusae hospitii, Fol. 13: a. 1446, fol. 1 ss. Classis A.

Lipsiae univ. 105: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis A.

Norimbergae urbis Cent. I. 47: saec. XIV exeuntis, foll. 110—126. Classis A.

— — Cent. I. 47: saec. XIV exeuntis, fol. 127 ss. Classis L.

Helvetia.

Eremitarum Coenobii (Einsiedeln), MS. 28: saec. XIV ?, fol. 49 ss: excerpta. Classis N.

— — MS. 28: saec. XIV, fol. 171 ss: excerpta. Classis D.

Hispania.

Seviliae Colombinae, V. 129.8: saec. XIII—XIV, fol. 1 ss. Classis D.

Italia.

Florentiae Laurentianae Plut. XXV, sin., MS. 4: saec. XIII ?, foll. 101—107 mut. Classis E.

— — — foll. 108[b]—178: saec. XII. Classis D.

— — — fol. 211 ss. Classis G.

Paduae Antonianae 492: saec. XIV. Classis K.

Romae Borgesianus (? Burghes.) 82: saec. XIV: correctoria duo. Classis I.

— Vat. Lat. 3466: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis D.

— — Lat. 4240: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis E.

Valla[1] (della Valle) codices Graecos ut textum Latinum corrigeret, et Erasmus anno 1505 adnotationes Vallae edidit.[2] Editiones[3] tamen quae primae textum re vera e codicibus emendatum et variis lectionibus ornatum praebuerunt, si neglegere licet biblia Polyglotta Complutensia, prodierunt apud Robertum Stephanum Parisiis a. 1528. 1532.1534.1540.1545.1546, Genevae a.1555.1557; optima est editio anni 1540.[4]

Decretum illud concilii Tridentini anno 1546

— — Ottob. 293: saec. XIII—XIV, fol. 1. Classis A.

Taurini univ. I. V. 2: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis A.

— — K. V. 39: saec. XIV, fol. 1. Classis D.

Venetiae Marc. Lat. cl. I. cod. 140: saec. XIV, fol. 85 ss. Classis D.

— — — cod. 141: saec. XIII, foll. 1—119. Classis D.

— — — cod. 141: saec. XIII — XIV, foll. 121— 390. Classis H.

[1] Wagenmann, „Laurentius Valla", *Herzog's Real-Encykl.* ed. 2, Lipsiae a. 1881, vol. 8, p. 491—495.

[2] Valla, *Annotationes in Latinam N. T. interpretationem ex collatione Graecorum exemplarium*, Parisiis a. 1505; „In N. T. ex diversorum utriusque linguae codicum collatione annotationes, cum primis utiles", *Opera*, Basileae a. 1540, p. 803[b]—895[b].

[3] Non est quod hoc loco disseram de editionibus multis sine arte critica confectis quae iam saeculo quinto decimo publici iuris factae sunt; vide supra, p. 202—203. Cf v. cl. Waltherus Arthurus Copinger, *Incunabula biblica or the first half century of the Latin bible, being a bibliographical account of the various editions of the Latin bible between 1450 and 1500 with an appendix containing a chronological list of the editions of the sixteenth century*, Londinii a. 1892, (pp. X, 226; tabulae 54 in fol.) Autor, iuris consultus decretorum de libris librariisque optime peritus, vix satis peritus est scientiae quam dicunt bibliographicae.

[4] Quo modo Stephanus in his editionibus ornandis codices in consilium vocaverit, optime discitur e discursu viri clarissimi praedecessorem illum pie memorantis Iohannis Wordsworth, *Old Latin biblical texts. No. I*, Oxonii a. 1883, p. 47—54: „Appendix I. Codices a Roberto Stephano (et Desiderio Erasmo) in editionibus bibliorum Latinorum adhibiti".

datum incitavit viros ecclesiae Catholicae doctos ut accuratas editiones compararent. Iohannes Hentenius, adiuvantibus theologis Lovanensibus, textum Latinum variis lectionibus ornatum edidit auspiciis Caroli V imperatoris Lovanii a. 1547, quam editionem secuta est ornatior illa editio ab iisdem theologis curata duce Francisco Luca Brugensi[1] (unde cdd^{brug} Lc^{brug}) in bibliis polyglottis Antverpiensibus anni 1573.[2]

Editiones Sixtino-Clementinae.

Suspicari licet, secundum Westcottum Hortiumque, recensionem textus Novi Testamenti, ne dicam biblici, in ecclesia Syriaca iam saeculo tertio factam esse, factamque statim auctoritate ecclesiae ita esse usu receptam ut exemplaria vetustiora non emendata brevi ad unum fere omnia reiecta videantur. De ecclesia Syriaca quod suspicamur, id in actis publicis quae dicuntur propalam legimus de ecclesia Romana. Editiones privata manu non auctoritate ecclesiastica institutae iam multae e prelo exierant, immo voluerat fortasse editio illa Lucae Brugensis editio esse ad mentem concilii Tridentini perfecta. Duodecim autem annis ante Polyglotta Antverpiensia publici iuris facta, nisi iam antea, moliti sunt viri docti Romani opera critica, vocaveruntque iam anno 1561 Paulum Manutium, Aldi illius inlustris prolem, Romam, ut typis biblia et Latina et Graeca exprimenda curaret; per multos annos textum tum Graecum Veteris Testamenti tum Latinum bibliorum integrorum recensuerunt. Prodiit Vetus Testamentum Graece anno 1587, quo opere absoluto nihil antiquius habuit Sixtus V papa, quam ut biblia Latina omni

[1] Cf Paulus de Lagarde, *Die vier Evangelien arabisch aus der Wiener Handschrift herausgegeben*, Lipsiae a. 1864, p. XI, adn. †, ubi de *notationibus* Lucae dicit: „die allein brauchbare originalausgabe (Antwerpen 1580, 470 seiten klein quart) ist eins der seltensten und nützlichsten bücher, die ich kenne; für die kritik der lateinischen bibelübersetzungen geradezu unentbehrlich."

[2] Cf supra, pp. 215.216.

modo emendaret. Constitutio „Aeternus ille", die 1 Martii anni 1589 data, praefatio fuit editionis ipsius, anno 1590 ornatae, in qua constitutione statuit declaravitque Sixtus ex certa sua scientia deque apostolicae potestatis plenitudine „eam Vulgatam sacrae, tam veteris, quam novi Testamenti paginae Latinam editionem, quae pro authentica a Concilio Tridentino recepta est, sine ulla dubitatione, aut controversia censendam esse hanc ipsam, quam nunc, prout optime fieri poterit, emendatam et in Vaticana Typographia impressam ... evulgamus, decernentes eam ... pro vera, legitima, authentica et indubitata, in omnibus publicis privatisque disputationibus, lectionibus, praedicationibus, et explanationibus recipiendam et tenendam esse". Nihilominus omnino non ad amussim erat editio ista Sixtina (unde vg^{sixt}) nec tali praeconio digna. Motu et opera Bellarmini (qui inter alia ob tantam fraudem postea beatificationem sive canonisationem adipisci non potuit) editio refecta est quasi Sixtus ipse totum opus revocandum censuisset ac decrevisset, prodiitque anno 1592 auspiciis Clementis VIII manu Toleti typis Aldi Manutii, Pauli iam supra nominati filii. Annis 1593 et 1598 editiones emendatae publici iuris factae sunt. Textus huius editionis anni 1592 (1593 et 1598) Clementinae (unde vg^{clem} item vg et vg^{ed}) puritate editionibus omnibus vetustioribus praestabat, etsi minime purus erat textus, minime labore quo opus erat diligenti recensitus.[1]

vg^{sixt}

vg^{clem}

[1] Discrepantias harum duarum editionum, quarum utraque ecclesiae catholicae auctoritate munitur, notavit Thomas James, *Bellum papale sive concordia discors Sixti Quinti et Clementis Octavi circa Hieronymianam editionem*, Londinii a. 1600 (1606 et ut videtur saepius; exemplar Lipsiense annum habet 1678); Iamesius constitutionem „Aeternus ille" repetit. Praeterea conferendi sunt Leander van Ess (ut supra, p. 971, adn. 1), Carolus Vercellone, *Variae lectiones Vulgatae Latinae bibliorum editionis*, Romae a. 1860, vol. 1, prolegomena, Westcottus apud Smithium (ut supra, p. 949, adn. 1).

Utinam papa Leo XIII tanta scientia tanta magnanimitate insignis curam in se suscipiat textus sacrosanctorum bibliorum Latini edendi. A Thomae operum cura transeat ad curam divinorum scriptorum. Cura, opus ecclesia et papa dignum!

Sed redeundum est ab hac recensione ecclesiasticae auctoritatis plena ad editiones privata manu curatas. Anno 1693 prodiit editio a Martianaeo et Pouietio parata inter opera Hieronymi a monachis Benedictinis edita. Bentleius (a. 1720) qui primus versionis Latinae iuxta codices Latinos veteres repurgatae cum codicibus Graecis veteribus concordiam veri textus Graeci normam esse censuit, labore magno codices Latinos et ipse volvit et manu Walkeri volvendos curavit,[1] unde fit ut nemo usque ad Lachmannum Bentleio sociari possit alter. Vallarsius in operibus Hieronymi Veronae anno 1734 editis praebuit textum bonum pro iis quos habuit codicibus. Lachmannus (unde al^{lach} = alii^{lach}; omn^{lach} = omnes^{lach}) initium fecit textus critica arte edendi in Novo Testamento suo anni 1841 (cf supra, p. 258). Quod Bentleius alta sibi mente proposuerat et per annos persecutus est nec tamen impetravit, nam editionem non confecit, hoc etsi finibus ut ita dicam artioribus conscriptum ad bonam finem perduxit Lachmannus, Bentleii discipulus ille spiritualis magistro ex omni parte dignus. Lachmannus socio Philippo Buttmann iuniore[2] codices Latinos excussit, ipse textum et lectiones varias adponendas curavit. Hodie plura praestanda sunt, plura praestitit Wordsworthius Bentleii et Lachmanni successor, Lachmannus vero honorem sibi habet ut qui

[1] Cf supra, p. 229—240, et v. cl. Westcottus apud Smithium (ut supra, p. 949, adn. 1), et v. cl. Wordsworthius, *Old Latin biblical texts. No. I*, Oxonii a. 1883, et Wordsworthii *Novum Testamentum ... Latine*, pars 1, fasc. 1, Oxonii a. 1889, p. xv—xxvii.

[2] Vide supra, p. 258—266 et acta *Theologische Studien und Kritiken*, Gothae a. 1830, p. 817—845.

primus mente vere critica textum Latinum usque ad illud tempus purissimum confecerit atque lectionibus variis locupletatum ediderit.

Lachmanno, quod ad textum Novi Testamenti Graecum attinet, successit Tischendorfius; sed hic textum Latinum non denuo constituebat, contentus codices modo integros edere modo curiosius excutere, ut eorum testimonio in textu Graeco constituendo uti posset. V. cl. Westcottus inter vivos primus dissertatione egregia[1] rem totam dilucide illuminavit, ipse tamen textum Latinum edendum non curavit. V. cl. Petrus Corssen, qui diligentissime codices Latinos excussit, comparavit, eorum historiam eruere quaesivit, edidit Berolini anno 1885 epistulam ad Galatas[2] ita ut fieret exemplar in Novum Testamentum Latinum integrum edendum.

Iam vero die 2 Novembris anni 1882 prospectum quem dicunt scripserat Oxonii vir clarissimus Iohannes Wordsworth, tum temporis nisi fallor in collegio Aenei Nasi praeceptor, ex quo prospectu, qui inscriptus est „The Oxford critical edition of the Vulgate New Testament", discimus anno circiter 1878 editionem Novi Testamenti Latini incohatam, v. cl. Westcottum in consilium vocatum, codices correctoria conlationes Bentleio-Walkerianas diligenter excussas esse. Ne viri docti de textu antiquiore in dubio manerent suscepit praeterea Wordsworthius codicum veteris versionis nonnullorum editionem, de qua supra diximus,[3] quae necessario textus constitutionem aliquamdiu impedivit, Wordsworthio ipso anno 1883 professore Oxoniensi facto, anno 1885 episcopo Sarisburiensi. Anno denique 1889 prodiit

[1] Cf supra, p. 949, adn. 1.

[2] Corssen, *Epistola ad Galatas. Ad fidem optimorum codicum Vulgatae recognovit, prolegomenis instruxit, Vulgatam cum antiquioribus versionibus comparavit* P. C. Berolini a. 1885, pp. 55. Cf v. cl. Samuel Berger, *Bulletin critique*, VII. 5, Parisiis a. 1886, 1 Martii, p. 84—90.

[3] Vide supra, p. 949, adn. 1.

Oxonii fasciculus primus huius editionis tam diu exspectatae, tam laete consalutatae: *Novum Testamentum Domini nostri Iesu Christi Latine, secundum editionem sancti Hieronymi, ad codicum manuscriptorum fidem recensuit* Iohannes Wordsworth, S. T. P., episcopus Sarisburiensis, *in operis societatem adsumto* Henrico Iuliano White, A. M., societatis s. Andreae, collegii theologici Sarisburiensis vice-principali. *Partis prioris fasciculus primus: Evangelium secundum Matthaeum*, Oxonii e typographeo Clarendoniano a. 1889, pp. xxxviii et 170; — fasc. 2, *Mc*, a. 1891; — fasc. 3, *Lc*, a. 1893.

Praefatio de laboribus editorum, de codicibus et editionibus laudatis, de textus forma lucide refert. Pagina prima incipit epistula Hieronymi ad Damasum, cui succedit p. 5 monitum ille anonymum: „Sciendum etiam ne quis ignarum“ . . . , deinde p. 6 Eusebii epistula ad Carpianum, p. 7 Eusebii canones decem. His adduntur p. 11 prologus e commentario Hieronymi in Mt, p. 15 praefatio Matthaei ignoti auctoris: „Matthaeus ex Iudaeis“ . . . , p. 18 capitula in Mt in sex columnas divisa, p. 40 initium Mt e codice g^1, item e codice Sangallensi 49. Evangelium ipsum secundum Matthaeum paginas 41—170 implet. Textui evangeliorum duabus columnis et colis sive commatibus redacto adsociatur et textus codicis versionis veteris Latinae Brixiani f et apparatus criticus uberrimus. Codices qui sequuntur citantur ab editoribus in evangeliis siglis adscriptis; addo paginas ubi infra invenitur uniuscuiusque descriptio:

A: Amiatinus, am, p. 983.
B: Bigotianus, 1237, p. 1054.
𝔅: Beneventanus, 240, p. 1007.
C: Cavensis, cav, p. 985.
D: Dubliniensis, 1968, p. 1092.
𝔇: Dunelmensis, 117, p. 1000.
E: Egertonensis, mm, p. 989.
𝔈: Epternacensis, 1269, p. 1056.
F: Fuldensis, fuld, p. 987.
G, g^1: Par. nat. 11553 g^1, p. 958. 1276, p. 1056.
H: Hubertianus, 256, p. 1008.
Θ: Theodulfianus, 1266, p. 1056.
I: Ingolstadiensis, ing, p. 989.
J: Foroiuliensis, for, p. 986.
K: Karolinus, 242, p. 1007.
L: Lichfeldensis, 139, p. 1001.
M: Mediolanensis, 2082, p. 1099.
𝔐: Martini-Turonensis, mt, p. 990.
O: Oxoniensis, bodl, p. 985.
P: Perusinus, pe, p. 990.
Q: Kenanensis, 1972, p. 1093.
R: Rushworthianus, 502, p. 1018.
S: Stonyhurstensis, 523, p. 1019.
T: Toletanus, tol, p. 991.
U: Ultratraiectinus, 707, p. 1028.
V: Vallicellianus, vallic, p. 991.
W: Willelmi, 233 a, p. 1006.
X: Corporis Christi, 19, p. 995.
Y: Lindisfarnensis, 155, p. 1002.
Z: Harleianus, harl, p. 988.

Faxit deus ut haec editio sine intercapedine ad finem perducatur. Ecclesia occidentalis, non excepta ecclesia Romana, gaudebit textu Hieronymi tandem post tot saecula quoad fieri poterit in integrum restituto.

Restat ut de codicibus Latinis referamus. Primo loco, id quod in his prolegomenis omnino necessarium est, pono catalogum codicum a Tischendorfio in apparatu critico citatorum. Deinde pauca ex innumera multitudine codicum adferam, minime nesciens catalogum integrum vix confici posse, cupiens tamen hoc modo partem illius multitudinis viris doctis ante oculos proponere, ut facilius de tota re in consilium eant. Ceterum non est obliviscendum saecula in catalogis bibliothecarum veteribus saepius sine rei paleographicae peritia codicibus tributa esse. Sperare licet fore ut viri clarissimi Wordsworthius, Whitius, Sandaeius, Bergerus, Corssenius, Zimmerus classes codicum certo modo componant, quibus classibus cognitis viri in unaquaque urbe docti quos ad manus habent codices inter se distinguere poterunt. Catalogus Caroli Vercellone[1] spectat maximam partem ad libros Veteris Testamenti. Catalogus v. cl. Westcotti[2] magni est momenti et iam typis mandavi excerpta ex eo, sed cum exhibeat distinctionem triplicem inter codices veteris Latinae et codices versionis emendatae et codices Vulgatae, quae distinctio apud Westcottum Hortiumque in Novi Testamenti editione non reperitur, satis erit hic illic catalogum citare. Viri clarissimi Bergeri catalogus codicum selectorum[3] ad manum erit omnibus qui textui Latino operam navare velint.

[1] Vercellone, *Variae lectiones*, Romae a. 1860.

[2] Westcott, *Smith's Dictionary of the bible*, sub voce „Vulgate" (vide supra, p. 949, adn. 1).

[3] Berger, *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, pp. 374—422.

CODICES VULGATAE VERSIONIS
A TISCHENDORFIO LAUDATI.

(a.) Quattuor evangelia.

am: Florentiae Laurentianus olim Amiatinus 1.
anno circiter 700 scriptus, 50×34×20 (sine compagine), membr, foll. 1029, coll. 2, ll. 43 vel 44: *V. T.* et *N. T.*; textus maximi aestimandus lectiones multas Anglo-Saxonicas et Hibernicas exhibet.

Paulo ante annum 716 scriptus iussu Ceolfridi abbatis Girvensis, qui codicem Romam laturus in itinere mortuus est die 25 Septembris anni 716 Langonicae. Veri simile est codicem Romam perlatum esse a Ceolfridi comitibus, Diu monasterii montis Amiatae Cisterciensis fuit, deinde Florentiam translatus est. Angelus Maria Bandinius codicem uberrime descripsit, *Bibliotheca Leopoldina Laurentiana . . .* [*sive Supplementum ad catalogum . . . bibliothecae Laurentianae*] Florentiae, vol. 1 (a. 1791), coll. 617.701—732. Anno 1840 publici iuris fecit[1] Ferdinandus Florens Fleck conlationem cum editione Clementina ab ipso anno 1834 institutam adiuvantibus duobus amicis. Tischendorfius anno 1843 Tregellesius anno 1846 codicem accuratissime contulerunt, Tischendorfius schedas suas etiam cum schedis Tregellesii comparavit, unde anno 1850 (ed. repetita a. 1854) *Novum Testamentum Latine . . . ex celeberrimo cod. Amiatino . . .* Lipsiae edidit. Nostrae aetati reservatum est historiam codicis eruere, ducibus vv. cll. De Rossi, Corssenio, Hortio.

De codice Amiatino adeundae sunt dissertationes hae: v. cl. K. L. F. Hamanni in actis *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, Lipsiae a. 1873, p. 596 (censet codicem iuniorem esse); — Lagardii, *The Academy*, Londinii 2 Sept. a. 1882, vol. 22, p. 172 ab, et *Mittheilungen* [I], Gottingae a. 1884, pp. 379.380; — v. cl. Iohannis Baptistae De Rossi in actis *Bullettino di archeologia cristiana*, Romae a. 1882, pp. 137.159, et *Archives de l'orient Latin*, II,

[1] Fleck, *N. T. Vulgatae editionis*, Lipsiae a. 1840, cum lectionibus codicis Amiatini variis et praemissa de illo codice commentatione.

pp. 439—455, et „*Commentatio de origine historia indicibus scrinii et bibliothecae sedis apostolicae*“, Romae a. 1886 ex volumine primo de bibliotheca Palatino-Vaticana, pp. I—CXXXII, et inprimis „La bibbia offerta da Ceolfrido abbate al sepolcro di s. Pietro, codice antichissimo tra i superstiti delle biblioteche della sede apostolica“, p. 1—22, cum tabula (cf etiam facsimile apud Zangemeisterum et Wattenbachium, *Exempla codicum Latinorum*, Heidelbergae a. 1876, tab. 35) in libro „*Al sommo pontefice Leone XIII omaggio giubilare della biblioteca Vaticana*“, Romae a, 1888; — v. cl. Petri Corssen, „Die Bibeln des Cassiodorius und der Codex Amiatinus“ in actis *Jahrbücher für protestantische Theologie*, Lipsiae a. 1883, vol. 9, p. 619—633, et *Epistula ad Galatas, ad fidem optimorum codicum vulgatae recognovit, prolegomenis instruxit, vulgatam cum antiquioribus versionibus comparavit* P. C. Berolini a. 1885, p. 7.8, et „Der Codex Amiatinus und der Codex grandior des Cassiodorius“ in actis *Jahrbücher für protestantische Theologie*, XVII, 4, Lipsiae a. 1891, pp. 611—644; — Ernesti Ranke, „Blicke auf die Geschichte der lateinischen Bibel im Mittelalter“ in actis *Theologische Literaturzeitung*, Lipsiae a. 1886, num. 26, coll. 611—621; a. 1887, num. 12, coll. 268—278; num. 16, coll. 379—385; — v. cl. Samuelis Berger in actis *Revue celtique*, vol. 6, p. 352, *Bulletin critique*, Parisiis a. 1886, p. 85ss, *De l'histoire de la Vulgate en France*, Parisiis a. 1887, p. 4; — v. cl. Ludovici Duchesne, *Bulletin critique*, Parisiis a. 1886, 1 Septembris, p. 323; — v. cl. Leopoldi Delisle, *Bibliothèque de l'école des chartes*, Parisiis a. 1885, (46), p. 318, a. 1886, (47), p. 670, a. 1887, (48), p. 171.172, et *Compte-rendu de l'académie des inscriptions et belles-lettres*, Parisiis a. 1887, p. 150.151; — v. cl. Iohannis Wordsworth, „The date and history of the great Latin bible of Monte Amiata“ in actis *The Academy*, Londinii a. 1887, 12 Februarii, p. 111c—113b (et in actis *The Guardian*, Londinii a. 1887, 16 Februarii, p. 263abc). Huic dissertationi successerunt epistulae virorum cll. Guilelmi Sanday, Martini Rule, Henrici Iuliani White, Fentoni Iohannis Antonii Hort, E. Maundii Thompson, G. F. Brownii, K. L. F. Hamanni, I. O. Westwoodi, Petri Corssen in actis *The Academy*, Londinii a. 1887, 19 Febr., p. 130c—131c; 26 Febr., p. 148a—150c; 5 Mart., p. 165c—167b; 12 Mart., p. 183c—184c; 30 Apr., p. 309a—310b; 7 Maii, p. 327bc; 11 Iunii, p. 414a—415c; a. 1888, 7 Apr., p. 239c—240b; 14 Apr., p. 257c—258a; 5 Maii, p. 307c—308b; 26 Maii, p. 361bc; a. 1889, 19 Ian., p. 41a—43a; 26 Ian., p. 59ab. — V. cl. Henricus Iulianus White totam rem recognovit „The codex Amiatinus and its birthplace“ *Studia biblica et ecclesiastica*, vol. 2, Oxonii a. 1890, pp. 273—308, appendice manu v. cl. Guilelmi Sanday addito „The Italian

origin of the codex Amiatinus and the localizing of Italian MSS", pp. 309—324. Cf etiam v. cl. Theodorus Zahn, *Geschichte des Neutestamentlichen Kanons*, vol. 2, pars 1, pp. 278—284; v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate* etc, Parisiis a. 1893, pp. 37—38.201.

and: monasterii S. Andreae secus Avenionem. Tischendorfius aliquot huius codicis lectiones hausit ex libris Martianaei (cf. supra, p. 957, adn. 3) et Calmeti (cf. supra, p. 958).

bed: codex vel codices quos Beda obiter citat.

bodl: Oxonii Bodleianus 857 vel D. 2. 14.

saec. VII: *Evv;* desunt Mt 1,1—4,14 8,29—9,18 Ioh 21,15—25. Similis est codici 19 (vide infra, p. 995). Westcotto 27. Wordsworthio O. Contulerunt vv. cll. I. S., F. Madan, G. M. Youngman.

cav: Cavensis MS. 14.

saec. IX, 32×26.5, membr, foll. 303, coll. 3, ll. 54: *V. T.* et *N. T.;* textus est Vulgatae versionis lectionibus Hispanicis admixtis.

Manu Danilae scriptus. Est in monasterio s. Trinitatis ordinis s. Benedicti Cavae (prope „Corpo di Cava") prope Neapolim. Laudatus est in libro *Lettera dell' abbate de Rozan su de' libri e msc. preziosi conservati nella biblioteca della ss. Trinità di Cava de' Tirreni*, Neapoli a. 1822, p. 128 ss. Perlustratus a Tischendorfio. V. cl. Leo Zieglerus qui codicem a. 1874 adiit adseverat textum non Vulgatae versionis textum purum esse, *Bruchstücke* (ut supra, p. 968) p. 653—660. Teste Zieglero volebant monachi Cavenses codicem edere. Apographum iussu Leonis XII factum in bibliotheca Vaticana servatur num. 8484. V. cl. Iohannes Wordsworth Novum Testamentum annis 1878—1879 contulit; in editione sua Novi Testamenti Latini insignitur hic codex siglo C. Cf v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, p. 14 et 379.

demid: Demidovianus

saec. XII vel XIII, in fol, membr, foll. 272, coll. 2: *Biblia* (Evv P Ac C Ap).

Fuit Pauli, Gregorii filii, a Demidow. Matthaeius (vide supra, p. 249—251) Novum Testamentum totum edidit in N. T. Gr. suo, cf eius *Cath* p. xxx—xxxiii.

em: Monacensis reg. Clm. 14000, olim IV.33, olim sancti Emmerami Ratisbonae.

a. 870, 42×32, membr, unc, foll. 126, coll. 2, ll. 40, auro scriptus, mirabilem in modum pict: *Evv.*

Anno 870 manibus Berengarii et Liuthardi iussu Caroli Calvi scriptus. Fuit olim monasterii sancti Dionysii prope Parisios. Arnulphus imperator monasterio s. Emmerami dono dedit. Monachus Benedictinus, professor Ratisbonensis, Colomannus Sanftl librum scripsit, *Dissertatio in aureum ac pervetustum ss. evangeliorum codicem ms. monasterii s. Emmerami Ratisbonae*, Ratisbonae a. 1786 (ff. 8), pp. 252, (ff. 2), cum tribus tabulis, in quo plenissime de hoc codice disseruit et lectiones varias etiam ex aliis codicibus exhibuit, quas Tischendorfius sub em, erl, iac, trevir attulit. Num Tischendorfius codicem „alterum" s. Emmerami attulit (cf Sanftlius p. 73, adn. c), nescio. Cf v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, p. 295—297 et 396.

erl: Erlangensis: *Evv.* Augustus Fridericus Pfeiffer, professor Erlangensis, lectiones nonnullas varias ex hoc codice exhibuit in opusculo *Beyträge zur Kenntniss alter Bücher und Handschriften. I*, Curiae Variscorum a. 1783, unde Sanftlius (ut supra, cod. em), p. 76, adn. d, hausit, et ex Sanftlio Tischendorfius. Cf infra, p. 1069, cod. 1525.

for: Foroiuliensis

saec. VI vel VII: (cum fragmentis Marci Pragensibus et Venetis) *Evv;* desunt Ioh 19,29—40 20,19—21,25.

Editus est (praeter Pragensia et Veneta) a Blanchino (cf supra, p. 953, adn. 3) append. p. cdlxxiii—dlxi. Dobrowskius edidit Pragensia (unde prag) Mc12,21—16,20 anno 1778 (cf supra, p. 185, adn. 2). Fragmenta Veneta (Mc alia pars) paene deperierunt; cf Sebastianus Seemiller, *Programma . . .* Ingolstadii a. 1784. Teste v. cl. Van-Sittarto, *Journal of Philology*, Londinii et Cantabr. a. 1869, vol. 2, p. 245, codici Foroiuliensi similis est codex evan-

geliorum Parisiensis nat. 17226. A v. cl. Wordsworthio *N. T. Lat.* siglo J insignitus est codex Foroiuliensis.

fos vel foss: Fossatensis Sangermanensis, hodie Paris. nat. Lat. 3.

saec. VIII, 48.5×37.5, membr, foll. 409, coll. 2, ll. 52: *V. T.* et *N. T.*; textus est Alcuinianus.

Scriptus a quodam e schola Turonensi, erat ut iam saeculo decimo creditum est comitis Rorigon qui codicem abbatiae sancti Mauri ad Ligerim (monasterio Glannae sive Glannafolio) dono dedit. Postea erat monasterii s. Mauri ad Matronam sive Fossatensis, deinde factus est Sangermanensis. Laudatus a Sabatario (cf supra, p. 954, adn. 1), vol. 3, p. XXXV, quem secutus est Tischendorfius. Cf v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, p. 213—215 et 400.

fu vel fuld: Fuldensis.

saec. VI: continet *N. T.* totum, sed Evv in harmoniam quam dicunt redacta sunt eamque in canones et numeros distinctam, quae harmonia late ex hac origine in codicibus haud unius linguae serius divulgata est; textus est optimae notae.

Anno circiter 540 iussu Victoris Capuensis exaratus. Laudatus est ab Iohanne Frid. Schannat, *Vindemiae litterariae collectio prima*, Fuldae et Lipsiae a. 1723, p. 218—221. Lachmannus codice usus est, *N. T. Gr.* vol. 1, p. xxvi sq. Cf Ernestus Ranke, *Specimen codicis Novi Testamenti Fuldensis* (libellus academicus gratulatorius Marburgo universitati Berolinensi in diem semisaecularium anno 1860 missus), Marburgi a. 1860, cum tabula. Edidit locupletissime Ernestus Ranke, *Codex Fuldensis*, Marburgi et Lipsiae a. 1868, cum facsimilibus.

gat: Paris. nat. „Nouv. acquis." Lat. 1587, olim Gatiani 8 (S. Gatiens de Tours).

saec. VIII vel IX, 29×24, membr, foll. 109, col. 1, ll. 29: *Evv.*

Manu Hibernica scriptus, fuit olim sancti Gatiani Turonensis. Calmetus (cf supra, p. 958), pp. 448—488 (ex errore in libro 288), lectiones selectas praebuit ad

calcem commentarii sui in Apoc „Variétez de leçons, qui ont été tirées de deux anciens manuscrits; l'un de saint Gatiens de Tours, no. 8. et l'autre de Marmoutier, no. 87.... Ces variétez nous ont été envoyées par le R. P. Dom Léon le Chevalier, Prieur de saint Maur sur Loire.“ Inde Blanchinus et Sabatarius (ut supra, p. 954, adn. 1, cf eius vol. 3, p. XXXV) lectiones hauserunt. Tischendorfius e Sabatario hausit. Rapuit codicem Libri raptor iste et factus est Ashburnhamensis, nunc vero in Galliam redux Parisiis servatur. Cf v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, pp. 46 et 410.

german: Parisiis nat. Lat. 11964, olim Sangermanensis 24.
saec. ? : *Act Epp* (?) (et. Evv?).

Tischendorfius lectiones varias e Sabatarii libro (ut supra, p. 954, adn. 1) hausit; cf e. g. Act 7, 1.

gue lect: Guelferbytanus Weissenburgensis 76.
saec. V, rescriptus: lectionarium. Cf Tischendorfius, *Anecdota sacra et prof.* Lipsiae a. 1855, p. 164—169.

hal: Halensis biblioth. universitatis Ya. 2. F.
saec. XV: *Biblia.*

Laudatus a Tischendorfio Act 3,18 28,31. Notitiam codicis debeo viro cl. Oscaro de Gebhardt.

harl: Lond. mus. Brit. Harl. 1775, olim Paris. reg. 4582.
saec. VI vel VII, 17.8×12.1, membr, foll. 468, col. 1, ll. 25: *Evv;* textus optimae notae.

Iohannes Aymon videtur hunc codicem anno 1707 e bibliotheca Parisiensi rapuisse; ab eo emit comes Robertus Harley. Bentleii Z. Griesbachius lectiones selectas exhibuit, *Symb. crit.* (cf supra, p. 247, adn. 1) vol. 1, p. 305—326, unde Tischendorfius attulit. In usum v. cl. Wordsworthii, *N. T. Lat.*, cui est aeque ac Bentleio Z, denuo contulerunt vv. cll. Henricus I. White et Fridericus baro de Hügel anno 1884. Facsimile apud Westcottum (cf supra, p. 949, adn. 1), et in *Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum. Part II. Latin*, Londinii a. 1884, p. 14a—15a et tabula 3.

iac: Ratisbonae monasterii sancti Iacobi Scotorum (hodie Monacensis?).

saec. IX: *Evv.*

Fertur fuisse s. Anscharii, diu in ecclesia Bremensi asservatus esse. Fuit Francisci Guilelmi comitis de Wartenberg, cardinalis et episcopi Ratisbonensis. Cf Colomanni Sanftl *Dissertatio* (ut supra, cod. em), p. 73, adn. b, unde Tischendorfius notitiam codicis hausit.

ing: Monacensis univ. 29 fol. olim Ingolstadiensis.

saec. IX, 32.5×22.4, membr, foll. 137, coll. 2, ll. 31: *Evv;* desunt Mt 1,1—22,39 24,19—25,14 Lc 7,44—9,48 10,7—13,1 Ioh 1,1—21.

Descriptus a Seemillero (cf supra, p. 986, cod. for) qui lectiones varias ex Mc 12,21—16,20 exhibuit. Tischendorfius a. 1844 totum contulit. V. cl. Wordsworthio est I. Vir clarissimus mihique amicissimus Ernestus de Dobschütz librum anno 1893 accuratius examinavit, locos nonnullos contulit, de scriptura et ornamentis disseruit, *Studien zur Textkritik der Vulgata*, Lipsiae a. 1893, pp. 1—32 cum duobus facsimilibus.

lux: Luxoviense lectionarium hodie Paris. nat. Lat. 9427.

saec. VIII: lectiones in missam per totum annum.

Mabillon repperit in Luxoviensi Benedictinae congregationis sancti Vitoni monasterio et initia pariter atque fines lectionum ecclesiasticarum typis expressit in libro *De liturgia Gallicana*, Parisiis a. 1685, lib. 2, pp. 97—173, item lectiones varias, *Appendix altera*, pp. 471—477. Tischendorfius hausit lectiones e Sabatario, *Bibliorum ss. Latinae versiones antiquae*, vol. 3, Parisiis a. 1751, cf huius p. 494, finis admonitionis in Act. Cf etiam v. cl. Ludovicus Duchesne, *Origines du culte chrétien*, Parisiis a. 1889, p. 147.

mich: s. Michaelis in provincia Britannia minore? Tischendorfius laudat e Sabatario (ut cod. lux) Lc 1,46. Cf Weihr., *Stzgsb. ph.-h. Cl.* Vind. 1883, 103, p. 50.

mm: Londinii mus. Brit. Egerton MS. 609, olim Maioris monasterii (Marmoutier 87).

saec. X—XI: *Evv;* desunt Mc 6,56—16,20 Lc 1,1—11,1. Westcottus suspicatur textum esse versionis emendatae Gallicanae.

Tischendorfius hausit lectiones ex [Calmeto, Blanchino] Sabatario (cf supra, p. 989, cod. lux).

Moz: Breviarium Mozarabicum e Sabatario (cf supra, lux) Lc 1,46 ss. citatum. Iohannes Mabillon de missali Mozarabico agit, *De liturgia Gallicana*, Luteciae Parisiorum a. 1685, pp. 391–395 et 440–457; cf *Maximae bibliothecae veterum patrum . . . supplementum*, tom. 27, Lugduni a. 1677, pp. 657a—670a, ubi laudatur Eugenii Roblesii, Toletani, liber de vita et gestis Francisci Ximenis Toleti a. 1604 editus. De codicibus nihil habeo in promptu.

mt vel mart: S. Martini Turonensis bibl. publ. 22 olim S. Mart. 247. litt aur: *Evv.* saec. IX, 31×23.5, membr, unc, foll. 289, coll. 2, ll. 25.26;

Tischendorfius usus est variis lectionibus quas Sabatarius (cf supra, p. 954) ex Mc Lc Io praebuit. Wordsworthio M. V. cl. Youngman contulit. Cf v. cl. Samuel Bergerus, *Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen âge*, Parisiis a. 1893, pp. 47 et 420.

pe seu per: Perusinus.
fragmenta purpurea perantiqua (Blanch. saec.VI): *Lc* 1,26-2,46 3,4-16 4,9-22 4,28-5,36 8,11-12,7; nonnulla ex his desunt; quae supersunt a Blanchino sunt edita (cf supra, p. 953), append. p. dlxi—dlxxii, cum facs.

prag: cf supra, p. 986, cod. for. vel 664[2].

reg: Paris. nat. Lat. 11955, olim S. Germani 777 et 663 saec.VII vel VIII, 27×22, membr, purpureo-aureus, foll. 57, ll. 20: *Mt* 6,2—26,42 27,49—28,20 *Mc* 9,46—11,13 12,23—16,20.

Stephano fuit Ge. aur. Walkerus contulit in usum Bentleii. Tischendorfius contulit. Cf v. cl. Bergerus (ut supra, p. 988, cod. gat), pp. 269.408.

Tischendorfius praeterea rationem passim habuit codicum eiusdem bibliothecae aliorum duce Sabatario.

san: Sangallensis. stantissimus. saec. VI: plurima evangeliorum fragmenta; textus est prae-

Cf Tischendorfius, *Deutsche Ztschr.* (ut p. 970, cod. r), Berolini a. 1857, num. 7, p. 54b—55b.

taur: Taurinensis F. VI. 1, olim Bobbiensis.
saec. VII, in 4, foll. 94, col. 1: *Evv;* deest Mt 1,1—13,34; textus est optimae notae.

Amadeus Peyron Tischendorfio desideranti complures lectiones misit, *Anecdota sacra*, Lipsiae a. 1855, p. 160. Laudatus est aliquotiens per priora Marci capita. Cf v. cl. Bernardinus Peyron, *Rivista di filologia*, I, Romae a. 1873, p. 53—58(71), quem excerpsit v. cl. Iohannes Dräseke, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, XXX, 1, Lipsiae a. 1887, p. 71—76.

Siglum „T" = „Taurinense" Stephano fuit codex Ebroicensis (Évreux) s. Taurini; cf Wordsworthius (ut p. 959, cod. g^1), p. xxvi, adn. 1, et p. 50. Estne Paris. nat. Lat. 257?

tol: Matriti bibl. nat., olim Toletanus 2, 1.
saec. VIII, 43.8×33, membr, foll. 375, coll. 3, ll. 63—65, litteris Gothicis exaratus: *Biblia;* textus est Vulgatae versionis admixtis lectionibus Hispanicis.

Conlatus anno 1588 a Christophoro Palomares, cuius conlationem Blanchinus edidit, *Vindiciae canonicarum scripturarum vulgatae Latinae versionis*, Romae a. 1740, p. LV.

trevir: Trevirensis. Tischendorfius hausit lectiones nonnullas e Sanftlio (cf supra, cod. em) et e Bengelio; nescio autem num Sanftlius codicem aliter ac per Bengelium noverit.

tur: Turonensis bibl. publ. 23 olim s. Martini num. 174.
saec. IX, 29×23.5, membr, foll. 193, col. 1, ll. 21: *Evv.*
Cf mt, et Bergerus (ut p. 988, cod. gat), p. 285 et 420.

vallic: Romae Vallicell. B. 6: saec. IX: *Biblia.* Primus inter codices Alcuinianos. Laudatur 1 Ioh 5,7.8 ex „Mantissa" Philippi Vitalis apud Blanchin. (ut p. 953, adn. 3), p. DLXVII. Wordsworthio V, qui contulit a. 1883.

vat: Vaticanus, olim Regin. Suec. 11, e Sabatario (cf supra, p. 989, cod. lux) allatus Lc 1,46 ss.

δ: textus Latinus inter lineas codicis Graeci *Δ* scriptus; cf supra, pp. 402—403.

(b.) Actus, epistulae, Apocalypsis.

corb^{2}: Corbeiensis e Sabatario. Nescio an ita ex errore Griesbachium secutus Tischendorfius codicem ff sive^{evv} sive^{cath} laudarit.

demid: cf supra, p. 985, cod. demid.

flor: Floriacensis: laciniae *Act*, quas Tischendorfius e Sabatario attulit; cf Sabatarius (ut cod. lux) p. 494, et p. 600 ubi dicit de codice Floriacensi numero 129 notato.

german: vide supra, p. 988.

gue: cf supra, p. 988, cod. gue.

hal: cf supra, p. 988, cod. hal.

harl: Londinii mus. Brit. Harleianus 1772.
saec. IX, 28.7×18.1, membr, foll. 146, col. 1, ll. 27—31: *Paul* (Phm Heb) *Cath Apoc;* desunt 3 Ioh et Iu; textus est bonae notae sed sententia Westcotti est veteris Latinae versionis non Vulgatae; certe admixtas habet lectiones veteres.

Bentleii M. Iohannes Aymon e bibliotheca regia Parisiensi anno 1707 rapuisse videtur. Comes Robertus Harley ab Aymono emit. Conlatus a Griesbachio, *Symb. crit.* (cf supra, p. 247, adn. 1), vol. 1, p. 326—382. Cf *A catalogue of the Harleian mss*, Londinii a. 1808, vol. 2, p. 211—218; *Catalogue* (ut supra, p. 988—989, cod. harl), p. 38.

laud: Oxon. Bodl. Laud. Lat. 108: cf infra, p. 1016, cod. 442.

lips$^{4.5.6}$: Lipsienses bibl. univ.; cf infra, pp. 1074.1075. tres Apocalypsis codices. Conlati a Matthaeio (cf supra, p. 249—251) *Apoc.* append. p. 229—238 et 310—334.

lux: cf supra, p. 989, cod. lux.

mar: Vindobonae caes. Lat. 1274, olim Lat. theol. 287.
a. 1079, 28×20.5, membr, foll. 160, col. 1, ll. 21—24: *Paul* (Col Laod).

A Mariano Scoto scriptus. Alterus contulit (cf supra, p. 254.255) vol. 2, p. 1040—1080. Vidi 3 Oct. 1893.

pass vel passion: cardinalis Passionei A. 3.
foll. 221: *V. T.* et *N. T.* (Evv Ac C Ap P [Phm Heb]). Cf Iosephus Blanchinus, *Evangeliarium quadruplex,*

Romae a. 1749, pars 1, vol. 2, fol. DLXX b, cum facsm [ante] post p. DLIX; cf etiam p. DLXV b.

san: Sangallensis.
saec. fere VI: fragm rescr *Phil Col Eph 1 Thess 1 Tim.*
Cf Tischendorfius, *Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft und christliches Leben*, Berolini a. 1857, p. 54 b. 55 a.

ulm: Ulmenses 1 et 2: codices Ulmenses duo. Unus, olim R. Krafti de Delmensingen, hodie videtur esse Lond. mus. Brit. Add. 11852: *V. T. Paul Act Cath Apoc.* Laudantur 1 Ioh 5,7 sq., vol. 2, p. 338, nescio an e Bengelio. Cf v. cl. Bergerus, *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, p. 126—127.

vallicell: Romae bibl. Vallicellianae. *Biblia.* Cf Blanchinus (ut supra, cod. pass), fol. DLXV b, vide etiam B. 25, fol. DXCIX v, b.

weissenb: Guelferbyti bibl. duc. Weissenburgensis 76; cf supra, cod. gue.
item weissenberg 99, e. g. 1 Ioh 5,7 sq., vol. 2, p. 338.

Hactenus codices Vulgatae versionis quos Tischendorfius in apparatu critico laudare solet. Nunc memoremus e ceteris nonnullos qui in promptu sunt.

CODICES NONNULLI VULGATAE VERSIONIS.[1]

America.

1. Cantabrigiae in provincia Massachusetts, universitatis Harvardensis, olim Ludovici Cass.
saec. XII: *N. T.;* textus est bonae notae. Notitiam codicis ab Ezra Abboto accepi.

2. — — Harvardensis.
saec. XIII vel XIV: *Biblia* integra; textus non est bonae notae; notitiam codicis accepi ab Ezra Abboto.

[1] Codices qui sequuntur in ordinem terrarum sive nationum redacti sunt. Nisi fallor, erit ordo hic posthac non inutilis in codicibus uniuscuiusque linguae ordinandis. Numero enim unicuique terrarum dato, coniunctis sane, quoad necesse fuerit, terris

3. Cantabrigiae univ. Harvard. olim Hawteianus. saec. VIII: lectionarium; textus bonae notae. Notitiam codicis accepi ab Ezra Abboto.

4. Novo Eboraco in urbe, bibliothecae Astorianae. saec. XIV: *V. T.* et *N. T.* excepta ut videtur Apoc (Evv P [Phm Hebr] Ac C). Cf v. cl. Iacobus Isid. Mombert, *Journal of the society of biblical literature and exegesis*, Iun. et Dec. a. 1884, pp. 99—106.

sl^1: Moscuae synod., saec. XV (a. 1499): continet *Biblia* integra; etsi conferre non potuit, putavit Dobrowskius hunc codicem antigraphum esse duorum qui hoc loco sequuntur, docetque hos tres solos in tota Russia biblia integra continere.

sl^2: Mosc. synod., saec. XVI (a. 1558): continet *Biblia* integra; Apoc desumpta est ex commentario Andreae; Dobrowskius contulit priora tria capita ex Apoc.

sl^3: Mosc. synod.: continet *Biblia* integra; Apoc consentit cum sl^2; videtur Dobrowskius Apoc totam contulisse.

sl^4: Mosc. synod.: continet *Apoc* cum comm. Andreae; alius quam sl^2 et sl^3 familiae accedit textus magis ad textum sl^{10} infra descripti; interpolatus autem est textus ex altera versione Slavonica et ex codicibus Graecis iunioribus.

sl^5: Mosc. synod. 605: continet *Apoc* cum comm. Andreae; eiusdem familiae est atque sl^2 et sl^3.

sl^6: Biblia Moscuae edita a. 1663, repetita ex editione Ostrogiensi anni 1581; reprehendit Dobrowskius nonnulla quae Matthaeius (cf supra, p. 1113, adn. 2) de hac editione scripserat.

sl^7: N. T. Moscuae a. 1783 editum; praebet multis locis textum editionum antiquarum.

sl^8: Biblia Moscuae a. 1759 edita; textus non differt a textu librorum aliorum emendatiorum post annum 1751 editorum; hac editione usus est Dobrowskius in conferendis codicibus in Russia servatis.

sl^9: Biblia Moscuae a. 1778 edita; non discrepat a sl^8 neque ab editione Moscuensi anni 1762 quam Matthaeius adhibuit.

sl^{10}: cf supra, sl^{10} ad Evv.

sl^{11}: cf supra, sl^{11} ad Act et Epp; consentit in primis cum sl^3.

Dobrowskius[1] distinguit tria editionum genera:

1. Antiquum minus correctum, ex codicibus iunioribus etiam cum librariorum erroribus excusum. *a. Evv,* Ugrowlachiae a. 1512, iussu ducis Ioh. Basarabae edita; *b. Evv,* Vilnae a. 1575; *c. Biblia Ostrogiensia* a. 1581; *d. Evv,* Moscuae a. 1614 (quibus Alterus usus est ad Ioh capp. 1—14, cf supra, p. 1112, adn. 3); *e. Biblia,* Moscuae a. 1663 ex ed. Ostrogiensi recusa.
2. Antiquum quidem, sed studio ad Graecum receptum emendatum. *a. N. T.* Vilnae a. 1623; *b. Evv,* Leopoli a. 1644.
3. Novissimum: emendatio vulgaris textus Slavonici iussu Petri I inchoata saeculo XVIII ineunte, anno demum 1751 absoluta; sed editiones Novi Testamenti post annum 1751 impressae non omnes emendationes has admiserunt.

Videtur Dobrowskius nonnunquam certius de textus familiis sive recensionibus dicere quam pro conlationum suarum exiguitate debebat.

Ita Dobrowskius, quem fusius adduximus quia Tischendorfio apparatum suppeditavit. Dobrowskii vero tempore nondum cogniti fuerunt codices Palaeo-Slovenici sive Slavonici meridionales, e quibus codices Russici exscripti vel versi sunt, unde fit, quod nemini inopinatum esse potest, ut conlationes eius aeque ac theses eius criticae hodie non satisfaciant viris rei criticae peritis. Nemo autem adhuc rei toti operam navavit, etsi multi codices singulos modo ediderunt modo excusserunt, prae ceteris viri clarissimi Vatroslavius (Ignatius) Jagić et Alexander Gorskij (vide infra, p. 1121—1122, codd. 43—79).

Codices Palaeoslovenicos habemus et scriptura Glagolitica et scriptura Cyrillica exaratos eosque iam saeculo decimo vel undecimo scriptos. Studio viri cl. Vatroslavii

[1] Dobrowsky, *Griesbachii N. T. Gr.* vol. 1, p. cxxxi.cxxxii.

Jagić debemus editionem librorum duorum Palaeo-Slovenicorum: *Quattuor evangelia. Codicem Glagoliticum olim Zographensem nunc Petropolitanum, characteribus Cyrillicis transcriptum notis criticis prolegomenis appendicibus auctum* edidit V. I. Berolini a. 1879, cum tribus tabulis; — *Quattuor evangeliorum versionis Palaeo-Slovenicae codicem Marianum Glagoliticum characteribus Cyrillicis transcriptum edidit* V. I. Berolini a. 1883, cum tribus tabulis. Codex Marianus positus est hodie in museo Rumiantzovico urbis Moscuae. Cf praeterea v. cl. Vatroslavius Jagić, „Das altslovenische Evangelistarium Pop Sava's" *Archiv für slavische Philologie* [1881], V, 4, S. 580—612. Cf *Sbornik statej academiae Petropolitanae*, pars 3, p. 916 (p. 16 ?, fasc. 6 ?), a. 1868. Bis prodiit *Evangelium Assemanianum vel Vaticanum*, primum Zagrabiae anno 1865 cura Francisci Rački, cum tabula, iterum Romae anno 1878 cura Iohannis Črnčić, cum tabula; characteribus Latinis transcriptum est.

Codices Russicos invenimus scriptura Cyrillica exaratos. Ex his est *Evangelium Ostromirianum* annis 1056—1057 scriptum, quod evangelium Alexander Vostokov Petropoli anno 1843 edidit cum multis tabulis; anno demum 1889 Petropoli prodiit editio quam dicunt photolithographica. Exemplar aliud est *Tetraevangelium Galicianum*, quod v. cl. Amphilochius Moscuae annis 1882. 1883 publici iuris fecit. V. cl. Aemilianus Kałużniacki, in libro *Monumenta linguae Palaeo-Slovenicae collecta et in lucem edita cura et opera* Ae. K. vol. 1, Vindobonae et Teschenae a. 1888, edidit *Evangelium Putnanum* saeculi XIII vel XIV.

Codices Serbici utuntur scriptura Cyrillica. Exempli gratia conferendum est *Tetraevangelium Nikoljanum*, codex saeculi quarti decimi in monasterio Serbico Nikolja, quem v. cl. Georgius Daničić Albae Bulgaricae (Belgrad) anno 1864 edidit. *Apostolus* anni 1324 e codice monasterii Šišatovac editus est a v. cl. F. Miklosich Vindobonae a. 1853.

Lectiones ecclesiasticas Croaticas, scriptura Glagolitica scriptas, conlegit v. cl. Iohannes Berčić e Missalibus quae dicuntur pariter atque ex aliis libris ecclesiasticis: *Ulomci Svetoga Pisma* edidit I. B. e mss Glagoliticis recensionis Croaticae, partt. 5, Pragae annis 1864—1871. Videtur textus harum lectionum ad normam Vulgatae Latinae mutatus esse.

Paucos alios codices plerosque Russicos in usum virorum linguarum Slavonicarum peritorum addo. Si quis monstraverit ex nonnullis horum codicum Slavonicorum posse hauriri testimonium de textu Graeco vetere, bene erit. Si minus, omittendi sunt codices Slavici in apparatu critico congerendo.

1. Lipsiae bibl. urbis Sl. fol. 4.
saec. ? , in fol, membr, foll. 163: *Apl.*

2. — — Sl. fol. 5: saec. ? , in fol, chart, foll. 298: *Apl.*

3. Monaci bibl. reg. cod. Slav. 1 (1125).
a. 1492, in fol, membr, foll. 267, praef Thphyl: *Evv* Palaeo-Slavonice. Scriptus in usum Stephani, principis Moldaviae, a diacono Theodoro Mricheskoula in quodam Germaniae monasterio. Fuit anno 1637 Petri Mogilae, metropolitae Kioviae et Galiciae, qui codicem ecclesiae s. Mariae Kiovensi dono dedit. Cf *Catalogus codd. mss. bibl. reg. Monacensis*, vol. 7, Monaci a. 1858, p. 327.[1]

4. Romae Vat. Slav. 3.
saec. XIII, membr: *Evl.* Cf Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 5, Romae a. 1831, paginarum series altera, p. 105.106.

5. — — Slav. 4: saec. XIII, in fol, membr: *Evl.*

6. — — Slav. 5: saec. XIV, in fol, chart, foll. 238: *Evv.*

7. — — Slav. 6: saec. XVI, in fol, chart, mendis scatet: *Evl.* Olim reginae Suecorum.

8. — — Slav. 7: saec. XV, in 8, chart, foll. 8 (in codice quodam foll. 49—56): *Lc* 10,1—11,41.

9. Moscuae bibl. mon. Neohierosol. Resurr. 117.
saec. XVI vel XVII, in fol, chart, foll. 840: *Evv* cum comm. Cf Amphilochius, *Descriptio bibliothecae monasterii Neohierosolomitici Resurrectionis*, Moscuae a. 1875.

[1] Monaci bibl. reg. cod. Hungaricus (1140): a. 1466, in 4, chart, foll. 208, coll. 2; pict: *Evv* Hungarice. Olim Ioh. Alberti Widmanstadii. Integer prodiit Budae anno 1842. Cf *Catalogus* (ut cod. 3), p. 332.

10. Moscuae bibl. mon. Neohierosol. Resurr. 1: a. 1120—1128, in fol, membr, voll. 2, foll. 231: *Evl.*

11. — — 2: saec. XIV, in ?, membr, voll. 2, foll. 326: *Evl.*

12. — — 3: saec. XIV, in fol, membr, voll. 2, foll. 137: *Evl.*

13. — — 4: saec. XV, in fol, membr, voll. 2, foll. 258: *Evl.*

14. — — 5: saec. XIV, in fol, membr, voll. 2, foll. 153: *Apl.* Cf supra, p. 1115, Dobrowskii sl[2].

15. — musei Rumiantzovici 8.
saec. XIII vel XIV, in 8, membr, foll. 110: *Apoc* cum comm Andr. Caes. Cf v. cl. Alexander Vostokov, *Descriptio codicum manuscriptorum Russicorum et Slavonicorum in museo Rumiantzovico*, Petropoli a. 1842.

16. — — 9: a. 1495, in 4, chart, foll. 431: *Apl.*

17. — — 10 et 11: saec. XVI: exemplaria duo *Apl.*

18. — — 103: a. 1164, in 4, membr, voll. 2, foll. 270: *Evl.*

19. — — 104: saec. XII vel XIII, in fol, membr, voll. 2, foll. 158: *Evl.*

20. — — 105: a. 1270, in fol, membr, voll. 2, foll. 167: *Evl.*

21. — — 106: saec. XIII, in fol, membr, voll. 2, foll. 167: *Evl.*

22. — — 107: saec. XIII vel XIV, in fol, membr, voll. 2, foll. 161: *Evl.*

23. — — 108: saec. XIII vel XIV, in fol, membr, voll. 2, foll. 117: *Evl.*

24. — — 109: saec. XIV, in fol, membr, voll. 2, foll. 158: *Evl.*

25. — — 110—114: saec. XIV: exemplaria quinque *Evl.*

26. — — 115: saec. XV vel XVI, in 4, chart, foll. 276: *Evl.*

27. — — 116: a. 1544, in 4, chart, foll. 357: *Evl.*

28. — — 117: saec. XIV, in fol, membr, voll. 2, foll. 128: *Evv.*

29. — — 118: a. 1401, in 4, membr, voll. 2, foll. 215: *Evv.*

30. — — 119: saec. XV, in fol, chart, foll. 200: *Evv.*

31. — — 120: saec. XV, in fol, membr, foll. 306: *Evv.*

32. — — 121: saec. XV, in 4, membr, foll. 245: *Evv.*

33. — — 122: saec. XV, in 4, chart, foll. 225: *Evv.*

34. — — 123: saec. XV, in fol, chart, foll. 469: *Evv Apl.*

35. — — 124: saec. XV, in 4, chart, foll. 360: *Evv.*

36. — — 125: saec. XV, in 4, chart, foll. 189: *Evv.*

37. — — 126: saec. XV, in 4, chart, foll. 236: *Evv.*

38. — — 127: saec. XVI, in fol, chart, foll. 289: *Evv.*

39. — — 128—143: saec. XVI: exemplaria sedecim *Evv.*

40. — — 144: a. 1609: *Evv.*

41. — — 146: a. 1819: *Evv.*

42. Moscuae musei Rumiantzovici 472: a. 1522, in fol, chart, foll. 558: *Lc et Ioh* cum comm Thphyl.

43. Moscuae bibliothecae synodalis Gorskii 1 (915). a. 1499, in fol, chart, foll. 1002 (praef. 16, txt 986): *V. T.* et *N. T.* Cf v. cl. Alexander Gorskij, *Descriptio codicum manuscriptorum in bibliotheca synodali Moscuensi, pars 1. Libri liturgici*, Moscuae a. 1855, p. 3.

44. — — Gorskii 2 (21): a. 1558, in fol, chart, foll. 1041: *V. T.* et *N. T.* Cf cod. 45 [Gorsk. 3].

45. — — Gorskii 3 (30): saec. XVI, in fol, chart, foll. 1013: *V. T.* et *N. T.* (N. T. fol. 667 seqq). Gorskius disserit fusius de codicibus 43—45, p. 3—161.

46. — — Gorskii 20 (404): a. 1144, in 4, membr, foll. 260: *Evv.* Cf Gorskius, p. 208—215.234—264. Cf supra, p. 1114, Dobrowskii sl^{8}.

47. — — Gorskii 26 (742): a. 1383, in 4, membr, foll. 282: *Evv.* Cf Gorskius, p. 224—227.234—264.

48. — — Gorskii 33 (922): saec. XV vel XVI, in 4, chart, foll. 326: *Evv.* Cf Gorskius, p. 265.266.284—292.

49. — — Gorskii 34 (399): saec. XVI, in 4, chart, foll. 494: *Evv.* Cf Gorskius, p. 266.267.284—292.

50. — — Gorskii 35 (810): saec. XVI, in 8, chart, foll. 336: *Evv Apl (Act Cath Paul?).* Cf Gorskius, p. 267—273.284—292.

51. — — Gorskii 36 (74): saec. XVI, in fol, chart, foll. 478: *Evv.* Cf Gorskius, p. 274.284—292.

52. — — Gorskii 37 (62): a. 1537, in fol, chart, foll. 406: *Evv.* Cf Gorskius, p. 274—276.284—292.

53. — — Gorskii 39 (400): saec. XVI, in 4, chart, foll. 283: *Evv.* Cf Gorskius, p. 277.278.284—292.

54. — — Gorskii 40 (11): saec. XVI, in fol, chart, voll. 2, foll. 317: *Evv Apl (Act Cath Paul?).* Cf Gorskius, p. 278.279. 284—292.

55. — — Gorskii 41 (398): saec. XVI, in 4, chart, foll. 877: *Evv.* Cf Gorskius, p. 279.280.284—292.

56. — — Gorskii 42 (63): saec. XVI vel XVII, in fol, chart, foll. 413: *Evv.* Cf Gorskius, p. 280.281.284—292.

57. — — Gorskii 43 (739): saec. XVII, in 8, chart, foll. 276: *Evv.* Cf Gorskius, p. 281—283.284—292.

58. — — Gorskii 44 (61): saec. XVII, in fol, chart, foll. 711: *Evv.* Cf Gorskius, p. 283—292.

59. — — Gorskii 21 (740): a. 1307, in fol, membr, voll. 2, foll. 127: *Evl.* Cf Gorskius, p. 215—217.234—264.

60. Moscuae bibliothecae synodalis Gorskii 22 (67): a. 1354, in fol, membr, voll. 2, foll. 188: *Evl.* Cf Gorskius, p. 218.219.234—264.

61. — — Gorskii 23 (70): a. 1355, in fol, membr, voll. 2, foll. 176: *Evl.* Cf Gorskius, p. 220.221.234—264.

62. — — Gorskii 24 (68): a. 1357, in fol, membr, voll. 2, foll. 178, manibus variis: *Evl.* Cf Gorskius, p. 221—223.234—264.

63. — — Gorskii 25 (69): a. 1358, in fol, membr, voll. 2, foll. 221: *Evl.* Cf Gorskius, p. 223.224.234—264.

64. — — Gorskii 27 (71): a. 1409, in fol, membr, foll. 219: *Evl.* Cf Gorskius, p. 227—229.234—264.

65. — — Gorskii 28 (64): saec. XIV, in ? , membr, voll. 2, foll. 134: *Evl.* Cf Gorskius, p. 229—231.234—264.

66. — — Gorskii 29 (65): saec. XIV vel XV, in fol, membr, voll. 2, foll. 170: *Evl.* Cf Gorskius, p. 231.232.234—264.

67. — — Gorskii 30 (401): saec. XIV vel XV, in fol, membr, voll. 2, foll. 132: *Evl.* Cf Gorskius, p. 232—264.

68. — — Gorskii 31 (66): saec. XIV vel XV, in ? , chart, voll. 2, foll. 164: *Evl.* Cf Gorskius, p. 233—264.

69. — — Gorskii 32 (403): saec. XV, in 4, chart, foll. 219: *Evl.* Cf Gorskius, p. 264.265.284—292.

70. — — Gorskii 38 (60): saec. XVI, in fol, chart, voll. 2, foll. 154: *Evl.* Cf Gorskius, p. 276.277.284—292.

71. — — Gorskii 45 (722): a. 1307, in 4, membr, voll. 2, foll. 180: *Apl.* Cf Gorskius, p. 292—294.299—314.

72. — — Gorskii 46 (15): a. 1309—1312, in fol, membr, voll. 2, foll. 129: *Apl.* Cf Gorskius, p. 294—298.299—314.

73. — — Gorskii 47 (14): saec. XVI, in fol, chart, voll. 2, foll. 204: *Apl.* Cf Gorskius, p. 298—314.

74. — — Gorskii 48 (357): saec. XVI, in fol, chart, foll. 352: *Apl.* Cf Gorskius, p. 315.316.326—339.

75. — — Gorskii 49 (13): saec. XVI, in fol, chart, foll. 514: *Apl.* Cf Gorskius, p. 316.317.326—339.

76. — — Gorskii 50 (721): saec. XVI, in 4, chart, foll. 257: *Apl.* Cf Gorskius, p. 317—319.326—339.

77. — — Gorskii 51 (16): saec. XVI, in fol, chart, foll. 406: *Apl* (mut?). Cf Gorskius, p. 319—323.326—339.

78. — — Gorskii 52 (358): saec. XVI, in 4, chart, foll. 272: *Apl.* Cf Gorskius, p. 324.325.326—339.

79. — — Gorskii 53 (725): saec. XVI vel XVII, in 4, chart, foll. 314: *Apl.* Cf Gorskius, p. 325—339.

80. Moscuae bibl. Undolskovii 961.
saec. XI, in 4, membr, foll. 2: fragm *Evl.* Cf v. cl. A. E. Viktoro-

vius, *Collectio codicum manuscriptorum Slavo-Russicorum Undolskoviana*, Moscuae a. 1870; — et *Codices Slavo-Russici B. M. Undolskovii*, Moscuae a. 1870. Suntne hi codices Moscuae in museo Rumiantzovico?

81. Moscuae bibl. Undolskovii 962.964.965.1275: saec. XII.XIII. XIV, membr: frag *Evl.*

82. — — 1045: saec. XV, in fol, membr, foll. 17: frag *Evl.*

83. — — 1184.1210.1276: saec. XVI: tria exemplaria *Evl.*

84. — — 19: saec. XVI (a. 1407?), in fol, chart, foll. 508: *Evl.*

85. — — 11: saec. XVI, in 32, chart, foll. 582: *Apl.*

86. — — 21: saec. XV, in 4, chart, foll. 448: *Apl.*

87. — — 1291: a. 1674, in 4, chart, foll. 268: *Evv.*

88. — — 10: saec. XVI, in 4, chart, foll. 284: *Evv.*

89. — — 20: saec. XV, in 4, chart, foll. 384: *Lc* cum comm Thphyl.

90. — — 22: saec. XVII, in 4, chart, foll. 177: *Cath* cum comm.

91. — — 23: saec. XVII(XVIII?), in 4, chart, foll. 268: *Apoc* cum comm And Caes.

92. — — 24: saec. XVIII (a. 1717?), in fol, chart, foll. 24: *Apoc* cum comm.

93. Wilnae bibl. publ. 1.
saec. XI, in 4, membr, foll. 10: fragm ex *Evl.* Evangelium Tyrovskovianum; editum est chromolithographice Wilnae a. 1869. Cf v. cl. Th. Dobrianskius, *Descriptio codicum manuscriptorum Ecclesiastico-Slavicorum et Russicorum in bibliotheca publica Wilnensi*, a. 1882.

94. — — 2 olim 3: saec. XIV, in fol, membr, foll. 178, coll. 2: *Evl.*

95. — — 4 olim 7: saec. XV, in fol, membr, foll. 11: fragm ex *Evl.*

96. — — 8: saec. XIII, in fol, membr, fol. 1, coll. 2: fragm ex *Evl.*

97. — — 9.10.11-14: saec. XIV, in fol, membr: exemplaria sex *Evl.*

98. — — 23—25: saec. XVI: exemplaria tria *Apl.*

99. — — 26: saec. XVIII: *Apl.*

100. — — 27: saec. XIV: *Evl.*

101. — — 28—33: saec. XV: exemplaria sex *Evl*

102. — — 34—41: saec. XVI: exemplaria octo *Evl.*

103. — — 42—46: saec. XVII et XVIII: exemplaria quinque *Evl.*

104. — — 20 olim 60 vel 31: saec. XVIII, in fol, chart, foll. 82: *Apoc* cum comm Andr Caes.

105. — — 21: saec. XVI: *Apl* (Act Cath Paul?) cum comm.

106. — — 22: saec. XV: *Apl.*

107. Archangeli seminarii pastoralis 6.
saec. XIII, in fol, membr: *Evl.* Cf v. cl. A. E. Viktorovius, *Descriptio codicum manuscriptorum in bibliothecis Russiae septentrionalis*, Petropoli a. 1890, apud quem descriptio codicum 107—136 invenitur.

108. Archangeli seminarii pastoralis MS. 7: saec. XIV, in fol, membr, voll. 2: *(Evl.)*

109. — — MS. 8: saec. XV, in 4: *Evv.*

110. — — MS. 9: a. 1533, in fol: *Evv.*

111. Sjeuski bibl. monasterii 1.
a. 1339, in fol, membr: *Evl.*

112. — — MS. 2: saec. XV—XVI, in fol: *Evl.*

113. — — MS. 3: a. 1576, in 8: *Evl.*

114. — — MS. 4: saec. XVII, in fol: *Evl.*

115. — — MS. 5: saec. XVI, in fol: *Evl.*

116. — — MS. 6: saec. XVI, in fol: *Evv.*

117. — — MS. 7: saec. XVI, in 4: *Evv.*

118. — — MS. 8: saec. XVI, in 4: *Evv.*

119. — — MS. 9: saec. XVI, in 4: *Evv.*

120. — — MS. 10: saec. XVI, in fol: *Evv.*

121. — — MS. 11: saec. XV, in 4: *Apl.*

122. Solobetzki bibl. monasterii 1.
saec. XV, in fol, membr: *Evl.*

123. — — MS. 2: a. 1551, in fol: *Evl.*

124. — — MS. 3: saec. XVII, in fol: *Evl.*

125. Biloserski bibl. monasterii Cyrilli 1.
saec. XVI, in fol: *Evl.*

126. — — MS. 2: saec. XV, in 8, membr: *Evv.*

127. — — MS. 3: saec. XV, in fol, chart: *Evv.*

128. — — MS. 4: saec. XV, in 8, membr: *Evv.*

129. — — MS. 5: saec. XV—XVI, in 8, chart: *Evv.*

130. — — MS. 6: saec. XV, in fol, membr: *Apl* (? Ac C P ?).

131. Colasini bibl. monasterii MS. 1.
a. 1533, in fol: *Evl.*

132. — — MS. 2: saec. XV, in 4, chart: *Evl.*

133. Riasanki bibl. seminarii MS. 1 olim 9.
a. 1467, in fol: *Evl.*

134. — — MS. 2 olim 10: saec. XV, in fol: *Evv.*

135. — — MS. 3 olim 15: saec. XV, in 4: *Evv.*

136. — — MS. 4 olim 8: saec. XVI, in fol: *Evv.*

Cf etiam v. cl. B. Lamanskago, *De codicibus nonnullis Slavonicis Belegradiae, Zagrabiae et Vindobonae, cum observationibus philologicis et historicis. Supplementum voluminis sexti actorum academiae scientiarum imperialis,* num. 1, Petropoli a. 1864: bibl. Min. (?) 63: saec. XII vel XIII, in fol, membr, foll. 201: *Evl* (Ioh Mt Lc).

VERSIONES EUROPAEAE IUNIORES, E LATINA VULGATA PROGENITAE.

(4.) SAXONICA SIVE ANGLOSAXONICA.

Saxonice videtur Novum Testamentum saepius esse versum, partim saltem iam saeculo octavo,[1] sed e Latino, non e Graeco, quapropter nullo suo iure haec versio in sax consilium vocaretur ad textum Graecum constituendum, quamquam non inutile est testimonium quod de codicibus Latinis qui in Anglia illo tempore in usu erant nobis suppeditat. Evangelia (quae sola supersunt) prodierunt ex editione Matthaei Parker, cum praefatione Iohannis Foxe, Londinii a. 1571; cura Guilelmi Lisle, Londinii a. 1638; cura Mareschalli (cf supra, p. 1110, adn. 1), Dordraci a. 1665; cura Beniamini Thorpe,[2] Londinii a. 1842; curis Iohannis M. Kemble et Caroli Hardwick et Gualteri W. Skeat,[3] Cantabrigiae *Mt* a. 1858 et iterum a. 1887, *Mc* a. 1871, *Lc* a. 1874, *Ioh* a. 1878. Millius usus est schedis Mareschalli. Tischendorfius versionem hanc illis locis in primis citat ubi cum codicibus Vulgatae versionis antiquissimis vel etiam veteris Latinae consentit; cf Lc 8,46 9,55 10,11 11,37.40 13,35 22,61 23,15.

[1] Ut exempli gratia evangelium Iohannis a Beda moriente anno 735. Tischendorfius putavit codicem evangeliorum Saxonicum, quem Londinii in Museo Britannico vidit, saeculi esse octavi.

[2] Thorpe, *Ða halgan godspel on Englisc. The Anglo-Saxon version of the holy gospels, edited from the original manuscripts*, Londinii a. 1842. Cf etiam v. cl. Carolus Guilelmus Bouterwek, *Die vier Evangelien in alt-nordhumbrischer Sprache. Aus der jetzt zum erstenmale vollständig gedruckten Interlinearglosse in St. Cuthbert's Evangelienbuche hergestellt, mit einer ausführlichen Einleitung, einem reichhaltigen Glossare, sowie einigen Beilagen versehen und herausgegeben von* K. W. B. Güterslohiae a. 1857.

[3] Skeat, *The gospel according to St. Matthew in Anglo-Saxon, Northumbrian, and Old Mercian versions, synoptically arranged, with collations exhibiting all the readings of all the manuscripts. A new edition*, Cantabrigiae a. 1887; — . . . *Mark in Anglo-Saxon and Northumbrian versions* . . . a. 1871.

(5.) FRANCICA.

Versio Francica evangelii Matthaei e codice Sangallensi saeculi noni edita est ab Iohanne Andrea Schmeller, anno 1827,

fr *Evangelii secundum Matthaeum versio Francica saec. IX, necnon Gothica saec. IV. quoad superest. Das Evangelium des h. Matthaei im Hochdeutsch des 9. Jahrh. aus dem St. Galler Codex der Tatianischen Evangelienharmonie, mit Vergleichung der Schilterschen Ausgabe des Oxforder Manuscripts zusammengestellt* etc, Stutgardiae et Tubingae a. 1827, pp. 106.[1]

(6.) THEOTISCA.

Versio haec re vera Franco-Bavarica, ad Mt 20,28 laudata, hausta est e codice Vindobonensi bibl. caes. 3093* (et ex foliis duobus Hanoveranis bibl. publ. MS. I. 20) qui codex olim in monasterio Monscensi erat, saeculo ut videtur nono

theot ineunte scriptus. Tischendorfius usus est libro *Fragmenta Theotisca versionis antiquissimae evangelii s. Matthaei . . . E membranis Monseensibus bibliothecae Palatinae Vindobonensis ediderunt* Stephanus Endlicher et Hoffmann Fallerslebensis, Vindobonae a. 1834; ed. 2, cura H. F. Massmanni, Viennae a. 1841. V. cl. Georgius Allison Hench, Americanus, fragmenta omnia denuo excussit, *The Monsee fragments. Newly collated text with introduction, notes, grammatical treatise and exhaustive glossary and a photolithographic facsimile,* Argentorati a. 1890, pp. 212 cum tabula.[2]

[1] Cf etiam v. cl. Iosephus Haupt, „Bruchstücke einer althochdeutschen Uebersetzung der vier Evangelien" in actis *Germania*, Vindobonae a. 1869, vol. 14, S. 440—466, et v. cl. Fridericus Keinz, „Ueber einige althochdeutsche Bruchstücke" in actis *Sitzungsberichte der königlich bayerischen Akademie der Wissenschaften zu München*, Monaci a. 1869, vol. 1 (anni 1869), pp. (537)546—556, et v. cl. Carolus Tomanetz, *Zeitschrift für deutsche Philologie*, Halis Saxonum a. 1882, vol. 14, fasc. 3, p. 257—285.

[2] Pagg. 1—142 etiam separatim Argentorati eodem anno prodierunt dissertatio academica facultati philosophicae universitatis Iohns Hopkins Baltimoriae in provincia Maryland tradita.

(7.) BOHEMICA.

Iosephus Dobrowsky[1] distinguit recensionem versionis Bohemicae vetustissimam et alteram. Illam testantur codices Dresdensis sine anno, Leitmeritzo-Vratislaviensis anni 1411, Olmuciensis lycei anni 1417, hanc codices Olmuciensis sine anno, Leitmeritzianus anni 1429; — codex Pragensis in monasterio Emmai anno 1416 litteris Glagoliticis scriptus (est infra apud Iungmannum p. 91, num. 506) mediam inter utramque recensionem tenet. Sententia Dobrowskii scriptus est codex ille versionis vetustissimae Dresdensis, bibliothecae hodie regiae olim familiae Leskowetzianae, inter annos circiter 1390 et 1410.

bohem

Biblia Bohemica videntur primum anno 1488 Pragae apud Iohannem Pytlik, Severinum Kramar, Iohannem „von Störchen", Mathiam „vom weissen Löwen" typis expressa esse. Cf Raphael Carolus Ungar, *Allgemeine böhmische Bibliothek*, Pragae a. 1786, p. 15—18, qui p. 18—20 editionem alteram, anno 1489 Kuttenbergae apud Martinum de Tissnow typis expressam, describit. Ungar suspicatur vel ex colophone conligit Novum Testamentum Bohemice primum anno 1475, fortasse Pragae, typis expressum esse, cf apud eum p. 63—72. Cf etiam Iohannes Gottlieb Elsner, „Periculum historico-ecclesiasticum, quo succincta diversorum verbi divini codicum Bohemicorum delineatio exhibetur, Berolini a. 1768" in actis *Museum Haganum*, tom. 4, pars 1, pp. 225—268, qui disserit de editionibus, non de codicibus manu scriptis; Gottfried Iohannes Dlabacž, *Nachricht von einem bisher noch unbekannten böhmischen Neuen Testamente* (ex actis *Abhandlungen der königlich böhmischen Gesellschaft der*

[1] Iosephus Dobrowsky, „Ueber den ersten Text der böhmischen Bibelübersetzung nach den ältern Handschriften derselben, besonders nach der Dresdener" in actis *Neuere Abhandlungen der königlich böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften*, Pragae a. 1798, vol. 3, *Diplomatisch-Historisch-Litterarischer Theil*, pp. 240—266.

Wissenschaften, vol. 5, *historischer Theil*), Pragae a. 1816, pp. 12 cum tabula, qui de editione secunda dicit et de editionibus annorum 1497.1518.1527; p. 11 nominatur editio anni 1475 ut quae in urbe Pilsen prodierit. Unde Tischendorfius bohem, e. g. Act 25,24, hauserit nescio.

CODICES BOHEMICI.

Pragae bibl. univ. A. 10.

a. 1450—1460 (?), in 8, membr, coll. 2: *Biblia.* Cf v. cl. Iosephus A. Hanslik, *Geschichte und Beschreibung der Prager Universitäts-Bibliothek*, Pragae a. 1851.

— — A. 7: a. 1471, in fol, membr, foll. 347: *Sirach* cap. 45 — *Apoc.*

Apud Iosephum Iungmann, *Historia literaturae Bohemicae*, Pragae a. 1849, invenies notitias has de codicibus librorum Novi Testamenti:

p. 16, num. 3: saec. X: *Evv* (Evl?); — num. 4: saec. XIV: *Evv* (Evl?); — num. 8: saec. XI vel XII: *Evv* (Evl?);

p. 38, num. 107: saec. XIV: *Biblia;* — num. 108: a. 1391: *Biblia;*

p. 39, num. 118: saec. XIV vel XV: *Evv* (Evl?); — num. 119: saec. XIV vel XV: *Paul;* — num. 120: saec. XIV: *Evv* (Evl?); — num. 121: saec. XIV: *Evl* Bohem-Lat;

p. 91, num. 504: saec. XV: *Biblia;* — num. 506: a. 1416: *Biblia* Glagolitica; — num. 510: *Biblia;* — num. 511: saec. XV: *Biblia;* — num. 512.514.516.517.518. (p. 92) 522.525.527.531.533.534: exemplaria undecim *Bibliorum.*

p. 92.93, num. 539—566: *N. T.* (exemplaria duodetriginta).

p. 94, num. 587: a. 1411: *Paul;* — num. 593: saec. XV: *Evl;* — num. 595: saec. XVI: *Evv;* — num. 597: a. 1505: *Evl Apl.*

X.

DE

SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

paginae

1. Dissertatio . . . . . 1131—1152
   (1.) Quid adhuc iudicatum sit de patrum testimonio . . . 1131—1138
   (2.) Comparantur inter se codices, versiones, patres . . . . 1138—1139
   (3.) E quibus scriptoribus testimonium quaerendum sit . . . . 1139—1140
   (4.) Quomodo patrum lectiones definiendae adhibendaeque sint 1140—1142
   (5.) De scriptoribus Graecis . . . 1143—1149
   (6.) De scriptoribus Latinis . . . 1149—1151
   (7.) De scriptoribus Syriacis, Aegyptiacis, Armeniacis, ceteris . 1151—1152
2. Catalogus scriptorum . . . . . 1153—1230

X.

DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

1.

DISSERTATIO.

Testimonium patrum vel scriptorum ecclesiasticorum quamquam ultimo loco poni solet cum de textu Novi Testamenti constituendo agitur, tamen minime contemnendum est: interdum rei criticae studiosos auxilio haud exiguo firmat in primis quod ad textus historiam ne dicam geographiam attinet.

(1.) *Quid adhuc iudicatum sit de patrum testimonio.*

Simulatque Novum Testamentum Graece typis exprimere coeperunt viri docti, patres testes adduxerunt. Editio Complutensis a. 1514 (cf supra, p. 205) sane nullas fere adnotationes exhibet, ad 1 Co 15,50 tamen laudat Hieronymi epistulam ad Minervium et Alexandrum de resurrectione carnis et ad 1 Ioh 5,7 Thomam Aquinatem et abbatem Ioachim. Erasmus (cf supra, p. 207) recognovit textum „ad probatissimorum omnium suffragiis autorum, vel citationem, vel emendationem, vel enarrationem, nempe Origenis, Chrysostomi, Cyrilli, Hieronymi, Ambrosii, Hilarii, Augustini". Ad Mt 24,30-44 in libro eius adnotationum haec inveniuntur: (30) „Gloriam certe legit Hieronymus, citans hunc locum in commentariis

Zachariae"; (36) „ex homiliis Origenis quas scripsit in Matthaeum, apparet illum addidisse filium"; „ad eundem modum legit Augustinus in homiliis . . . cumque hoc Hilarius cum ait in expositione canonis . . . . Legit et interpretatur eodem modo Chrysostomus. Denique et Hieronymus ipse in progressu enarrationis sequitur hanc lectionem"; (43 *φυλακῇ*) „ita legit Origenes in homiliis"; (44 *ὅτι ἢ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε ὁ . . . ἔρχεται*) „ita legit Chrysostomus, etiamsi secus Vulgarius."[1] Affert praeterea Erasmus testes Ambrosium, Athanasium, Augustinum, Cyprianum, Gregorium Nazianzenum, Origenem, Theodoretum.

Neque ecclesia reformata vocem respuit antiquae ecclesiae. Beza (cf supra, p. 214), Genevensis ecclesiae minister, editionem N. T. Gr. suam Elisabethae „Angliae, Franciae, Hiberniae et circumiacentium insularum reginae" dedicans, haec scripsit: „etiam veterum tum Graecorum tum Latinorum et recentiorum quoque doctissima scripta diligenter contuli: a quibus me plurimum adiutum esse ultro profiteor". Nihilominus patribus Beza multo rarius quam Erasmus testibus est usus. Franciscus Lucas Brugensis (cf supra, p. 216) primus, nisi fallor, patres Graecos Latinosque in lectionum conlectionibus Novi Testamenti Graeci laudavit, disquisite eos pro meritis censens. Hugo Grotius (nat. a. 1583, mort. a. 1645) in variis suis lectionibus liberrime usus est patrum Graecorum et Latinorum testimonio.[2] Anno 1639 Daniel Heinsius,[3] in prolegomenis ad sacras suas exercitationes de patrum e

[1] Nomen Vulgarii (Bulgarii) scripsisse putatur Erasmus pro Theophylacto quia vocem Theophylacti pro adiectivo habuerit, Basileae autem inveni librum manu scriptum e quo, nisi fallor, Erasmus lectiones hausit cuius titulus nomen Vulgarii solum praebet, unde videtur exortus esse error Erasmi.

[2] Grotius, *Polyglotta Londinensia*, tract XV, cf supra, p. 221.

[3] Heinsius, *Sacrarum exercitationum ad Novum Testamentum libri XX. In quibus contextus sacer illustratur, ss patrum aliorumque sententiae examinantur* . . . Lugduni Batavorum a. 1639 fol.

Novo Testamento citationibus disseruit ad eum tamen finem magis ut patrum menda exhiberet quam ut ex operibus eorum subsidium criticum hauriret. Mox exstitit Iohannes Croius,[1] adseverans „Heinsium ne millesimam quidem sacri textus partem intelligere", vix autem ipse scivit quomodo patrum testimonium adhiberet ad textum N. T. Gr. definiendum. Heinsio, Croio, Dallaeo[2] curae fuit patrum testimonium parvi facere. Millius patrum scriptis usus est et in prolegomenis suis fusius de patribus disseruit. In editione Millii Kusteriana (cf supra, p. 225.226) habetur epistula Ioannis Clerici praeclara in qua cum lectiones variae Methodii Patarensis et Optati Milevitani excutiuntur tum callidissime de scriptorum ecclesiasticorum testimonio disseritur. Whitbius[3] sane Millium impugnans patres in primis impugnat, et in appendice Hilarii lectiones varias enumerat ut eas reiciat. Gerhardus etiam ille (cf supra, p. 229) patribus vix ullum locum in re critica concedere voluit. Celari vero non debet, eos qui patres respuerunt saepe paene idem statuisse quod patrum defensores etiam concesserunt, dico patres innumeris locis non accurate verba sacra laudare. De hac re disputari non potest. Fugit tamen nonnunquam viros qui textum receptum omni modo defendere in mente habuerunt, patres nihilominus multis locis testimonium et certissimum et optimum de veris lectionibus dare.

De patrum ex Novo Testamento lectionibus, vide p. (2)—(18); ed. 2, Cantabrigiae a. 1640, prolegomena, p. 2—13.

[1] Croius (de Croi), *Sacrarum et historicarum in Novum Foedus observationum, pars prior: in qua Dan. Heinsii prolegomena . . . perpenduntur . . .* Genevae a. 1645. De patribus vide capp. 16—29, p. 121—221.

[2] Dallaeus (Daillé), *De usu patrum . . . libri duo Latine e Gallico nunc primum a I. Mettayero redditi; ab auctore recogniti, aucti, et emendati,* Genevae a. 1655, lib. 2, cap. 3, p. 245—248.

[3] Whitby (cf supra, p. 225, adn. 2) lib. 1, cap. 1, (in editione Lugd. Bat. a. 1733), p. 1—43; de Hilario, app. p. 376—405.

Bengelius[1] scriptores ecclesiasticos non parvi aestimavit. Refutavit accusationes Heinsii, Croii, Rechenbergii, Whitbii, secutus est Millium et Wetstenium, copiosius patrum testimonia adtulit. In eandem sententiam scripsit caute scite locupletissime Castus Innocens Ansaldi, ordinis Praedicatorum, in libro *De authenticis sacrarum scripturarum apud ss. patres lectionibus libri duo ad ss. d. nostrum Benedictum XIV. pont. max.* (Veronae) anno 1747.[2] Incipit disputatio a testimonio Tertulliani de Ioh 1,13, ubi Ansaldus variatione „natus est" versionis veteris Latinae exemplum tradi arbitratus est,[3] Petrus autem Barsanus nihil aliud nisi scriptoris incuriam agnoscere voluit. Inde exorsus tractavit Ansaldus totam rem et fortasse magis quam necesse erat patrum accurationem praeconatus est.[4] Apud Christianum Benedictum Michaelis[5]

[1] Bengel, *N. T. Gr.* Tubingae a. 1734, cf in appendice „Introductio in crisin N. T." ad finem libri, § XXXII, obss. II—IV, pp. 389.390, obs. XX, pp. 401—419, in primis considd. VI.VII, pp. 413—416; in libro eius *Apparatus criticus*, Tubingae a. 1763, quaere pp. 23.24 et 36—55. — Hoc loco addo Semleri adnotationes in eius editione Wetstenii *Prolegomenorum*, Halae Magdeb. a. 1764, pp. 169—222, et Wetstenii *Libellorum ad crisin atque interpretationem N. T.* Halae Magdeb. a. 1766, pp. 183 ss. 197 ss.

[2] Anno 1798 scripsit E. F. K. Rosenmüller, *Handbuch für die Literatur der biblischen Kritik und Exegese*, Gottingae, vol. 2, p. 268: „noch immer die vorzüglichste [Schrift] über diesen Gegenstand". Cf etiam quae de Ansaldo scripsit Iohannes David Michaelis, *Einleitung in die göttlichen Schriften des neuen Bundes*, pars prima, ed. 3, Gottingae a. 1777, pp. 619.620 (in Marshii translatione, ed. 2, vol. 2, p. 373, cap. 9, sect. 2).

[3] Ansaldi, *De loco Ioannis, aliter atque habet Vulgata a nonnullis patribus lecto, dissertatio*, Brixiae a. 1746.

[4] Hoc loco commemoro de iis quae Petrus Sabatier, *Bibliorum sacrorum Latinae versiones antiquae*, Remis a. 1743, vol. 1, praefat. pp. XXXVI—XXXVIII, scripsit.

[5] C. B. Michaelis, *Tractatio critica de variis lectionibus N. T. caute colligendis et diiudicandis*, Halae Magd. a. 1749. — Cf etiam quae Wetstenius de scriptoribus ecclesiasticis profert, et in editione

examinantur prae ceteris loci quos Irenaeus e sancta scriptura citavit. Non est quod dicam Iohannem Iacobum Griesbach[1] hac quoque ex parte studiis criticis pro suo ingenii acumine subvenisse, Christianum Fridericum Matthaei phialas irae suae in Bengelium, Semlerum, Griesbachium effudisse.[2] Matthaeium oppugnavit Iohannes Severus Vaterus,[3] qui accuratius examinavit quae Cyrillus Alexandrinus e capitibus quinque prioribus evangelii Iohannis adtulit. Iohannes Fridericus Schleusnerus mentem defixit in citationibus e LXX virorum versione Veteris Testamenti,[4] nihilo minus multum fructum etiam in Novum Testamen-

ipsa et in libro a Semlero iterum e Novi Testamenti editione typis mandato (ut supra, p. 1134, adn. 1) *Libelli*, pp. 86—92 (item pp. 69—86). — Liber Iusti Wesselii Rumpaei, *Commentatio critica ad libros Novi Testamenti in genere*, Lipsiae a. 1730; ed. 2, a. 1757 (subnectitur libro I. G. Carpzovii *Introductio ad libros propheticos Bibliorum V. T.* ed. 4, Lipsiae a. 1757), caret critica arte; citationes solae pretium habent, cf pp. 277 ss. 311 ss.

[1] Griesbach, *Dissertatio critica de codicibus quatuor evangeliorum Origenianis*, pars prima a. 1771, in suis *Opuscul. acad.* Ienae a. 1824, vol. 1, pp. 226 ss, in primis 278—300; — *Curarum in hist. textus Graeci epistolarum Pauli specimen I*, a. 1777, in *Opuscc.* vol. 2, p. 1 ss, in primis pp. 37-42.79-82; — *Commentarius criticus in textum Graecum N. T. Partic. II*, Ienae a. 1811, p. XXV s.

Cf etiam I. D. Michaelis (ut supra, p. 1134, adn. 2 et ed. 4, a. 1788). — Cf Benedictus Bendtsen, *Specimen exercitationum crit. in V. T. libros apocryphos e scriptis patrum et antiquis versionibus*, Gottingae a. 1789.

[2] Matthaei, *Ueber die sogenannten Recensionen* . . . Ronneburgi et Lipsiae a. 1804, pp. 43—47.62—69.71 ss, etiam p. 8 et p. 12 adn.; cf de Oecumenio p. 31 et de Theophylacto p. 42 adn. Multa praebet Matthaeius in editionibus suis Novi Testamenti (ut supra, p. 249-251).

[3] Vater, *Spicilegium observationum ad usum patrum Graecorum in critica Novi Testamenti pertinentium*. 2 partt. Regiomontii a. 1810. 1811. — Cf etiam F[ridericus?] G[uilelmus?] Edel, *Collatio critica locorum Novi Testamenti quae in actis conciliorum Graecorum laudantur*, Argentorati a. 1811.

[4] Schleusner, *Opuscula critica ad versiones Graecas V. T. pertinentia*, Lipsiae a. 1812, in primis pp. 12—74.

tum prae ceteris habent eius *Observationes de patrum Graecorum auctoritate*, fultae studiis diuturnis. Non multum inde profecerunt Henricus Carolus Alexander Hänlein[1] et Leonhardus Bertholdt,[2] plus Iohannes Gottfried Eichhorn,[3] vir eruditissimus Iohannes Leonardus Hug,[4] Americanus Andrews Norton.[5] Carolus Augustus Credner[6] operam navavit locis apud Iustinum Martyrem et in Clementinis Homiliis citatis. Iustini opera perscrutavit magno cum fructo Carolus Semisch.[7] V. cl. Adolfus Hilgenfeld[8] ante hos quadraginta quattuor annos et Iustinum et Homilias Clementinas et Marcionem examinavit. Rem tractaverunt Iohannes Scott Porter,[9] Samuel Davidson,[10] Samuel Prideaux Tregelles,[11]

[1] Hänlein, *Handbuch der Einleitung in die Schriften des N. T.* ed. 2, Erlangae aa. 1801—1809, §§ 77.78, pp. 243—254.

[2] Bertholdt, *Historisch kritische Einleitung . . .*, pars 2, Erlangae a. 1813, p. 740ss.

[3] Eichhorn, *Einleitung in das N. T.* vol. 5, Lipsiae a. 1827, pp. 119—167.

[4] Hug, *Einleitung in die Schriften des Neuen Testaments*, ed. 4, pars 1 (a. 1847), § 7, pp. 32—35.

[5] Norton, *The evidences of the genuineness of the gospels*, Bostoniae a. 1837, vol. 1, p. 194ss, et adnotat. E, pp. ccvii—ccxxxi (ed. 2, Cantabrigiae a. 1846, p. 210ss et pp. ccxiv—ccxxxviii).

[6] Credner, *Beiträge zur Einleitung in die biblischen Schriften.* 2 voll. Halis aa. 1832—1838; vol. 2 examinat quae adlata sunt e versione LXX virorum.

[7] Semisch, *Die apostolischen Denkwürdigkeiten des Märtyrers Justins*, Hamburgi et Gothae a. 1848; cf in primis pp. 207—232.

[8] Hilgenfeld, *Kritische Untersuchungen über die Evangelien Justin's, der clementinischen Homilien und Marcions*, Halis a. 1850, pp. 46ss. 63ss.

[9] Porter, *Principles of textual criticism*, Londinii a. 1848, pp. 375—390.

[10] Davidson, *A treatise of biblical criticism . . .* vol. 2 (a. 1853), pp. 362—370.

[11] Tregelles, *An introduction to the textual criticism of the New Testament*, Londinii a. 1856, pp. 329—342. In editione sua Novi Testamenti Graeci scriptores praecipuos non neglexit.

Fridericus Henricus Ambrosius Scrivener.[1] Vir cl. Brooke Foss Westcottus,[2] nunc episcopus Dunelmensis, in libro suo de Novi Testamenti canone multa de citationibus apud Iustinum Martyrem et in Homiliis Clementinis praebet, item in Chrysostomi dissertatione *de sacerdotio*. Amicus fautorque ille meus Ezra Abbot[3] nonnulla de scriptoribus ecclesiasticis exhibet in appendice ad librum Nortoni aeque atque in dissertationibus variis. Iacobus Scott[4] callide de citationibus disseruit et v. cl. Guilelmus Sanday[5] non solum „de citationibus in genere apud scriptoribus Christianis primis temporibus" egit sed etiam accuratissime de citationibus in operibus Iustini Martyris et in Homiliis Clementinis. Multum valent, quod ad scriptores Latinos adtinet, labores Rönschii praesertim de Tertulliano, et vv.

[1] Scrivener, *A plain introduction to the criticism of the New Testament*, ed. 3, Londinii a. 1883, pp. 416—421. Iohannes Guilelmus Burgon, Scriveneri amicus, multam operam scriptis patrum navavit, nec tamen edidit indices suos locupletissimos locorum sacrarum scripturarum a patribus laudatorum, id quod maxime dolendum est; cf Burgonii liber, *The last twelve verses of St Mark*, Oxonii et Londinii a. 1871, pp. 269—287 ubi de Victore Antiocheno dicit.

[2] Westcott, *A general survey of the history of the canon of the New Testament*, ed. 5, Londinii a. 1881; cf de Iustino et Homiliis Clementinis p. 96—179, et de illo Chrysostomi tractatu p. xxx, adn. 1.

[3] Abbot in libro Nortoni, *Statement of reasons*, ed. nova Bostoniae a. 1856, p. 455 adn. 456 adn; item in tractatu de Ioh 1,18 in actis *Bibliotheca sacra*, Andoverae a. 1861, pp. 855.856, et in actis *Unitarian Review*, mense Iunio a. 1875, p. 568 (separatim impr. p. 8).

[4] Scott, *Principles of New Testament quotation established and applied to biblical science*, Edinburgi a. 1875, cf pars VII.

[5] Sanday, *The gospels in the second century*, Londinii a. 1876; de citationibus in genere vide cap. II, p. 15—57, de Iustino p. 113 ss, de Homiliis Clementinis p. 163 ss. — Cf etiam v. cl. Llewelyn I. M. Bebb, *Studia biblica et ecclesiastica*, Oxonii a. 1885, vol. 2, p. 195—240.

cll. Sandaei, Whitii, Corsseni, aliorum quos iam supra nominavi cum de versione Latina egi.

Hactenus de eo, quod adhuc de scriptorum ecclesiasticorum testimonio iudicatum elaboratumque est.

(2.) *Comparantur inter se codices, versiones, patres.*

Codices sacrae paginae Graeci quoad antiqui atque puri sunt testimonium rectum de textu reddunt. Sed cum non semel inter se vel antiquissimi codices discrepent, accuratius indagare textus historiam studemus, ut statuere possimus ubi terrarum unaquaeque lectio viguerit. In hoc labore nobis subveniunt versiones quae terras nunc artius nunc aliquo saltem modo definiunt. At versiones nihil clarius de tempore monstrant. Sin ad scriptores ecclesiasticos confugere possumus, hi non solum de loco sed etiam de tempore testantur, et procul dubio demonstrant si non lectionis patriam certe domicilium, et si non quo anno nata sit certe annum quo viguerit. Magnus igitur fructus e scriptorum ecclesiasticorum scriptis percipi potest.

Quid vero agemus, si nullum scriptoris de loco dubio testimonium inveniamus? Tum revertendum est ad indolem testium, quae iam ex aliis locis perspecta erit. Nam cum codices, versiones, patres inter se comparantur, saepe eiusmodi evadit iudicium de testibus ipsis ut sciamus testes quosdam, qui iam saepius cum patris cuiusdam lectionibus consentierunt, etiam absque patris illius testimonio id testari quod pater testaturus esset si forte in consilium vocari posset.

Patres ergo multum valent in iudicio de lectionibus iam e textus codicibus cognitis definiendo. Attamen cavendum est ne putemus eos solos lectiones satis graviter commendare posse. Post codices sint aut non sint. Cum his testentur aut sileant. Discernant, distinguant, non iudicent.

Ubi vero pauciores habemus codices ibi frequentiores in litem adducuntur scriptores, fusius adferuntur discursus eorum ut qui testimoniorum defectum aliquo modo compensent; exempli gratia revertat lector ad volumen Tischendorfii alterum, inspiciat apparatum criticum, conferat eum cum apparatu critico prioris voluminis.

(3.) *E quibus scriptoribus testimonium petendum sit.*

Ecclesia Romana statuit usum restrictiorem vocis patris, unde factum est ut pauci sensu illo nomen patris adipisci possent, dico octo illos: Graecos Athanasium, Basilium, Gregorium Nazianzenum, Chrysostomum, Latinos Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, Gregorium Magnum, qui omnes doctrinam orthodoxam et eminentem, insignem sanctitatem vitae, approbationem ecclesiae, notabilem antiquitatem vel praebent vel merentur per eminentiam.[1] Luce clarius est talem distinctionem nihil rei criticae prodesse. Non semel vocabulo „scriptor ecclesiasticus" ut in huius partis titulo usus sum, ubi vero brevitatis studium flagitat nomen „pater" vel in genere vel in specie scriptoribus ecclesiasticis tribuo non haesitans. Hoc de appellationibus.

Pergendum est ad testimonium. Testimonium petimus ab unoquoque qui testari possit. Non agitur de doctrina sed de re, non agitur de opinione sed de visione, de cognitione. Minime igitur nostra interest utrum scriptor doctrinam ecclesiasticam studiose tenuerit necne. Valent aeque orthodoxus haereticus ethnicus, si forte ethnicus de loco Novi Testamenti dicat. Valet idem orthodoxus cum lectionem respuat atque cum lectionem approbet. Nam quaeritur de lectione illo tempore illoque loco in codicibus inventa. Plus semel erraverunt orthodoxi qui criticae

[1] Cf v. cl. Iosephus Nirschl, *Lehrbuch der Patrologie und Patristik*, Moguntiae a. 1881, vol. 1, pp. 3—6.

artis non periti lectiones in codicibus haereticorum damnarunt. Ne tamen putaveris haereticos illos peritiores artis criticae fuisse et scientia ductos illas lectiones sibi quaesivisse. Nam nihil aliud fecerunt nisi quod codices sibi traditos conservarunt et magni aestimarunt.

Testimonium omnium scriptorum omnium temporum valet per se. Nos vero quaerimus in primis suffragia e saeculis ecclesiae prioribus antequam textus iunior se evolvit et e temporibus quibus evolutio illa facta est, dico saecula quattuor inde a primo usque ad quartum. Tum necesse est nos accuratissime et terras et annos indagare si forte pressius sequi possimus varationum semitas obscuras.

(4.) *Quomodo patrum lectiones definiendae et adhibendae sint.*

Multum interest in hac re cum consuetudinem scriptoris tum indolem libri scite novisse. Hic scribit exacte, omni diligentia adhibita, ille sine ulla accuratione; hic curat, ille non curat minima. Vir exegeticus aptius verba ipsa e codice laudat, vir oratorius facundia ductus facile sua pro codicis verbis substituit. Idem valet de libris. In libro exegetico critico arte composito rectius quaeres textum purum. Liber dogmaticus vel polemicus modo arctius codicem sequetur modo argumentatione duce, lectionem minus bene per testes firmatam adferet. Denique libri ut ita dicam practici in aedificationem fidelium scripti sensum generalem spectant verbis ipsis saepe neglectis. Sermones et orationes omni modo scripturae dicta flectunt et orationi currenti admiscent.

Scriptores pariter atque librarii ex incuria ut homines errantes falso locos citant etiam e codice praesenti, quanto facilius id fit cum e memoria sententias adferunt. Uno loco addunt, alio omittunt, tertio transponunt nunc

vocabula singula nunc verborum combinationes. Denique verba mutant, vel singula vel plura, ne dicam sententias. Aliis verbis idem fere dicunt, iisdem fere verbis aliud dicunt. Hoc modo exsistunt variationes innumerabiles.

Saepius de hac re disputaverunt, vel hodie etiam disputant, theologi ac si patres singulari incuria scripserint, multo neglegentiores fuerint quam scriptores et theologi huius aevi. Minime. Et nos homines sumus. Qui se ipsum ore dicentem et calamo scribentem sine ira et studio observet, mox errores similes cernet. De erroribus meis silebo. Duo in promptu habeo virorum clarissimorum et doctissimorum errata. Carolus Hodge, professor celeberrimus Americae septentrionalis, Tholuckii amicus, in opere magno suo theologico verba ex Gen. 3,15 adferre voluit. Fuit vir animi exegetici, ut ita dicam, qui commentarios qui hodie quoque non parvi sunt pretii scripserat, multus fuit in Scripturis legendis. Nihilominus verba ita dedit:[1] „The seed of the woman shall bruise the serpent's head." Re vera saepe in Anglia et in America audita sunt illa verba hunc ad modum, putantque multi ea biblica esse, sed Bibliorum pars non sunt. Quo tempore liber ille typis exprimebatur ex familiaribus v. cl. Hodgii eram, et eum monui, verba illa non biblica esse, quod initio concedere noluit, posthac volumine excusso accuratius inquirens concessit. Sed vetuit verba mutari, quod ea, quibus sane sententia verborum biblicorum contineretur, ei ex usu valde probata essent. Adduco deinde v. cl. Fr. Kaulen, de Vulgatae historia optime meritum; cum de versione Latina vetere disputat,[2] verba Augustini bene cognita de Itala: „verborum tenacior cum perspicuitate sententiae," quae verba iam recte citaverat, alio loco sic reddit:

[1] Hodge, *Systematic theology*, New York, London, and Edinburgh, 1872, vol. 1, p. 38.

[2] Kaulen, *Geschichte der Vulgata*, Moguntiae a. 1868, p. 128.

„verborum tenacior cum *sermonis* perspicuitate". Scriptor saeculi secundi qui tantam in evangelii textu variationem exhiberet, sine dubio testis esset „alius evangelii". Ex his et ex similibus, quae lectoribus in mentem venient,[1] facile est iudicium prudentiae plenum ferre de consuetudine a scriptoribus in primis ecclesiae saeculis observata.

Cum loci copiosiores adferuntur paene necesse est scriptorem codicem volvisse, verba non e memoria protulisse. Ita in vetustissimis codicibus qui homilias continent accuratissime saepe exscripta sunt verba de quibus orator disserit, in codicibus qui commentarios continent interdum omni cura loci longiores redduntur quos commentator statim tractat.

Loci ex evangeliis Matthaei Marci Lucae qui inter se fere consentiunt difficultatem magnam habent, nam saepe procul dubio scriptori non praesens fuit e quo evangelio hauserit, saepe cum id sciverit inscius verba ex aliis admiscuit vel sententias ad modum alius evangelii mutavit, saepissime nobis non dicit ex quo evangelio dictum adferre velit. Dubium igitur vel nobis vel scriptori ipsi est evangelium, dubius est locus ipse, dubiae sunt lectiones. Fieri potest ut omnibus locis accurate excussis clarius evadat iudicium de locis his harmonisticis qui dicuntur. Nunc prudentissimus quisque cautissime de lectionibus hoc modo confusis iudicabit.

Magna auctoritate valent loci qui vel ab eodem patre iterum iterumque vel a variis patribus eiusdem saeculi variis in regionibus scribentibus iisdem verbis adferuntur. Tutissime ibimus cum scriptor diserte de lectionibus suo tempore in patria sua variantibus dixerit.

[1] Amicus meus Abbotus in libro scientiae pleno *The authorship of the fourth gospel: external evidences*, Bostoniae a. 1880, pp. 39—41, adtulit novem locos ex scriptis theologi Hieronymi Taylor (*1613 †1667) quibus Ioh 3,3—5 laudatur. Nullus consentit cum versione Anglica, duo soli inter se consentiunt.

(5.) *De scriptoribus Graecis.*

Cum codices scriptorum Graecorum adimus, statim curiosius inquirere debemus, utrum librarii locos sacrae scripturae, quos scriptor quidam adtulit, accurate exscripserint an mutarint ad normam textus iis bene cogniti. Interdum exempli gratia e commentario vel sermone clare elucet commentatorem vel oratorem textum alium ante oculos habuisse quam quem librarius posuit. Etiam quod ad locos longiores adtinet, non omiserunt librarii e codice iis ipsis usitatiore verba scripturae inserere, extrusis locis qui iis ante oculos erant in exemplari exscribendo. Perversa haec nonnullorum consuetudo pretium codicum minuit, difficultatem rei criticae augit.

Non est quod dicam codices patrum eodem modo quo codices sacri textus critica arte excutiendos esse, pro aetate aestimandos, cum versionibus, si versiones exstant, comparandos esse. Ii autem qui scripta patrum verterunt saepius textum in his operibus sacrum non ex exemplari verterunt sed e versione scripturarum sacrarum quae ad manum erat exscripserunt, eodem modo atque librarii illi Graeci quorum consuetudinem iam reprobavi. Praebet talis scriptorum versio testimonium non de textu Graeco sed de textu sacro Latino vel Syriaco vel Coptico.

Pergamus ad editiones. Eadem perversitas etiam hic offendit. Exemplo est editio Puseyana commentarii Cyrilli Alexandrini in evangelium Iohannis. Brevi post initium operis omisit Heysius locos scripturae copiosiores exscribere, nihil Oxonium misit nisi initia et fines; locos deinde implevit editor Oxonii e Novo Testamento typis impresso. Si tale quid Oxonii anno 1872 evenire potuit, quanto magis in editionibus patrum prioribus, in quibus saepissime textus sacer sine signo mutatus est.

Opus est editionibus patrum Graecorum novis quae subsidiis criticis iisque locupletissimis nitantur. Cum nostra

intersit saecula prima penitus perquiri, laetissimus est nuntius virum clarissimum mihique amicissimum Adolfum Harnack, professorem Berolinensem, auspiciis academiae regiae Berolinensis, editionem scriptorum ecclesiasticorum Graecorum ab initio ecclesiae usque ad medium saeculum quartum instaurare velle. Prodromus huius operis iam exstitit in introductione ad eius „historiam veterum litterarum Christianarum usque ad Eusebium".[1]

a. Periodus postapostolica. Quae sparsa supersunt opera scriptorum ecclesiasticorum ex annis ante annum circiter 177 sive Irenaei tempus plus valent ad studia quae dicuntur canonica sive ad historiam canonis quam ad rem criticam illuminandam.

Clemens Romanus vel epistula ecclesiae Romanae ad ecclesiam Corinthianam saepius locos scripturae in genere adfert rarissime ita ut studiis textus criticis inserviant loci, nam sunt partim loci adlati minus addubitati loci, partim defuit iis temporibus primoriis quod ad novi foederis scripta adtinet notio textus sacri, unde fit ut liberius adlatae sint sententiae verbis ipsis neglectis. Idem fere quadrat in Ignatii epistulas, Barnabae epistulam, Hermae librum pastoris. Iustinus martyr et philosophus in iis operibus suis apologeticis quae ad Iudaeum spectant Vetus Testamentum fusius adtulit, in iis quae ad imperatorem ethnicum missa sunt testimonia sacra non apte proferre potuit. Nihilominus inter pauca ex Novo Testamento quae apud Iustinum invenimus locum habemus qui libertatem illam in verbis adferendis praeclare exhibet, nam laudatur Ioh 3,3—5 admixto loco Matt 18,3[2] (Christianus Fridericus Matthaeius sane adseverat Iustinum in libris

[1] Harnack, Adolf, *Geschichte der altchristlichen Literatur bis Eusebius. Erster Theil: Die Ueberlieferung und der Bestand*, Lipsiae a. 1893.

[2] De hoc loco cf Ezra Abbot, *The authorship of the fourth gospel*, Bostoniae a. 1880, pp. 28—41.

genuinis textum Novi Testamenti semper falsasse uno loco Matt 5,20 excepto)[1] Eundem fere locum non sine admixtione nova praebent Homiliae Clementinae. Tatianus Syrus qui e quattuor evangeliis unum consarcinavit in libro Diatessaron et ita lectionibus multo magis inter se commiscendis curavit, confecit harmoniam hanc, quod probabilius est, lingua Graeca urbi et orbi communi, etsi textus eius Graecus hodie non exstat. Post Tatianum igitur dubium erit, utrum loci ex evangeliis synopticis quae dicuntur a librariis vel a scriptoribus suo Marte cum aliis locis commixti an e libro Diatessaron hausti sint.

Quid valeant ea quae Hippolytus in libro „Philosophumena" vel „Refutatio omnium haeresium" ex scriptis saeculi secundi haereticis hausit, sub lite est.[2]

b. Periodus Lugduno-Alexandrina. Huic periodo (inde ab anno fere 177 usque ad annum 315) nomen dedimus ex domicilio virorum praecellentium qui agmen ducunt, dico Irenaei Smyrno-Lugdunensis, Clementis et Origenis Alexandrinorum.

Irenaeum († 202) hoc loco in litem ducimus propter chronologiam. Difficultatem tamen magnam propterea praebet opus eius „contra omnes haereses" quod fragmenta praecipua quae supersunt Graeca per unum Epiphanium saeculi quarti exeuntis ad nos pervenerunt et passa sunt traditionem duorum paene saeculorum antequam Epiphanius ea exscripsit. Quae vero Epiphanii manum fugerunt, ea fragmentis paucissimis exceptis in sola versione Latina adhuc exstant, de qua infra dicendum est. Attamen multa ex Irenaeo hausta sunt, multum valet testimonium eius e saeculo ecclesiae secundo. Utinam discernere possemus, utrum codices suis secum ex urbe Smyrna portarit necne.

[1] Matthaei, *Ueber die sogenannten Recensionen* . . . Ronneburgi et Lipsiae a. 1804, p. 64.

[2] De Διδαχή quae dicitur tractare vetat tempus et huius dissertationis scopus, nam mittimus ea quibus Tischendorfius non usus est.

Clemens Alexandrinus, natu fortasse Atheniensis, primus litterarum theologicarum magister exstitit, primus scienter ex cathedra pro ecclesia, scripsit. Vir erat liberalibus studiis imbutus qui calamo currente modo Vetus Testamentum modo Novum modo scriptores qui dicuntur classicos adtulit. Apud eum comparare possumus citationes omnis generis, scrutari possumus quo modo locos utriusque generis cum sacri tum profani laudaverit.

Origenes Alexandrinus, homo ille mirificus, qui mente et animo, industria et vi ceteros superavit, a quo scripturae sacrae textus cura indefessa elaboratus est, libros innumerabiles scripsit. Dolendum est libros permultos, propter haereses quarum accusatus est Origenes ab ecclesia spretos, iam diu perisse. Curae eius in textum Veteris Testamenti non prorsus interierunt. Mihi vix dubium esse videtur Origenem, quo modo Vetus Testamentum elaboravit, eodem modo etiam Novi Testamenti textum tractasse. Obeli et alia signa quae hic illic in codicibus exstant reliquiae esse possunt curarum eius. Origenes vero ipse non volens exemplum dat, quomodo textus non curetur sed corrumpatur. Ablego exempli gratia ad locum Ioh 1,28 ubi luce clarius videre possumus Origeni nihil valere codicum testimonium, si rationes allegoricae quas dicunt et rationes e geographica arte ductae lectionem probabilem esse monstraverint.[1] Sed de iudicio Origenis nobis non est cura. Saepius, quod loco iam laudato fit, uberrime de ea quae in codicibus et in scriptoribus illius aevi exstet lectione refert. De operibus Origenis quae hodie non supersunt nisi ex versione Latina posthac referetur.

Principatum tenent Irenaeus, Clemens, Origenes. Minime vero neglegendi sunt Athenagoras, Dionysius et

[1] Origenes, *In evangelium Ioannis commentariorum pars 1* [*Opera* ed. Lommatzsch.], Berolini a. 1831, pp. 237—243; est tomus VI, 24.25.

Petrus Alexandrini, Methodius (de Marcione dicendum est cum de Tertulliano dicemus), Gregorius Thaumaturgus, Theophilus Antiochenus.

c. Periodus Nicaena. Scriptores qui inde ab anno circiter 315 usque ad finem saeculi quinti floruerunt fusius testimonium de Novi Testamenti textu praebent, sed testantur plerique in plerisque locis textum iam emendatum, unde fit ut minoris pretii sint in historiam textus constituendam. Nomina patrum celeberrimorum huius aevi nos in terras varias ducunt Syriam (Antiochiam), Palaestinam (Caesaream), Aegyptum (Alexandriam), Cyprum (Salamina), Thraciam (Constantinopolim), Cappadociam (Caesaream) et ceteri provincias alias multas repraesentant.

E schola Antiochena in qua fortasse recensiones Novi Testamenti textus potiores vel summa auctoritate factae sunt evasit Chrysostomus qui ore aureo verbum dei in urbe Constantini praedicaret. Etsi orator erat, non minus erat vir exegeticus qui curiosius textum inspicere non omisit. Loci etiam pleni praedicationibus ut textus praefixi multum valent in textu eo tempore apud eum usitato definiendo. Tischendorfius usus est codice Guelferbytano saeculi sexti qui homilias in evangelium Matthaei continet. Multa etiam hausit ex operibus Christiani Friderici Matthaeii,[1] qui tot Chrysostomi codices accuratissime contulit. Eiusdem scholae erant Theodorus Mopsuestenus et Theodoretus Cyrensis. Scholam Alexandrinam et traditionem eius repraesentant Eusebius Caesareensis Palaestinae, Didymus Alexandrinus, Athanasius Alexandrinus, Cyrillus Alexandrinus e quibus Eusebius et Cyrillus profuse verba Novi Testamenti adferunt. Aegyptiae scholae vix alienus est Epiphanius Salamine in insula Cypro. Cappadocia

[1] De Matthaeio cf supra, pp. 249—251. Cf in primis discursus eius „de Chrysostomo, ceterisque interpretibus, eorumque codicibus mss," praefatio „in omnes d. Pauli epistolas," *Thess Tim*, Rigae a. 1785, pp. (19) sine numeris.

in litem mittit ex urbe Caesarea Basilium Magnum qui etiam Constantinopoli degerat, et cuius amicus Gregorius Nazianzenus litterarum et theologiae studiis se Caesareae in Palaestina, Alexandriae, Athenis dederat; Basilii frater Gregorius Nyssenus in Ponto e libris Origenis se instruxit in scripturis sacris. Euthalius diaconus operam multam studiumque navavit textui Actuum et Epistularum curando.[1]

d. Saecula posteriora. E saeculis posterioribus non est quod multos adferamus scriptores. Andreas Cretensis et pedisequus eius Arethas Apocalypsim tractaverunt et traditionem textus huius libri paene penes se habent. Iohannes Damascenus in Parallelis suis sacris magna diligentia locos innumeros coacervavit. Oecumenius, Theophylactus, Euthymius Zigabenus commentati sunt multos Novi Testamenti libros partim suo Marte partim impensis scriptorum ecclesiae priorum; in hac re catenis similes sunt eorum commentarii.

e. Catenae. De scholiis quae Christianus Fr. Matthaei conlegit sufficit ut ad editiones eius lectorem ablegam.[2]

Catenae[3] sive florilegia e scriptoribus ecclesiasticis textui sacro subnexa non tantum ultimorum saeculorum sunt,

[1] Cf supra, pp. 153—161. — V. cl. Albertus Ehrhard, nunc professor Herbipolitanus, „Der codex H ad epistulas Pauli und ‚Euthalius diaconos'" in actis *Centralblatt für Bibliothekswesen, VIII, 9,* Lipsiae a. 1891, pp. 385—411, vult Evagrium Ponticum pro Euthalio ponere. Cf contra Erhardum v. cl. Ernestus de Dobschütz, „Ein Beitrag zur Euthaliusfrage" iisdem in actis, *X, 2,* a. 1893, pp. 49—70.

[2] Ut supra, pp. 249—251.

[3] Cf Iohannes Christophorus Wolf, *Catenas patrum Graecorum easque potissimum mss . . . ex codicibus quibusdam Anglicanis eruditis contemplandas sistent et specimina quaedam earum exhibebunt* [W. et discipulus], . . . Witembergae a. 1712; — Ioannes Georgius Walch, *Bibliotheca patristica,* . . . Ienae a. 1770, pp. 193—198, ed. nova a Ioanne Traugott Lebrecht Danz, Ienae a. 1834, pp. 247—254; Ioannes

nam habemus catenas easque bonas in codicibus saeculi octavi, noni, decimi et Cassiodorius saeculi quinti exeuntis aeque ac Procopius Gazaeus conlectiones tales iam confecisse videntur. Tregellesius[1] callidis rationibus ductus demonstrare voluit codices cum catenis textum prae ceteris vetustum et purum exhibere, vix tamen eam vim quam putavit habent rationes illae.

Laudantur in catenis saepissime Origenes et Chrysostomus, deinde etiam scriptores multi ex omni aevo. Primo maximam partem posuerunt confectores catenarum siglum ante citationem unamquamque, e quo intelligi posset cuius scriptoris essent verba. Facile postea confusa sunt inter se haec sigla; saepius Ammiano adtributa sunt verba Ammonii vel Ammonio verba Ammiani, Gregorio Nazianzeno verba Gregorii Nysseni vel e contrario, Severo verba Severiani vel Severiano verba Severi. Theodoretus confusus est cum Theodoro, quam saepe vero inter se Theodori quattuor Antiochenus, Heracleota, Monachus, Mopsuestenus. Quaerendae sunt catenae Novi Testamenti in primis in octo tomis Crameri (vide infra in catalogo scriptorum sub voce cat).

(6.) *De scriptoribus Latinis.*

Scriptores Latini testantur primo loco textum versionis Latinae cum veteris tum Vulgatae. Tertullianus magister exstitit et multa praebet; in oratione domini ordinem

Albertus Fabricius, *Bibliotheca Graeca*, ed. G. C. Harlesius, Hamburgi a. 1802, vol. 8, pp. 637—700; de catenis in Novum Testamentum pp. 669—700; — Iohannes Augustus Noesselt, *De catenis patrum Graecorum in Novum Testamentum observationes*, Halis a. 1762 [*Opuscc. ad hist. eccl.* fasc. 3, Halis a. 1817, p. 321s.]; — v. cl. Otto Fridolinus Fritzsche, „Exegetische Sammlungen“ apud Herzogium *Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche*, ed. 2, Lipsiae, vol. 4 (a. 1879), pp. 449—453.

[1] Tregelles, *Codex Zacynthius*, Londinii a. 1861, p. IVs et 111s.

petitionum exhibet quem nullus alius testis habet. Quae Marcionis supersunt praecipue Tertulliano debentur, et haec Marcionis verborum versio nos ducit ad interpretationes ceterorum scriptorum Graecorum Latinas. Interpres Irenaei putatur Tertulliani tempore scripsisse,[1] quod fieri potuit sive Tertullianus hac versione usus est sive non usus est. Exemplo est hic interpres fieri posse ut versio purius textum reddat quam scriptor alius scriptoris verba adferens, nam accuratius vertit locos sacrae scripturae quos Irenaeus citavit quam Epiphanius, Theodoretus, Anastasius Sinaita in Irenaeo Graece laudando hos locos reddiderunt.[2] Origenis interpretes magnum locum implent, quippe qui soli tot libros servarint. Non est quod de aliis interpretibus Latinis fusius dicam, e. g. interprete Orsiesii Aegyptii et interprete Iacobi Nisibeni. Revertamur ad scriptores Latinos. Cyprianus, qui profuse prolixeque scripturas sacras laudavit, horrea posuit in usum virorum rei criticae peritorum,[3] praecipue enim e codice evoluto exscripserit necesse est. In Apocalypsim multum prosunt Victorinus, Tichonius vel Pseudo-Tichonius, Hieronymus, prae ceteris Primasius.[4] Satis erit hoc loco nominasse

[1] Nondum adsentiri possum opinioni vv. cll. Westcotti Hortiique, qui saeculi quarti esse volunt Irenaei interpretem.

[2] Cf Mt 1,18. Ad Ioh 1,1.3 (Massueti p. 191; Stierenii pp. 470. 471) descripserunt locum minus accurate. Anastasius habet in fine *οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν* contra interpretem Latinum; Irenaeus, quod nemo nescit, adsociavit *ὃ γέγονεν* versui qui sequitur; cf Stierenius, p. 470, adn. b.

[3] Cf supra e. g. codex reg Actuum, pp. 965.966, et liber Corsseni ibi citatus; vide etiam passim v. cl. Wordsworthii sociorumque eius *Old-Latin biblical texts. I—III*, Oxonii aa. 1883—1888.

[4] Hos omnes excussit v. cl. Iohannes Haussleiter (de Primasio vide infra catalogum), „Die Commentare des Victorinus, Tichonius, und Hieronymus zur Apokalypse. Eine literargeschichtliche Untersuchung" in actis *Zeitschrift für kirchliche Wissenschaft und kirchliches Leben*, Lipsiae a. 1886, num. 5, pp. 239—257; cf v. cl. Hugo Linke, *Studien zur Itala. 1. Die vorhieronymianische Ueberlieferung*

Hilarium,[1] Ambrosium, Augustinum, Pelagium, Fulgentium, Vigilium. Priscillianum,[2] quem vir doctissimus mihique amicissimus Georgius Schepps in lucem dedit, praetermittere coactus sum iisdem rationibus ductus, quibus *Διδαχὴν* iam praetermisi.

Quod ad scriptores Latinos adtinet hodie multum debemus viris iis doctissimis qui auspiciis Academiae Scientiarum Vindobonensis editiones novas lectionibus variis locupletatas instituunt. Attamen curae sit textum bene definire. Textui Cypriani inseruit primus v. cl. Hartelius lectiones multas veteres Latinas. Plus vero quam e re est, sequitur Hartelius codicem Sessorianum, qui e textu Cypriani bono processit, saepius tamen longius ab illo textu discessit. Cognitio textus biblici accuratior iudicium melius de testibus Cypriani praestitisset.

(7.) *De scriptoribus Syriacis, Aegyptiis, Armeniacis, ceteris.*

Hoc loco vix aliud quidquam ponere velim quam vota. Scriptores Graeci scientias et artes liberales in ecclesiae usum verterunt et traditionem paene totam in manibus habuerunt. Fieri vero vix potuit quin iam saeculis ecclesiae primis ex urbe Antiochia Graeco-Syriaca exiens scientia Christiana

der Offenbarung Iohannes [*Programma gymnasii urbani evangelici ad s. Elisabetham. Progr.* 1889. No. 164], Vratislaviae a. 1889.

[1] Cf v. cl. A. Zingerle, „Die lateinischen Bibelcitate bei S. Hilarius von Poitiers“ in actis *Kleine philologische Abhandlungen von A. Z. IV*, Oeniponti a. 1887, pp. 75—89.

[2] Schepps, *Priscillian, ein neuaufgefundener Lat. Schriftsteller des 4. Jahrhunderts. Vortrag*, Herbipoli a. 1886, cum facsimili, et „Die Sprache Priscillians“ in actis *Archiv für lateinische Lexikographie*, vol. 3, pp. 309—328, et in primis *Priscilliani quae supersunt maximam partem nuper detexit adiectis commentariis criticis et indicibus primus edidit* G. S. . . . . [*Corpus script. eccl. Lat.* vol. 18]. Vindobonae a. 1889; — item v. cl. Fridericus Paret, *Priscillianus, ein Reformator des 4. Jahrhunderts*, Herbipoli a. 1891, pp. VIII, 302.

Edessae, Nisibis multum proficeret. Immo vidimus in codicibus Syriacis nonnullis[1] theologos Syriacos rei criticae operam dedisse modo prorsus accurato, etiam minima curantes ad exemplum Iudaeorum. E talibus laboribus processerunt nisi fallor recensiones illae, quas viri doctissimi Westcottus Hortiusque Antiochiae medio saeculo tertio et quarto saeculo medio factas esse opinantur. Magnam testimoniorum silvam habet textus Novi Testamenti Syriacus. Utinam viri clarissimi Hallius, Gwynnius, Baethgenius, Gwilliamus vias per hanc silvam aperiant.

Christianos in Aegypto litteris etiam favisse certum est. Utrum vero quae pauca adhuc de eorum scriptis nobis adlata sunt magnum fructum datura sint necne futurum tempus diudicabit.

Aethiopia sine dubio nonnulla praebebit.

Multum, spero, nobis dabit ecclesia Armeniaca. Iam prius ab ecclesia Graeca separata, traditionem suam servavit. Bibliothecas magnas his annis coacervaverunt viri ecclesiae Armeniacae spectatissimi in urbe Etzshmiadzin. Iidem viri prospicunt hoc tempore instructioni eorum qui thesauros perscrutaturi et in usum ecclesiae excussuri in lucemque daturi sint.[2] De fructu disputari non potest. Satis sit recordari commentationem Ephraemi Syri in Tatiani Diatessaron Armeniace ante multos annos Venetiis typis impressam, apologiam Aristidis, acta Apollonii, traditionem de Aristione auctore versuum duodecim ultimorum evangelii Marci, his proximis diebus evulgatam, quam v. cl. F. C. Conybeare e codice Etzshmiadzensi hausit.[3]

[1] Vide supra, p. 815.

[2] Iam supra nominavi v. cl. archidiaconum Karapet (ter Mkrtzshian) qui Lipsiae a facultate philosophica rite gradum doctoris philosophia a accepit.

[3] Conybeare, *The Expositor*, Londinii (?) a. 1893, mense Octobri, pp. 241—254; cf v. cl. Adolfus Harnack, *Theologische Literaturzeitung*, Lipsiae a. 1893, 11 Nov., coll. 561—564.

2.

SCRIPTORES.

Lectorem non fuget Tischendorfium plus semel opera quae testimonium minime reiciendum praebent nominatim non laudasse, unde fit ut desiderentur horum librorum tituli in hoc catalogo.

Tischendorfius omisit saepius paginam cum scriptoris alicuius locum adtulit, si liber laudatus indicem habuit. Non est autem quod dicam indices editionum raro tam accurate quam opus est confectos esse. Burgonius indices in omnes vel in plerosque scriptores componere voluit vel iam composuit.[1]

A.

Acac: Acacius Monophthalmus, Eusebii discipulus, mortuo Eusebio episcopus Caesareae constitutus est anno 340, obiit anno circiter 366, scripsit inter alia *συμμίκτων ζητημάτων* libros sex. Laudatur ex catenis.

Act. Barnab.: acta Barnabae, vix ante Constantinum Magnum a. 275 scripta; recensio servata ante annum 478 comparata est; apud Tischendorfium, *Acta apostolorum apocrypha*, Lipsiae 1851, p. 64—74, vide etiam ibidem p. XXVI—XXXI; cf R. A. Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden, II, 2*, Brunsvigae a. 1887, pp. 270—320.

Acta conciliorum: cf editio Iohannis Harduini (e societate Iesu), Parisiis a. 1714, et Iohannis Dominici Mansi (* Luccae anno 1692, † anno 1769), *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*, Florentiae a. 1759 usque ad (Venetiis) a. 1788, tomos unum et triginta complectens.

ad 1 Co 8,6 citatur epistula Germani episcopi Constantinopoleos ad Thomam episcopum Claudiopoleos; cf Concilii oecumenici VII vel Nicaeni II actio quarta; apud Harduinum, Parisiis a. 1714, vol. 4, p. 253 e.

[1] Cf supra, p. 1137, adn. 1.

ad 1 Ti 3,16, p. 850, laudantur acta conc. Constantinop. 2, quae apud Harduinum, vol. 3, col. 84 inveniuntur.

ad 1 Io 5,7 citantur acta conc. Lateran. a. 1215, quae exstant apud Harduinum, vol. 7, coll. 17.18.

acta concilii Nicaeni; apud Mansium, vol. 2, col. 635 seq.

act martyr agap: acta sanctarum Agapes, Chioniae, Irenes, etc. apud Ruinartum, *Acta martyrum*, ed. Bernardus Baillie, Veronae a. 1731, p. 348 a.

Act ^{phil}: acta Philippi; apud Tischendorfium, *Acta apostolorum apocrypha*, Lipsiae 1851, p. 75—94 (104); vide quoque ibidem p. XXXI—XXXVIII (XL), cf R. A. Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten* . . . Brunsvigae aa. 1883—1890, cf index sub voce Philippus, pp. 229—231.

Act $^{pil\ a\ vel\ b}$: acta Pilati duplicis recensionis a et b apud Tischendorfium, *Evangelia apocrypha*, Lipsiae, ed. 1 (1853), p. 203—300; ed. 2 (1876), p. 210—322.

cod mon: codex Monacensis, vide ibidem, ed. 2, p. 241 et LXXI.

Acta Thomae: cf Tischendorfius, *Acta apostolorum apocrypha*, Lipsiae a. 1851, pp. LXIII—LXVIII et 190—234, et Ricardus Adalbertus Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten* . . . ubi vide indicem sub voce Thomas.

Adimant: Adimantus, saeculi tertii, unus ex Manetis (qui Manes anno 277 floruit) discipulis duodecim, in Africa plurimum habitans. Augustinus librum contra eius doctrinam scripsit, in quo libro verba multa Adimanti exstant; vide Aug.

Afric: Iulius Africanus, ortu fortasse Afer, vixit temporibus Heliogabali (218—222) et Alexandri Severi (222—235), Emmai in Palaestina totam fere vitam degit, urbem Heliogabalo favente instauravit eique nomen Nicopolim dedit, composuit libros quinque de chronographia; vide Smithium et Wacium, sub voce Africanus et v. cl. Adolfum Harnack, *Die Zeit des Ignatius* . . . Lipsiae a. 1878, et v. cl. Henricum Gelzer, *Sextus Iulius Africanus und die byzantinische Chronographie*, Lipsiae, pars 1 a. 1880, partis alterius fasc. 1 a. 1885. Laudatur ex Eusebio. Apud Gallandium, vol. 2, p. 337—376, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 10, coll. 63—94.

aristid: epistula ad Aristidem de domini genealogiis discrepantibus; apud Routhium, vol. 2, p. 228, apud Mignium, vol. 10, coll. 51; cf v. cl. Fridericus Spitta, *Brief des Iulius Africanus an Aristides*, Halae a. 1877.

Agapet: Agapetus, episcopus Romanus annis 535.536; epistulae eius quinque exstant apud Mansium, vol. 8, p. 856. 855. 848. 850. 921, apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 66, coll. 35—80.

Alex: Alexander episcopus Alexandrinus inde ab anno circiter 313 usque ad annum 326, Arii adversarius, scripsit epistulas nonnullas, ex quibus duae exstant, de Ariana haeresi deque Arii depositione; apud Gallandium, Venetiis 1788, vol. 4, p. 441—456, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 18, coll. 547—582.

Alex: Alexander, Photio auctore Lycopoli archiepiscopus, floruit saeculo fere quarto ineunte, scripsit tractatus de placitis Manichaeorum; apud Combefisium, *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672, pars altera, p. 3—21, apud Gallandium, Venetiis 1788, vol. 4, p. 71—88, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 18, coll. 411—448.

Amb: Ambrosius episcopus Mediolanensis inde ab anno 374 usque ad annum 397. Opera eius ediderunt monachi ordinis Benedictini congregationis S. Mauri, Parisiis a. 1686.1690, per duo volumina dispertita (huius editionis volumina ad vocabula singula adposui), Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 14—17 (a. 1845) Ballerinius. Paginae editionis Parisiensis notantur apud Mignium.

abel: de Abel et Cain libri duo (vol. 1, coll. 181—224).

abr *vel* abra *vel* abrah: de Abraham patriarcha libri duo (vol. 1, coll. 277—352).

apol dav: apologia prophetae David ad Theodosium Augustum anno 385 (vol. 1, coll. 673—734).

bened patri: de benedictionibus patriarcharum liber unus anno 387 (vol. 1, coll. 511—532).

bon mort: de bono mortis liber unus, anno 387 (vol. 1, coll. 383-414).

cain: *vide* abel

elia: de Elia et ieiunio liber unus (vol. 1, coll. 531—562).

ep *vel* epp *vel* epist: epistulae (vol. 2, coll. 733—1108).

exhort virg: exhortatio virginitatis (vol. 2, coll. 275—302).

fid: de fide ad Gratianum Augustum libri quinque anno 377 inchoati, absoluti anno 379 (vol. 2, coll. 439—596).

fid res *vel* resurr: de excessu fratris Satyri libri duo, quorum alter de fide resurrectionis vocatur (vol. 2, coll. 1109—1170).

fug *vel* fug saec: de fuga saeculi liber unus paulo post annum 387 scriptus (vol. 1, coll. 415—440).

hex *vel* hexa: in hexaemeron libri sex, anno 389 scripti (vol. 1, coll. 1—142).

iacob: de Iacob et beata vita libri duo (vol. 1, coll. 439—480).

incarn: sermo de incarnationis dominicae sacramento, anno circiter 382 (vol. 2, coll. 699—730).

inst virg: de virginis instituione ad Eusebium liber unus *vel* sermo de virginitate perpetua S. Mariae (vol. 2, coll. 247—274).

interp *vel* interp iob *vel* interp dav *vel* interpell dav: de interpellatione Iob et Davidis libri quattuor (vol. 1, coll. 621—672).

ios *vel* ioseph: de Iosepho patriarcha liber unus (vol. 1, coll. 479—510).

isaac: de Isaac et anima liber unus (vol. 1, coll. 353—384).

laps virg [*ex errore* virgg]: de lapsu virginis consecratae (vol. 2, coll. 301—320).

lib de sacram: *vide* sacram.

luc: commentariorum in evangelium secundum Lucam libri decem anno 386 (vol. 1, coll. 1257—1544).

myst: de mysteriis, *sive* de iis qui mysteriis initiantur liber unus, anno 387 (vol. 2, coll. 319—342); nonnulli negant hunc librum Ambrosii esse. Oudinus, *Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis*, Lipsiae a. 1722, vol. 1, coll. 1827—1920, vindicat librum hunc de mysteriis et libros sex de sacramentis Ambrosio Caturcensi Galliarum episcopo, saeculi octavi desinentis, et eos edit, coll. 1861—1920, sub titulo hoc: sermones seu tractatus septem de sacramentis. Utrumque opus non multo post Ambrosii tempus, nec longe a Mediolano exstitisse videtur.

noe: de Noe et arca liber imperfectus (vol. 1, coll. 225—278).

obi theod *vel* obit theodos: oratio de obitu Theodosii imperatoris, anno 395 habita (vol. 2, coll. 1195—1214).

obit valent: de obitu Valentiniani consolatio (vol. 2, coll. 1171—1196).

off *vel* offic: de officiis ministrorum libri tres, anno circiter 391 scripti (vol. 2, coll. 1—142; vide quoque folium unum praepositum).

par: de paradiso liber unus paulo post annum 374 scriptus (vol. 1, coll. 143—182).

poenit: de paenitentia libri duo, anno circiter 384 scripti (vol. 2, coll. 385—440).

ps: enarrationes in Psalmos duodecim [1.35—40.43.45.47.48.61] (vol. 1, coll. 733—968); et expositio in Psalmum 118 (vol. 1, coll. 967—1258).

sacram: de sacramentis libri sex (vol. 2, coll. 341—386); vel Ambrosii vel alicuius discipuli eius; vide Sabatarium, vol. 1, p. XLVI; vide quoque supra *myst*

serm cont aux: sermo contra Auxentium de Basilicis tradendis, qui sermo in epistula 21 habetur (vol. 2, coll. 861—874).

siric: ad Lc 1,37 est epistula 42 (quam apud Gallandium, vol. 7, p. 542 invenies, cum titulo „rescriptum Ambrosii aliorumque

episcoporum ad Siricium papam") in editione Ambrosii operum Benedictina, vol. 2, col. 967 (ex errore autem habet epistula 41 quoque signum 42).

spi sa *vel* spir san: de Spiritu Sancto libri tres, anno circiter 381 scripti (vol. 2, coll. 595—700).

tob: de Tobia *sive* adversus foeneratores liber unus, anno 386 (vol. 1, coll. 587—622).

vidu *vel* vidui: de viduis liber unus (vol. 2, coll. 185—210).

virg *vel* virgin *vel* de virg: de virginitate liber unus (vol. 2, coll. 211—246).

virgg: de virginibus ad Marcellinam sororem suam, libri tres (vol. 2, coll. 141—184).

virgg col: ad Col 3,17, ex errore; Sabatarius scripsit *de virg. col.* 180 c., ubi *col* columnam significat: est *de virginibus*, in editione Benedictina vol. 2, col. 180 c.

virg devot: libellus ad virginem devotam (vol. 2, app. col. 365—368; in editione Migniana, vol. 17 (4), col. 580 c); vix Ambrosii est.

Amb $^{5\ saec}$: codex Ambrosianus bibliothecae Mediolanensis, versionis Veteris Testamenti Graecae LXX, saeculi fortasse quinti, continens partem maiorem Pentateuchi et librum Iosuae; editus est a v. cl. A. M. Ceriani in libro *Monumenta sacra et profana ex codicibus praesertim bibliothecae Ambrosianae*, tom. 3 (Mediolani a. 1864 [—1871]), cuius tomi titulus est *Pentateuchi et Iosue quae ex prima scriptura supersunt in codice Ambrosiano Graeco seculi fere V.*

Ambrst: Ambrosiaster seu Pseudo-Ambrosius, fortasse Faustinus (cf infra Faust) presbyter Romanus qui post medium saeculum quartum floruit, scripsit vel consarcinavit librum: commentaria in tredecim epistulas beati Pauli (unde 2 cor, eph), operibus Ambrosii consociatum; in editione Benedictina, vol. 2 append. coll. 21—318, apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 17, 45—508; et Ballerinium. Cf de Ambrst v. cl. Iosephus Langen, *De commentariorum in epistolas Paulinas qui Ambrosii et quaestionum biblicarum quae Augustini nomine feruntur scriptore dissertatio* [libellus academicus in diem 3 Augusti a. 1880], Bonnae. a pp. 44 in 4.

rom: editio Romana a. 1580.1588, 5 tom. fol.

ven: editio Veneta 1748—1751 in 4 tom. fol.; 1781.1782 in 8 tom. 4°. Videtur textus editionis Venetae idem fere esse atque textus editionis Parisiensis.

Amm *vel* Ammon: Ammonius; huius nominis duo distinguendi sunt: (1.) Ammonius philosophus Alexandrinus qui anno 220 floruit.

Ammonio huic adscribuntur canones, quos Ammonianos dicunt, quos autem, post Lloydium et Westcottum, Iohannes Guilelmus Burgonius *(The last twelve verses of the gospel according to S. Mark*, Oxoniae a. 1871, p. 126—132, 295—311) recte docet Eusebio ipsi adtribuendos esse. Ammonius consarcinavit quattuor evangeliorum harmoniam diatessaron seu monotessaron, quod opus iure a Cavio et Tischendorfio in monotessaro a Victore Capuano olim Tatiano adscripto agnoscitur (vide Gallandium, vol. 2, p. 546—604), iam dudum periit. De Ammonio hoc vide Cavium, vol. 1, p. 109seq.; confer apparatum criticum ad Mc 6,11 Io 1,36.

(2.) Ammonius, presbyter et oeconomus Alexandrinus, qui anno 458 claruit. Tischendorfius in editione sua septima Novi Testamenti, Alfordio et Scrivenero ut videtur consentientibus, Ammonium hunc multo iuniorem cum praecedente confudit. Hic Ammonius iunior ex catenis citatur, unde Amm^{cat}, confer quoque Amm^{presb} in apparatu critico ad Io 7,53 sqq. p. 827, et ad Act 5,41; vide Cramerum, vol. 2, p. iv seqq.; Cavium, vol. 1, p. 445 seq.; Wetstenium, *N. T. Gr.*, Amstelaedami a. 1751, vol. 1, proll. p. 76; Smithium, *Dictionary of Greek and Roman biography*, Londinii 1849, vol. 1, p. 145. Quod mireris, deest Ammonius uterque in libro: Smith and Wace, *Dictionary of Christian biography*, Londinii 1877, vol. 1. Fragmenta Ammoniana exhibet Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 85, coll. 1361—1610.

Amphil *vel* Amphiloc *vel* Amphiloch: Amphilochius, Iconii episcopus, floruit anno 370; opera edidit Franciscus Combefisius, Parisiis a. 1644, fol., et Gallandius, vol. 6, p. 457—514, et Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 39, coll. (9) 35—130.

iambi ad Seleucum: epistula iambis scripta ad Seleucum, olim Gregorio Nazianzeno adscripta.

Anast^{anti} *vel* ^{antioch}: Anastasius, fortasse monachus Sinaiticus, Antiochiae episcopus inde ab anno 559, sede depulsus anno 570, ut Aphthartodocetis vel Incorrupticolis inimicus, restitutus anno 593, mortuus est anno 598; ei successit Anastasius, forsan hic quoque monachus Sinaiticus, qui mortuus est anno 610. Anastasio Antiocheno tribuuntur orationes quinque, dubii auctoris dubiae aetatis, quae exstant Latine apud Canisium: *Lectiones antiquae*, ed. Basnag., Antverpiae a. 1725, vol. 1, p. 428—464, additis „sermonibus quattuor" apud Gallandium, vol. 12, p. 233—257, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 89, coll. 1309—1362. Conferendus est de Anastasiis Oudinus, vol. 1, coll. 1479—1492 et 1663—1666; Cavius, vol. 1, p. 531.550.599; Edmundus Venables, apud *Smith and Wace*, vol. 1, p. 109.110. Oudinus cum Cavio arbitratur

tres Anastasios monachos Sinaiticos patriarchas Antiochenos annis 561 [recte 559], 599, circiter 685 exstitisse; Edmundus Venables existimat priores duos patriarchas Antiochenos fuisse, nunquam monachos Sinaiticos, tertium monachum Sinaiticum fuisse, nunquam patriarcham, sed non exposuit cur traditionem coniunctionis intimae inter Antiochiam et monasterium Sinaiticum respueremus. Litem autem lite resolvere nolumus, nec loci huius est plus addere. Lectori cauto Anastasii hi omnes cum libris suis incertissimi sint. Confer I. B. Kumpfmüller, *De Anastasio Sinaita*, Wirceburgi a. 1865, et recensionem Steitzii, *Jahrbücher für Deutsche Theologie*, vol. 13, p. 526—532.

Anast: Anastasius Sinaita, monasterii in Sinai monte monachus, fortasse etiam Antiochiae archiepiscopus vel patriarcha, scripsit inter annos 677 et 686; saepe cum aliis eiusdem nominis permutatus est; vide supra ad Anast[anti].

hodeg: *ὁδηγός* vel dux viae adversus Acephalos, Severianos, et Theodotianos, unam tantum in Christo naturam admittentes; editus Graece et Latine a Gretsero, Ingolstadii a. 1606, et apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 89, coll. 35—310.

quae *vel* quaest: quaestiones et responsiones 154 de variis argumentis in S. Scripturam; editae Graece et Latine a Gretsero, Ingolstadii a. 1617; Latine in *Bibliotheca patrum Lugdunensi*, vol. 19, p. 808 seq.; Graece et Latine apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 89, coll. 311—824. Tischendorfius exscripsit fragmentum ex codice Coislinensi, *Anecdota sacra et profana*, Lipsiae a. 1855, p. 120 s. Vide quoque librum Maii: *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1825, vol. 1, p. 369—376 et MPG. vol. 89, coll. 825—1202.

Anastas[abbas]: Anastasius monasterii S. Euthymii in Palaestina abbas, claruit a. 749 (alii dicunt a. 875). Librum contra Iudaeos ei adscriptum ediderunt Canisius, *Lectiones antiquae*, tom. 3, pars 1, p. 123, edit. nov. tom. 2, pars 3, p. 9—48, Maius, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 7 (a. 1833), p. 207—244, Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 89, coll. 1203—1288. Fabricius nolit librum Anastasii huius esse, quod scriptor diserte dicit plus octingentos annos defluxisse a deletis Hierosolymis.

And: Andreas Caesareae episcopus, saeculi fortasse quinti exeuntis, cuius liber *Ἑρμηνεία εἰσ τὴν Ἀποκάλυψιν* primus commentarius Graecus in Apocalypsim videtur fuisse. Hunc commentarium edidit Fridericus Sylburgius, supplementum editionis commentarii Chrysostomi in epistulas Paulinas [Heidelbergae] anno 1596, fol., et Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 106, coll. (199) 207—486, repetitum

ex Sylburgio. De Andrea et de commentarii codicibus cf Franciscus Delitzsch, *Handschriftliche Funde*, Lipsiae a. 1861, fasc. 1, p. 10, Lipsiae a. 1862, fasc. 2, p. 29—44; — Rettigius, „Die Zeugnisse des Andreas und Arethas . . . " in actis *Theologische Studien und Kritiken*, Hamburgi a. 1831, p. 734; — v. cl. Welte, sub voce „Andreas" in fasciculo supplementario lexici ecclesiastici.

a: codex Augustanus, nunc Monacensis Graec. 544, saec. XIV, cuius lectiones apud Sylburgium in appendice adnotantur; cf Delitzsch. 2, p. 31—34.

bav: codex Bavaricus, nunc Monacensis Graec. 23, saec. XVI, apud Sylburgium; cf Delitzsch. 2, p. 38.39.

c: codex Coislinianus 224, saec. X, quem Tischendorfius ipse contulit. Cramerus hoc codice in edenda catena usus est, textum autem optimum fere totum neglexit; cf Delitzsch. 2, p. 40—42.

p: codex Palatinus, nunc Vaticanus 346, saec. XV, ex quo editio Sylburgii hausta est; cf Delitzsch. 2, p. 29.43.44.

Tischendorfius anno 1859 codicem alium Andreae, saec. XV, Petropolim detulit, *Notitia* etc, Lipsiae a. 1860, p. 60, num. 7.

And ^{cre} *vel* ^{cret}: Andreas, natu Damascenus, monachus Hierosolymitanus, archiepiscopus Cretensis, floruit anno circiter 850 (alii volunt 635—680). Opera eius edidit Combefisius, Parisiis a. 1644, fol. Tischendorfius eum laudat ex Gallandio, vol. 13, p. 93—184. Mignius opera eius edidit, *Patrol. Gr.* vol. 97, coll. (789) 805—1444. De aetate eius vide Oudini argumenta, vol. 1, coll. 174—188, et v. cl. Edmundi Venables coniecturam apud *Smith and Wace*, vol. 1, p. 111.112.

Anonym ^{aug} *vel* ^{august}: est anonymi expositio in Apocalypsim, in Augustini operibus, edit. Benedictin. Parisiis 1700, vol. 3, part. 2, append. p. 143; ed. Paris. alt. a. 1837, vol. 3, pars 2, coll. 3107—3160, apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 3, pars 2, coll. 2417—2452.

Anonym ^{laps}: anonymi tractatus ad Novatianum haereticum (cir. A. D. 255): quod lapsis spes veniae non est deneganda; apud Gallandium, vol. 3, p. 371—376, apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 3, coll. (1203) 1205—18.

Ansb *vel* Ansbert: Ambrosius Ansbertus (Ansebertus, Autbertus, Autpertus, Amalbertus) episcopus Augustodunensis post medium saeculum octavum, cui adscriptus est commentarium in Apocalypsim, in appendice voluminis alterius editionis Parisini vel Benedictini operum Ambrosii Mediolanensis, coll. (497) 499—590, et apud Mignium, *PL*, vol. 17, coll. (763) 765—970. Ipse auctor vero se Berengandus nominat.

Antio *vel* Antioch: Antiochus S. Sabae monasterii monachus claruit anno 614.

hom: *πανδέκτης τῆς ἁγίας γραφῆς;* liber ex 130 homiliis; apud Fronto-Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 1019—1252, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 89, coll. (1411) 1415—1856.

Antitact: Antitactae, nomen a Clemente Alexandrino haereticis paucis datum; vide *Smith and Wace*, vol. 1, p. 123.124.

Ant *vel* Anto *vel* Anton: Antonius Melissa (nomen Melissae est nisi fallor re vera titulus libri eius) incerti saeculi (Cavius a. circ. 1140; Oudinus saec. VIII; cf Grässe, *Allgemeine Literärgeschichte*, Dresd. et Lips., vol. 2, pars 1, p. 235 f). Tischendorfius citat Antonium ut videtur ex editione Gesneri, Turici a. 1546, et ex Wetstenio qui editione Antonii et Maximi (Confessoris), unde „Anton et Maxim", usus est, quae Stobaeo anni 1609 subiuncta est. Utraque citatio numerum non paginae sed „sermonis" dat.

Apell: Apelles Gnosticus Marcionis discipulus claruit Alexandriae anno 188. Apud Hippolytum, vide Hipp^{phil}.

Aphraates: Iacobus Aphraates (Aphrahat, Farhad) episcopus in monasterio Mar Matthaei prope Mossul scripsit inter annos 337 et 345 et postea sine dubio. Homiliae eius exstant Syriace. *Homilies of Aphraates*, Syriace edidit Guilelmus Wright, Londinii anno 1869. Versio anglica adhuc desideratur. Ex his viginti duo homiliis exstant undeviginti Armenice sub nomine Iacobi Nisibeni, quas N. Antonellius, Romae a. 1756, edidit, Gallandius vero, vol. 5, pp. I—CLXIV, iterum typis mandavit. Has laudat Tischendorfius sub nomine Iac^{nisib}. Cf v. cl. Schönfelder, „Aus und über Aphraates" in actis *Theologische Quartalschrift*, Tubingae vol. 6, pp. 195—206. v. cl. Gustavus Bickell, *Ausgewählte Schriften der syrischen Kirchenväter* [*Bibliothek der Kirchenväter*], Kempteniae a. 1874, pp. 7—151; cf v. cl. Georgius Bert, *Aphrahat's, des persischen Weisen, Homilien. Aus dem Syrischen übersetzt und erläutert* [Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen.* III, 3.4], Lipsiae a. 1888.

Apollin: Apollinarius nomen duorum theologorum, patris Alexandriae nati saeculo quarto ineunte, post annum 335 presbyteri Laodicensis, filii episcopi Laodicensis, deinde haeretici, qui anno circiter 392 supremum diem obiit. Filius metaphrasim psalmorum scripsit. Laudatur ex catenis.

ps: metaphrasis psalmorum; apud Gallandium, vol. 5, p. 357—457, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 33, coll. (1309) 1313—1538.

Apollon: Apollonius ignotae patriae scripsit fortasse anno circiter 210 librum contra Cataphrygas. Testimonium eius de apocalypsi Iohannis offert Eusebius, *Historia ecclesiastica*, lib. 5, cap. 18, par. 14; vide etiam Gallandium, vol. 2, p. 199.200, et Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 5, coll. (1375) 1381—1386.

App: incertus sum utrum a Tischendorfio laudatus sit Aponius vel Apponius, scriptor Latinus qui saeculo sexto medio vel septimo exeunte floruit et commentarium in Cantica Canticorum scripsit in quo multae citationes ex Novo Testamento inveniuntur; *Bibliotheca maxima patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 14, p. 98 ss libros 1—6 praebet, quibus Maius, *Spicilegium Romanum*, Romae 1841, vol. 5, p. 1—85, libros 7—9 dimid addit. Cf etiam Grässe, *Allgemeine Literärgeschichte*, vol. 2, p. 257.

Apring: Apringius vel Aprigius, Pace Iulia in Hispania episcopus, qui claruit anno circiter 540, scripsit commentarium in Apocalypsim. Huius commentarii habuit I. L. Moshemius exemplar manu ex codice Hafniensi posthac incendio consumpto exscriptum, quo exemplari usus est I. A. Bengelius in libro *Fundamentum criseos Apocalypseos*, unde ut videtur Griesbachius et Scholzius lectiones hauserunt. Tischendorfius in editione septima Apringium semel e Griesbachio laudat. Codex multum interpolatus nihil nisi lectiones Hispanas Apocalypseos Latinae praebet neque Apringii auctoritate uti potest, ut docet ipse Bengelius; vide Bengelium, *Fundamentum criseos Apocalypseos*, XIV et XXII, 3, *Apparatus criticus ad Novum Testamentum*, ed. 2 a P. D. Burkio, Tubingae a. 1763, p. 494 et 501.

Arat: Arator, Ligusticus, post annum 541 subdiaconus Romae, anno circiter 544 historiae apostolicae ex Luca expressae libros duos carmine heroico scripsit; apud Gallandium, vol. 12, p. 93—115 (116), apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 68, coll. 81—252.

Archel: Archelaus, Chascarorum urbis in Mesopotamia episcopus, claruit anno circiter 278; apud Gallandium, vol. 3, p. 563—610, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 10, coll. (1405) 1429—1528.

disp: disputatio habita in Chascar civitate Mesopotamiae adversus Manetem; ediderunt Latine Zacagnius in suis *Collectaneis monumentorum veterum*, Romae anno 1698, et Fabricius in operibus Hippolyti, anno 1718. Routh, *Rell. Sacrae*, vol. 5, ed. 2 (Oxon. 1848), p. 3—206.

Are *vel* Areth *vel* Aretha: Arethas archiepiscopus Caesariensis claruit anno circiter 900 (cf I. C. T. de Otto, „Ueber das Zeitalter des Erzbischofs Arethas“ in actis *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, *XXI*, Lipsiae a. 1878, pp. 539.540, v. cl. Adolfus

Harnackius in libro, *Texte und Untersuchungen*, Lipsiae, a. 1883, vol. 1, pars 1.2, p. 36—46, et v. cl. Oscarus de Gebhardt, *ibidem*, pars 3, p. 154—196), catenam in Apocalypsim composuit, plurimis ex Andrea Caesareensi haustis. Exstat apud Cramerum, *Catenae* vol. 8 (Oxonii a. 1840), p. 171—582, ad cuius editionem textum contulit et emendavit Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 106, coll. (485) 493—783.

cod. barocc: codex Baroccianus a Cramero editus.

morell: editio a Morellio curata, post opera Oecumenii, Parisiis anno 1631, sine dubio ex editione Veronensi addita versione Latina.

veron: editio Veronensis ad calcem *Catenae Oecumenii*, anno 1532.

Ari: Arius presbyter Alexandrinus claruit inde ab anno 315, mortuus anno 336, Arianismi pater. Apud Epiphanium, *Panaria*, haer. 48 et 49 (68 et 69), ed. Oehler. Berolini a. 1860, vol. 1, part. 2, p. 568—731.

Arn *vel* Arnob: Arnobius Iunior, Gallus, presbyter, Semipelagianus, floruit anno fortasse 460.

de trin: Arnobii... et Serapionis, conflictus catholici cum Serapione de Deo trino et uno, *M. P. L.* vol. 53, coll. (237) 239—322.

Asterius: e catenis laudatus, est Asterius saeculi quarti medii, Arianus, qui teste Hieronymo commentarios in psalmos, in evangelia, in epistula ad Romanos scripsit.

Ath: Athanasius, natus Alexandriae anno circiter 296, episcopus Alexandrinus anno 328 (alii 326) constitutus est; quater exsul, anno 373 supremum diem obiit. Opera eius tomis duobus in tria volumina divisis, ediderunt monachi Benedictini ordinis S. Mauri, Parisiis anno 1698, quibus in Montefalconii libro *Collectio nova patrum* et aliis libris magnum supplementum accrevit; deinde omnia recusa sunt Patavii anno 1777. Usus est Tischendorfius editione Pataviensi, cuius paginae infra singulis titulis adduntur. Fragmenta exstant apud Gallandium, vol. 5, p. 159—241, apud Mignium, *P. G.* voll. 25—28.

contra Apollinarium libri duo, Apollinario mortuo, anno fortasse 372 scripti (vol. 1, p. 735—762).

ep. ad Castor: *vide* Pseudo-Ath

ep. ad Dracont: epistula ad Dracontium, anno circiter 354 scripta (vol. 1, p. 207—211).

epist festal: epistulae festales (ἑορταστικαί), quarum fragmenta exstant apud Cosmam Indicopleustem, *Topographia christiana*, lib. 10, p. 316—319; vide Athanasii opera edit. Patav. vol. 3, p. 78—81, et Gallandium, vol. 5, p. 217—219.

Epistulae hae editae sunt Syriace a Guilelmo Curetonio: *The festal letters of Athanasius*, Londinii anno 1848; editio Germanica a v. cl. F. Larsovio curata: *Die Festbriefe des heiligen Athanasius*, Lipsiae et Gottingae anno 1852; Syriace et Latine apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 6 (Romae 1853), p. 1—168.

frag mai: fragmentum vel in Lucae evangelium commentariorum excerpta apud Maium *Nov. patr. bibl.* vol. 2 (Romae 1844), p. 566—584.

luc: fragmenta commentariorum in Lucam ex catenis (vol. 3, p. 32—36).

ps: expositiones in psalmos, quorum textui in editione Pataviensi vulgato Tischendorfius parvam fidem habuit (vol. 1, p. 801—1002).

tri: liber de trinitate et spiritu sancto, antea Vigilio Tapsensi adscriptus, circa annum 365 scriptus (vol. 1, p. 773—783). Latine tantum; vix Athanasii est.

virg: *vide* Pseudo-Ath; est fortasse opus genuinum.

Athenag: Athenagoras philosophus Atheniensis claruit circa annum 177. In *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 50—104; apud [Prud. Maranum], *Iustini opera*, Parisiis a. 1742; Gallandium, vol. 2, p. 1—58; I. C. T. Ottonem, Ienae anno 1857. Cf v. cl. Eduardus Schwartz, *Athenagorae libellus pro Christianis. Oratio de resurrectione cadaverum* [Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen IV, 2*], Lipsiae a. 1891; cf v. cl. Adolfus Harnack, *Die Ueberlieferung der griechischen Apologeten des 2. Iahrhunderts . . .* [*Texte und Untersuchungen. I, 1.2*], Lipsiae a. 1882 [1883]. Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 6, coll. 890—1024.

leg *vel* lega: legatio sive supplicatio pro Christianis;

res: de resurrectione mortuorum.

auct de bapt: *vide* Ps-Bas

auct dupl mart: auctor libri de duplici martyrio ad Fortunatum, inter Cypriani opera editi apud Hartelium, *Cypriani opera*, Vindobonae anno 1871, pars 3, p. 220—247, et Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 4, coll. 881—906.

auct mans: auctor tractatus de XLII mansionibus filiorum Israel, saeculi fortasse octavi ineuntis (cf Sabatarius, vol. 1, p. LXII), in Ambrosii operum editione Benedictina, vol. 2, append. coll. 1—20; et apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 17, coll. 9—40.

auct novat: *vide ante* anonym laps

auctor prologi galeati in epistulas catholicas Pseudo-Hieronymiani,

saeculi saltem sexti, cf *Ranke, Cod. Fuldensis*, p. 399, et cf supra, vol. 2, p. 338 sub 1 Ioh 5,7; Hieronymi opera, ed. Vallarsius, vol. 10, p. 1057. Exstat in codice r saeculi sexti vel septimi, cf Zieglerus, *Italafragmente*, p. 4ss. 56.

auct sing cler *vel* cleri *vel* cleric: auctor libri de singularitate clericorum; apud Hartelium, *Cypriani opera*, pars 3 [*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum*, vol. 3, pars 3, append.], Vindobonae a. 1871, p. 173—220 (de auctoris aetate vide ibidem p. LXIV), et Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 4, coll. 835—870; in Opp. Aug. 6,625—634.

auctor Speculi: vide supra, p. 961, cod. m, et Weihrichii librum.

auct voc (*vel* voca *vel* vocat) gen *vel* gent: de vocatione omnium gentium libri duo, opus anonymum anno circiter 440 exaratum, saepe falso Prospero Aquitano adscriptum; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 17, coll. 1073—1152; de auctore cf coll. 639—648; ex incuria ut videtur prodiit hoc opus iterum apud Mignium, vol. 51, coll. 639—722.

Aug: Aurelius Augustinus episcopus Hipponensis, natus anno 354, obiit anno 430. Opera eius ediderunt monachi Benedictini ordinis S. Mauri, Parisiis a. 1679—1701, 11 voll. fol.; huius editionis volumina ad titulos singulos adposui; — editio Parisina altera, emendata et aucta, Paris. a. 1836—1839, 11 tomi in 17 partt. Prodierunt ap. Mign., *Patrol. Lat.* vol. 32—46 et suppl. vol. 47.

act fel (*vel* felic) *vel* act fel manich: de actis cum Felice Manichaeo, libri duo (vol. 8).

adim *vel* adima *vel* adimant: contra Adimantum Manichaei discipulum, liber unus (vol. 8). Cf v. cl. Iosephus Zycha, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum*, Vindobonae, vol. 25.

ad donat post coll: ad Donatistas post collationem, liber unus (vol. 9).

ad simpli: de diversis quaestionibus ad Simplicianum, libri duo (vol. 6).

advers leg *vel* adversar legis: contra adversarium legis et prophetarum, libri duo (vol. 8).

bon coniug: de bono coniugali, liber unus (vol. 6).

bon vidui *vel* viduit: de bono viduitatis, liber unus (vol. 6).

civ *vel* civit: de civitate Dei, libri viginti duo (vol. 7). Edidit v. cl. B. Dombartus, Lipsiae a. 1863.

coll carth: gesta collationis Carthaginensis (a. 411) inter Catholicos et Donatistas, § 242, *Collat. diei. iii.* apud Optatum *de schismate Donatistarum* lib. vii. ed. Dupinus, Antverpiae a. 1702, p. 312. Tischendorfius laudat ex Sabatario. Invenies

haec in editione Bened. prima, vol. 9, App. col. 63 D; Bened. sec. vol. 9, App. col. 1163 A; Mignii, vol. 43, col. 833.

conf *vel* confess: confessionum libri tredecim (vol. 1).

coniug adult: de coniugiis adulterinis, libri duo (vol. 6).

cons *vel* consens: de consensu evangelistarum, libri quattuor (vol. 3, part. 2).

cont adim: *vide* adim

contin: de continentia, liber unus (vol. 6).

contr crescon: *vide* crescon

contr ep mani *vel* manich: contra epistulam Manichaei quam vocant fundamentum, liber unus (vol. 8).

cont 2 ep pelag: contra duas epistulas Pelagianorum ad Bonifacium, libri quattuor (fol. 10).

contr faust: contra Faustum Manichaeum, libri triginta tres (vol. 8).

contr iulian: contra Iulianum haeresis Pelagianae defensorem, libri sex (vol. 10).

contr litt petil: contra litteras Petiliani Donatistae Cirtensis episcopi, libri tres (vol. 9).

cont maxim: contra Maximinum haereticum, Arianorum episcopum, libri duo (vol. 8).

cont mendac: contra mendacium, liber unus (vol. 6).

cont parm *vel* cont ep parmen: contra epistulam Parmeniani, libri tres (vol. 9).

corr et gr *vel* gra: de correptione et gratia ad Valentinum et cum illo monachos Adrumetinos (vol. 10).

crescon: contra Cresconium grammaticum partis Donati, libri quattuor (vol. 9).

de agone Christiano, liber unus (vol. 6).

de civ dei: *vide* civ

de octo quaest Dulcetii: de octo Dulcetii quaestionibus, liber unus (vol. 6).

deut *vel* deuter: quaestiones in Deuteronomium (vol. 3, part. 1, col. 415 f.).

de verb domini: sermones de verbis domini. Veri simile est Tischendorfium omnia *de verbis domini* e Wetstenio hausisse, qui editione Basileana anni 1569 usus est, ubi in unum conlecti sunt hi sermones, vol. 10, coll. 5—247. In editione Benedictina dispertiti sunt in genuinos, dubios, spurios, et cum aliis coniuncti. Cf „Sermonum ordo vetus," Sermones 1—65 „de verbis Domini" editioni Benedictinae primae praefixus; cf Sermonum index post praefationem vol. 5 ed.

Ben. — cf etiam in editione Benedictina secunda, vol. 5, pars 2, append. „Sermonum ordo novus" etc. (1.) „Sermones de scripturis," *passim*, e. g. serm. liv. lxi. lxix; — (2.) „Sermones dubii," serm. cccIxvii; — (3.) *Appendix*, „Sermones de scripturis," serm. lxxii. lxxv, alii.

de volunt dei: est „liber de praedestinatione et gratia qui intitulatur de Voluntate Dei," cf Augustini *Opera*, edit. Basil. a. 1569, vol. 7, coll. 1208—1221; ed. Bened. prima, vol. 10, Append. coll. 49—60; ed. Bened. secunda, vol. 10, pars 2, Append., pars prima, coll. 2269—2284; Migius, *Patrol. Lat.* vol. 45, coll. 1665—1678. Tischendorfius laudat sine dubio ex Wetstenio (cf Rom 5,12 9,19); in editionibus Benedictinis titulus „de Voluntate Dei" desideratur.

div quaes *vel* div quaest 1 simplic: de diversis quaestionibus ad Simplicianum, libri duo (vol. 6).

doct (*vel* doctr) chr *vel* doctri chri: de doctrina Christiana, libri quattuor (vol. 3, part. 1).

donat *vel* donatist: de baptismo contra Donatistas, libri septem (vol. 9).

enchir ad Laurent: enchiridion ad Laurentium sive de fide, spe, et charitate, liber unus (vol. 6).

ep *vel* epist: epistulae (vol. 2).

ep 149 ad paulin: epistula 149 ad Paulinum (vol. 2).

ep parme *vel* parmen: *vide* cont parm

exod *vel* exod quaest: quaestiones in Exodum (vol. 3, part. 1).

fid et oper: de fide et operibus, liber unus (vol. 6).

fortun: acta seu disputatio contra Fortunatum Manichaeum, liber unus anno 392 scriptus (vol. 8). Cf Zycha (ut ad adim).

gal *vel* galat: expositio epistulae ad Galatas, liber unus (vol. 3, part. 2).

gen *vel* genes ad litt: de Genesi ad litteram, libri duodecim (vol. 3, part. 1).

gest pelag: de gestis Pelagii ad Aurelium, liber unus (vol. 10).

gra *vel* grat et lib: de gratia et libero arbitrio ad Valentinum, et cum illo monachos Adrumetinos, liber unus (vol. 10).

ioh *vel* ioh ev *vel* ioh tract: in Iohannis evangelium, tractatus CXXIV (vol. 3, part. 2, coll. 207—602 [1 Ioh —656]).

iudic *vel* iudic quaest: quaestiones in iudices (vol. 3, part. 1).

iulian: *vide* contr iulian

leg et proph: contra adversarium legis et prophetarum, libri duo (vol. 8).

litt petil: *vide* contr litt petil

maximin: *vide* contr maxim

mendac: contra mendacium, liber unus (vol. 6).

mor eccl: de moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum, libri duo (vol. 1).

mor mani *vel* manich: *vide* mor eccl

nat boni: de natura boni contra Manichaeos, liber unus (vol. 8).

nat et gra: de natura et gratia contra Pelagium ad Timasium et Iacobum, liber unus (vol. 10).

nupt et conc: de nuptiis et concupiscentia ad Valerium, libri duo (vol. 10).

op imp *vel* op imp contr Iulian: contra secundam Iuliani responsionem, imperfectum opus sex libros complectens (vol. 10).

op mon: de opere monachorum, liber unus (vol. 6).

pecc merit: de peccatorum meritis et remissione, et de baptismo parvulorum ad Marcellinum, libri tres (vol. 10).

praed ss: de praedestinatione sanctorum ad Prosperum et Hilarium, liber unus (vol. 10).

ps: enarrationes in Psalmos (vol. 4).

qu *vel* quaest: *vide* quaest et cf liber v. cl. Iosephi Langen (ut supra, p. 1157, Ambrst).

qu [57] levit: quaestiones in Leviticum (vol. 3, part. 1).

quaest evv *vel* evang *vel* evgg: quaestionum evangeliorum, libri duo (vol. 3, part. 2).

quaest genes: quaestiones in Genesim (vol. 3, part. 1).

rom: epistulae ad Romanos inchoata expositio (vol. 3, part. 2, col. 673 seqq). Haec laudatur ad 1 Io 1,3.

: ad Ro 5,16 est (vol. 3, col. 660 d) expositio quarundam propositionum ex epistula ad Romanos, cap. XXIX.

serm: sermones (vol. 5).

serm dom: de sermone Domini in monte secundum Matthaeum, libri duo (vol. 3, part. 2).

spi *vel* spir et litt: de spiritu et littera ad Marcellinum, liber unus (vol. 10).

tract: in epistulam Iohannis ad Parthos, tractatus decem (vol. 3, part. 2).

tri: de trinitate, libri quindecim (vol. 8).

unit *vel* unit eccl: ad Catholicos epistula contra Donatistas, vulgo de unitate ecclesiae, liber unus (vol. 9).

util cred: de utilitate credendi, ad Honoratum, liber unus (vol. 8).

utilit ieiun: de utilitate ieiunii, tractatus unus (vol. 6).

vera relig: de vera religione, liber unus (vol. 1).

virgin: de sancta virginitate, liber unus (vol. 6).

Avit: Alcimus Ecdicius Avitus, archiepiscopus Viennensis, natus anno circiter 450, mortuus est anno 523(526?). Cf v. cl. Henricus Denkinger, *Alcimus Ecdicius Avitus* ... Genevae a. 1890. Apud Gallandium, vol. 10, p. 697—800; Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 59, coll. 323—398; v. cl. Rudolfum Peiper, *Al. Ecd. Aviti* ... *opera* [*Monumenta Germaniae historica. VI, 2*], Berolini a. 1883.

B.

Bar Hebraeus: Gregorius Bar Hebraeus sive Abulpharagius, anno 1226 Melitinae in Mesopotamia natus est filius Aaron medici, unde cognomen Bar Hebraei accepit. „Annum aetatis vicesimum agens, Gubae in Mesopotamia ab Ignatio Syrorum Iacobitarum patriarcha, episcopus consecratur, et paulo post ad ecclesiam Lacabenae prope urbem Melitinam, mox ad episcopatum Aleppi in Syria translatus, ab altero Ignatio Iacobitarum patriarcha obtinuit dignitatem Maphriani, seu Primatus Orientis, hoc est Chaldaeae, et Assyriae, nec non extremarum Mesopotamiae partium, quae Antiochenae Iacobitarum sedi obediunt.“ Mortuus est die 30 Iulii a. 1286. Monophysiticae sectae addictus fuit. De operibus eius cf Steph. Evod. Assemani, *Biblioth. Medic. Laurent. et Palatin. codd. MSS. orient. catal.* Florentiae a. 1742, p. 101—112; apud Assemanum, vol. 2, p. 244b—321 [463a].

barn *vel* barnab: Barnabae epistula inter annos 71—132 scripta. Apud Dresselium: *Patrum apostolicorum opera*, ed. 2, Lipsiae anno 1863. Vide hodie Gebhardtium, Harnackium, Zahnium, *Patrum apostolicorum opera*, fasc. 1, pars 2, ed. 2, Lipsiae 1878.

bars *vel* barsa *vel* barsalib: Dionysius (primum Iacobus dictus) Barsalibaeus, Syrus, Iacobita, archiepiscopus Amedensis, mortuus est anno 1171; apud Assemanum, vol. 2, p. 156a—211b; vide etiam ad Io 7,52 seq. ibidem, p. 53a. Cf v. cl. Iohannes Gwynn, *Hermathena*, Dublinii, vol. 6, p. 397—418 et vol. 7, p. 145.

Basilid: Basilides, Gnosticorum sectae conditor, Alexandrinus, claruit Adriani tempore, annis 117—138, fortasse etiam Antonini Pii. Apud Epiphanium et Hippolytum, vide Epiph et Hipp phil.

Bas: Basilius Magnus, episcopus Caesareensis, natus anno 329, mortuus anno 379. Operum eius editionem Benedictinam curavit Iulianus Garnerius, Parisiis annis 1721—1730, 3 voll. fol.; huius editionem volumina ad titulos singulos adposui.

bapt *vel* auct de bapt: *vide* Ps-Bas (vol. 2, append. p. 624—673).

constitt: constitutiones monasticae (vol. 2, p. 533—582).

ep *vel* epp: epistulae (vol. 3, p. 69—467).

ep ad Amphil: epistula ad Amphilochium, ad Mt 24,36 laudata, est epistula 236, ante citata.

eth: ethica *vide* mor

euno *vel* eunom: libri quinque quibus Eunomii apologeticus evertitur (vol. 1, p. 205—322).

garn: est Garnerii editio ante laudata.

hex *vel* hexa: homiliae novem in hexaemeron (vol. 1, p. 1—88).

lib arb: sermo de libero arbitrio (vol. 2, append. p. 613—616).

mon *vel* mona *vel* monast: constitutiones monasticae (vol. 2, p. 533—582).

mor: moralia (vol. 2, p. 230—323).

reg brev: regulae brevius tractatae (vol. 2, p. 401—532).

reg fus: regulae fusius tractatae (vol. 2, p. 327—401).

regg: *vide* reg brev *et* reg fus

spir *vel* de spir sanct: liber de spiritu sancto ad S. Amphilochium Iconii episcopum (vol. 3, p. 1—68).

virg *vel* virgin: homilia seu epistula ad virginem lapsam (vol. 2, p. 740—742).

Bas se *vel* sel *vel* seleu *vel* seleuc: Basilius metropolita Seleucensis, claruit anno 448; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 85, coll. 9—618.

or *vel* orat: orationes; prodierunt Lugduni Batavorum a. 1596, duobus voluminibus; Latine Claudio Dausqueio interprete Lugduni Batavorum a. 1604; in *Bibliotheca patrum Coloniensi*, tom. V et *Lugdunensi*, tom. VIII, p. 428, a. 1677; Graeco-Latine, cura Ioannis Zonarae, Parisiis a. 1622, fol. ad calcem Gregorii Thaumaturgi; ad Act 2,47 laudantur caput et pagina.

Bed *vel* Bede: Baeda Venerabilis, Anglicus, natus anno 672, mortuus est anno 785. Opera eius ediderunt Basilius Iohannes Herold Basileae a. 1563 tomis octo (Coloniae Agrippinae a. 1688 tomis octo), et I. A. Gilesius, Londinii anno 1843 duodecim voluminibus, et Mignius, *Patrologia Latina*, voll. 90—95; editionem a Mayoro et Lumbeio editam non vidi.

retr *vel* retra *vel* retract: retractationes et quaestiones in acta apostolorum.

Bryennius: Iosephus Bryennius, Constantinopolitanus, monachus, claruit anno 1420.

orationes duodeviginti de divinissima Trinitate.

C.

Caelest: Caelestinus episcopus Romanus annis 422—(Cavius 423) 432. Apud Gallandium, vol. 9, p. 285—346.

ep ad synod Eph: epistula ad synodum Ephesinam anno 431 habitam. Apud Gallandium, vol. 9, p. 324—327.

Caes *vel* Caesar: Caesario Nazianzeno, Gregorii Nazianzeni fratri, nato anno circiter 330, mortuo anno 368, sine causa tribuerant editores dialogos qui sequuntur.

dial: dialogi quattuor quibus continentur explicationes quarundam quaestionum de rebus gravibus. Apud Frontonem-Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 545—724; et apud Gallandium, vol. 6, p. 3—152; et apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 38, coll. 851—1190.

Caius, vide infra Gaius

Callist: Callistus, primum Sabelli amicus, posthac haeresim sibi propriam coluit, si Hippolyto fidem habeamus, episcopus Romanus annis 218—223.

hipp: apud Hippolytum (vide Hipp phil) Callisti adversarium.

Can *vel* canon apost: canones apostolici. Apud Cotelerium, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 424—478; vide etiam vol. 2, append. p. 1—182; Gallandium, vol. 3, p. 237—248; edidit Herm. Theod. Brunsius, quem Tischendorfius secutus est, *Canones apostolorum et conciliorum veterum selecti* (titulum habet etiam *Bibliotheca ecclesiastica*, vol. 1, item *Can. ap. et conc. saeculorum IV. V. VI. VII.*), Berolini, a. 1839, pars 1, p. 1—13.

canon murat: fragmentum Muratorianum saeculi secundi (alii saeculi tertii) in quo canon quidam qui dicitur Novi Testamenti librorum exponitur. Apud Gallandium, vol. 2, p. 208; apud Routhium, vol. 1, p. 989—434. Edidit Samuel Prideaux Tregellesius, Oxonii anno 1867, v. cl. B. F. Westcottus, *A general survey of the history of the canon of the New Testament*, ed. 5, Cantabrigiae et Londinii a. 1881, pp. 211—220 et 521—538, v. cl. Adolfus Harnackius *Zeitschrift für Kirchengeschichte* (1879), vol. 3, p. 595.596; cf disquisitionem eius in eodem volumine, p. 358—408.

Capr: Capreolus episcopus Carthaginiensis floruit anno 431. Apud Sirmondium, *Opera varia*, Parisiis a. 1696, vol. 1, col. 333 sq.; apud Gallandium, vol. 9, p. 490—496; apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 53, coll. 843—858. Vide Ziegleri librum: *Itala-fragmente der paulinischen Briefe*, Marburgi a. 1876, p. 26 seqq.

Carpoc: Carpocras, vel auctore Irenaeo Carpocrates, Gnosticus vel Pseudo-Gnosticus Alexandrinus saeculo secundo ineunte. Apud Epiphanium, *Panaria*, lib. 1, tom. 2, haer. 27.

Cass: Iohannes Cassianus natu Gallus, parentibus Romanis, Orientem ante annum 385 visit, mortuus est anno circiter 435. Opera

omnia edidit denuo Alardus Gazaeus Francofurti anno 1722; iterum typis expressa est haec editio in *Magna bibliotheca veterum patrum* Coloniae Agrippinae a. 1618, tom. 5, pars 2 et separatim Parisiis anno 1846. Apud Mignium, *Patr. Lat.* voll. 49.50. Vide v. cl. Michaelem Petschenig, *Iohannis Cassiani opera. I. II.* [*Corpus scrr. eccl.* Latt. voll. 17 et 13], Vindobonae a. 1888 et 1886.

Cassiod: Magnus Aurelius Cassiodorius, Senator, Italus, natus anno circiter 480 (alii 470), praefectus, patricius, consul, denique abbas Squillacensis, mortuus est anno circiter 575 (alii 565). Vide Teuffelium: *Geschichte der römischen Literatur*, ed. 3, Lipsiae a. 1875, p. 1144. Apud Garetium, Rotomagi a. 1679; Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 69, col. 421, usque ad finem voluminis 70.

compl *vel* complex: complexiones de quibus scripsit: „post complexiones in epistulis apostolorum et actibus apostolorum et apocalypsi quas brevissimas explanationes decursas ad amantissimos orthographos discutiendos anno aetatis meae nonagesimo tertio (circa annum 572) perveni". Maffaeus edidit Florentiae a. 1721, Samuel Chandler Rotterodami a. 1723. Apud Mignium, vol. 70, coll. 1321—1418.

institut: liber de institutione divinarum litterarum, anno circiter 544 scriptus. Apud Mignium, vol. 70, coll. 1105—1150.

ro *vel* rom: *vide* compl

ps: expositio in psalterium. Apud Mignium, vol. 70, coll. 8—1056.

nescio quid sibi velit numerus Cass [110] ad 1 Pe 1,3; apud Mignium est locus vol. 70, col. 1363 b.

cat: est Crameri liber, *Catenae Graecorum patrum in Novum Testamentum*, Oxonii a. 1840, qui octo volumina complectitur, 8°. Quoties *cat* sic simpliciter ponitur, designatur catenae particula eaque „ad locum" ut dicitur scripta; quoties vero catena ex alio scripturae sacrae loco in testimonium vocatur, nomen libri in quo suum habet locum etiam indicatur. Exempli gratia *cat eph* in apparatu ad 1 Co 3,17 invenimus.

cat cord: Balthasar Corderius, Antverpianus e societate Iesu, edidit librum: *Catena patrum Graecorum in sanctum Ioannem ex antiquissimo Graeco codice MS. nunc primum in lucem edita* . . . Antverpiae a. 1630. Vide quoque post, sub voce cat poss, titulum alterius catenae in Matthaeum. Wetstenius in prolegomenis ad editionem suam Novi Testamenti Graeci, p. 79, dicit de Corderio: „videtur autem in textu exhibendo magis secutus codices typis editos quam lectionem MS. sui codicis". Latine tantum prodiit liber: *Catena sexaginta quinque Graecorum patrum in s. Lucam* . . . a Balthasare Corderio, Antverpiae a. 1628.

cat mosq: Victoris Antiocheni catena in Marcum, a C. F. Matthaeio, Mosquae a. 1775 edita, duobus voluminibus comprehensa.

cat mai: *συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰσ τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον*, apud Maium, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1837, vol. 9, p. 626—724.

cat niceph: catena Nicephori, edita a Gregorio Ghikas, sub titulo *Σειρὰ ἑνὸσ καὶ πεντήκοντα ὑπομνηματιστῶν εἰσ τὴν ὀκτάτευχον καὶ τὰ τῶν βασιλειῶν ἤδη πρῶτον τύποισ ἐκδοθεῖσα κ. τ. λ. ἐν Λειψίᾳ· ,αψοβ΄*, et *ογ΄* in duobus voluminibus.

cat oxon: *vide* cat

cat poss: Petrus Possinus, e societate Iesu, edidit catenam vel catenas in Matthaeum, *Symbolarum in Matthaeum tomus prior exhibens catenam* . . . Tolosae a. 1646, *tomus alter* quo continetur catena patrum Graecorum triginta collectore Niceta episcopo Serrarum interprete Balthasare Corderio . . . Tolosae a. 1647 — et catenam in Marcum, *Catena Graecorum patrum in evangelium secundum Marcum* . . . *Accessere collationes Graeci contextus* [vide *Caryophil* infra in indice rer. et pers.] . . . Romae a. 1673.

cat vat: *vide* cat mai

Cedren: Georgius Cedrenus monachus Graecus floruit anno 1075, scripsit: Annales sive compendium historiarum ab orbe condito usque ad Isacii Comneni tempora annumque Christi 1057. Edidit hunc librum Guilelmus Xylander, Basileae a. 1566, deinde Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 121.122.

Celsus: scripsit librum *ἀληθὴσ λόγοσ* dictum anno circiter 178; libri huius fragmenta inveniuntur apud Origenem, *Contra Celsum;* vide Keimium: *Celsus' Wahres Wort, älteste Streitschrift antiker Weltanschauung* etc. Turici a. 1873.

Cereal: Cerealis Afer episcopus Castulensis claruit anno 487.

maximin: libellus contra Maximinum Arianum; in libro *Antidotum contra diversas omnium fere saeculorum haereses*, Basileae a. 1528, fol. 226a—230a; ad Act 4,25, fol. 228a; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 58, pp. 755—768.

Chrom *vel* Chroma: Chromatius episcopus Aquileiensis floruit anno 402.

matth: tractatus octodecim in Matthaei evangelium; apud Gallandium, vol. 8, p. 331—352.

Chron: Chronicon paschale (prius Alexandrinum dictum) ab auctore anonymo, qui anno 630 floruit, scriptum. Hoc ediderunt Carolus du Fresnius (Ducangius), Parisiis anno 1689, et Ludovicus Dindorfius, Bonnae anno 1832, 2 voll.

Chronic Alex: *vide* Chron

Chrysocephal: *vide* Macar

Chr *vel* Chrys: Ioannes Chrysostomus natus Antiochiae anno circiter 347, anno 381 diaconus Antiochenus constitutus, anno 386 presbyter Antiochenus, episcopus Constantinopolitanus inde ab anno 398 usque ad annum 404, in exsilio mortuus est anno 407. Operum eius ediderunt Henricus Savilius tomos octo, Etoniae anno 1612; Bernardus Montfauconius tomos tredecim, Parisiis anno 1718—1738, ed. 2 [Garnerius], Parisiis a. 1835—1839; Mignius, tomos tredecim, Parisiis anno 1863, *Patrol. Gr.* voll. 47—64; liber de pentecoste exstat apud Maium, *Spicilegium Romanum*, Romae a. 1840, vol. 4, p. LXVIII—LXXVI; et commentarii in proverbia fragmenta apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1847, vol. 4, p. 153—201 seriei alterius.

com: commentarii.

gu *vel* gue: codex Guelferbytanus saeculi sexti nondum editus.

fi: homiliae Chrysostomi in Matthaeum, a Friderico Fieldio, Oxonii et Londinii anno 1839, 3 voll. 8° editae; edidit etiam v. cl. Fieldius homilias Chrysostomi in epistulas Pauli.

hom: homiliae.

mo *vel* mos *vel* mosc: codices Moscuenses a Matthaeio (vide supra, pp. 249.251) laudati.

montf: editio Montfauconii ante laudata.

savil: editio Savilii ante laudata.

Cinnam: Ioannes Cinnamus, grammaticus seu notarius Manuëlis I. Comneni imperatoris, claruit anno 1160, scripsit: *Historiarum libros septem.* Opus ediderunt Carolus du Fresnius (Ducangius), Parisiis anno 1670, et vir cl. A. Meinekius, Bonnae anno 1836.

Claud antiss: Claudius, falso Antissiodorensis vel Altissiodorensis vel Autissiodorensis (Auxerre) dictus, est Claudius episcopus Taurinensis, qui anno 820 claruit, scripsit commentarium in epistulam ad Galatas anno 816. Prodiit liber Parisiis anno 1542, 8°; et in *Magna bibliotheca veterum patrum*, Coloniae Agrippinae a. 1618, vol. 9, p. 64—89; et apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 104. Prologus catenae in Matthaeum prodiit apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 1, pp. 501—504; cf „praefatio ad cat. patr. in Mt" apud Maium, *Spicilegium Romanum*, vol. 4, pp. 301—305. Cf Iosephus Barber Lightfoot, *Galatians*, Londinii 1866, ed. 2, p. 231 et Ludovicus Laville, *Claude de Turin* ... Tolosae a. 1889, et v. cl. Bartholomaeus Rostaing, *Essai sur Claude de Turin*, Quintinopoli [S. Quentin] a. 1889.

(1.) Clem ro *vel* rom: Clemens Romanus. Hoc nomine indicantur epistulae, quas dicunt, duae ad Corinthios, altera fortasse anno circiter 95 scripta, altera, quae verius homilia diceretur, fortasse inter annos

130 et 160 scripta, de quibus vide Gebhardtii et Harnackii librum: *Clementis Romani ad Corinthios quae dicuntur epistulae* [*Patr. app. opp.* fasc. 1, part. 1], ed. 2, Lipsiae anno 1876 et Iosephus Barberus Lightfoot, *The apostolic fathers. Part 1*, Londinii a. 1890 voluminibus duobus. Apud Cotelerium, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis a. 1672) ed. Clericus Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 125—188, ed. 2, Amstelodami a. 1724. Tischendorfius usus est editione operum patrum apostolicorum Dresseliana secunda, Lipsiae anno 1863 edita, et libro suo *Appendix codicum celeberrimorum Sinaitici Vaticani Alexandrini*, Lipsiae anno 1867. Cavendum est ne sigla Cor 1 et Cor 2 (Clementis epistulae) cum siglis 1 Co et 2 Co (Pauli epistulae) permutentur.

martyrium: edidit Cotelerius, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis a. 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 804—810.

(2.) Clem: Clementina, quo nomine appellantur scripta saltem tria Ebionitica incertorum auctorum, apud Cotelerium, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera* (Parisiis a. 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 479—803.

hom: homiliae viginti, ediderunt Dresselius, Gottingae a. 1853; Paulus de Lagarde, Berolini a. 1865; Gallandius, vol. 2, p. 605—770 (ante Dresselium nondum inventae erant homiliae undevicesimae pars ultima et homilia vicesima).

recogn: recognitionum libri decem, sive actus Petri, fortasse inter annos 218 et 231 scripti vel sane multum aucti, quorum textus soli Latinus Rufini et Syriacus exstant. Apud Cotelerium (ut supra); Gallandium, vol. 2, p. 209—336. Syriace edidit Paulus de Lagarde, Londinii anno 1861.

epit: epitome, ex homiliis et recognitionibus, edita a Cotelerio; vide etiam Tischendorfium: *Anecdota sacra et profana*, Lipsiae a. 1855, p. 77—93, ed. repet. a. 1861; epitomae duae prodierunt apud Dresselium, Lipsiae a. 1859 (ediditne Lagardius epitomen anno 1865?).

Interdum usus est Tischendorfius signis: Homil ^{clem} Ps-Clem ^{hom} Recogn ^{clem} Homil ^{epitom}.

(3.) Clem: Titus Flavius Clemens Alexandrinus, Athenis natus, ex philosopho gentili factus Christianus, multas terras invisit, presbyterus Alexandrinus et Pantaeni discipulus factus, denique Pantaeno successit scholae catecheticae Alexandrinae praeses anno circiter 189, persecutionem fugiens anno 202 visit Hierosolymam, Antiochiam, Cappadociam, rediit Alexandriam ubi inter annos 212—220 supremum diem obiit.

Opera ediderunt Petrus Victorinus, Florentiae a. 1550 (editio princeps); Graeco-Latine Fridericus Sylburgius, Heidelbergae a. 1592; Parisiis a. 1641; Coloniae a. 1688; Iohannes Potterus, Oxonii a. 1715; Guilelmus Dindorfius, Oxonii a. 1869, 4 voll.

Usus est Tischendorfius editionibus Sylburgi et Potteri, fragmenta etiam ex Gallandio hausit, in primis autem lectiones Clementis ex libro Griesbachii transtulit: *Symbolae criticae*, vide ante, p. 247.

ecl *vel* eclog: *ἐκ τῶν προφητικῶν ἐκλογαί.*

stro *vel* strom: *τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων στρωματεῖς.*

theodot: *ἐκ τῶν Θεοδότου καὶ τῆς ἀνατολικῆς καλουμένης διδασκαλίας κατὰ τοὺς Οὐαλεντίνου χρόνους ἐπιτομαί.*

int in Iud etc: interpretatio Latina commentariorum Clementis in epistulam Iudae etc, qui commentarii eius libri quem *ὑποτυπώσεις* dicunt pars fuerunt. Optime edidit v. cl. Theodorus Zahn, *Supplementum Clementinum* [*Forschungen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons. III*], Erlangae a. 1884, pp. 61ss et 130ss.

collat carth: collatio Carthaginensis inter Catholicos et Donatistas anno 411 habita. Apud Harduinum, *Acta conciliorum*, Parisiis a. 1715, vol. 1, coll. 1043—1190; apud Gallandium, vol. 5, p. 571—670.

Comb auctar: Combefisii liber: *Bibliothecae patrum Graeco-Latinorum auctuarium novum*, Parisiis a. 1648, 2 voll. fol., vel *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672.

conc carth 5: concilium Carthaginense quintum anno 254 habitum. Gesta apud Harduinum, *Acta conciliorum*, Parisiis a. 1715, vol. 1, col. 155 d.

Const. Porphyrog.: *vide post* Hierocles (in indice rer. et pers.)

Const: constitutionum apostolicarum libri octo incerti neque vero unius saeculi; apud Cotelerium, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis a. 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 189—423. Apud Mansium (ut supra, p. 1153, acta); Gallandium, vol. 3, p. 1—272; Hermannum Theodorum Bruns, *Canones app.* etc, Berolini a. 1839; Guilelmum Ueltzen a. 1853 (Tischendorfius usus est hac editione); Christianum Carolum Iosiam Bunsen, *Analecta ante-Nicaena*, Londinii, vol. 2 (a. 1854), pp. 33—47, qui solus libros 1—6 ita typis expressit, ut fundamentum antiquum oculis plane subiceret et qui Paulum Boetticher (Lagarde) socium habuit in versionem Syriacam consulendam; I. B. Pitram, *Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta*, Romae, vol. 1, (a. 1864), pp. (45)111-422, cum lectionibus variis

copiosis; Paulum A. de Lagarde, *Constitutiones apostolorum*, Lipsiae a. 1862.

Cornel: Cornelius episcopus Romanus floruit anno 251. Apud Gallandium, vol. 3, p. 333—361; cf etiam Hartelius (ut infra, Cyp).

Cosm: Cosmas Indicopleustes claruit anno 535, scripsit librum *Χριστιανικὴ τοπογραφία παντὸς κοσμοῦ*, qui invenitur apud Gallandium, vol. 11, 399—591. Citatur etiam Cosmas ex Theodosio episcopo Alexandrino apud Gallandium, vol. 11.

Cyp: Thascius Caecilius Cyprianus, episcopus Carthaginensis factus est anno circiter 248, mortuus est anno 258. Opera ediderunt Ioannes Andreas episcopus Aleriensis, Romae a. 1471 (editio princeps); Bertholdus Rembolt et Ioannes Waterloes, Parisiis a. 1512; Erasmus, Basileae a. 1520, iterum a. 1530 et Coloniae a. 1544; Latinus Latinius (apud Ioecherum Latinius Latinus) apud Paulum Manutium, Romae a. 1563; Guilelmus Morelius, Parisiis a. 1564; Pamelius (Hartelius scripsit: „optimam Morelii editionem pessima Pamelii secuta est"), Antverpiae a. 1568; Rigaltius, Parisiis a. 1648; Ioannes Fell et Ioannes Pearson, Oxonii a. 1682 (editio haec repetita est Bremae anno 1690, cf Rom 12,11); Stephanus Baluzius (Prudentio Marano opus ad finem perducente), Parisiis a. 1726; Mignius, *Patrol. Lat.*, Parisiis a. 1836 vol. 4 (reprehenditur ab Hartelio editio haec); David Iohannes Heinricus Goldhornius [Gersdorfii *Bibliotheca patr. eccl. Lat. selecta*, vol. 2], Lipsiae a. 1838 (laudatur ab Hartelio); libros nonnullos Cypriani „de catholicae ecclesiae unitate" etc. edidit Krabingerus, Tubingae a. 1853, alios a. 1859; editio Cypriani ultima et optima est Guilelmi Hartelii, Vindobonae a. 1868, 1871, 3 partt. De Cypriani scriptis vide Rönschium, *Zeitschrift für historische Theologie*, a. 1875, p. 86 sqq., et Guilelmum Sanday „The Cheltenham list of the canonical books of the Old and New Testament and of the writings of Cyprian" in libro *Studia biblica et ecclesiastica. III*, Oxonii 1891, p. 217—303, cum appendice a. v. cl. C. H. Turnero, p. 304—325.

baluz: editio Baluzii supra laudata.

cleric: de singularitate clericorum, liber spurius; apud Hartelium, pars 3, p. 173—220; vide Cavium, p. 128 b.

de eccles unit: de catholicae ecclesiae unitate, liber anno 251 scriptus, apud Hartelium, pars 1, p. 207—233.

ep: epistulae apud Hartelium, pars 2, p. 465—841; id quod ad Rom 12,11 ex editione Bremensi adlatum est, invenitur apud Hartelium, epist. 5,2, p. 479, ll. 17.18.

ep cleric: *vide* cleric

gersd: editio Goldhornii supra laudata.

hab virgg: de habitu virginum, liber anno 248 scriptus, apud Hartelium pars 1, p. 185—205.

krab: editio Krabingeri ante laudata.

lips: editio Goldhornii ante laudata.

orat dom: de dominica oratione, liber anno 252 scriptus, apud Hartelium, pars 1, p. 265—294.

test *vel* testim: ad Quirinum testimonia, libri primus et secundus anno 248 scripti, liber tertius anno 249 scriptus, apud Hartelium, pars 1, p. 33—184, cf v. cl. Guilelmus Sanday, *Old Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, p. xliii. Cf v. cl. C. Wunderer, *Bruchstücke einer afrikanischen Bibelübersetzung in der pseudocyprianischen Schrift Exhortatio de paenitientia neu bearbeitet*, Erlangae a. 1889, et v. cl. Franciscus Weihrich, *Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien*, Vindobonae a. 1889, vol. 40, pp. 906—908.

Cyr: Cyrillus episcopus Alexandrinus inde ab anno 412 usque ad annum 444. Opera edidit Ioannes Aubertus, Parisiis a. 1638, sex volumina complectentia; multa exstant apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1844, vol. 2, p. 1—500, vol. 3 (a. 1845), p. 1—452, et iterum 1—290. Lectiones in Ioh semper paene numero, ut 4, notatae pleraeque minoris aestimandae sunt, ut quae haustae sint e fragmentis sine testibus ab editoribus suppletis. Cf Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 68—77; Mignius solus omnia plenissime dat, etiam conlationem fragmentorum.

abac *vel* abacu *vel* habac: Abacuc, commentarius in duodecim prophetas; post Pontanum et Aubertum (vol. 3) edidit Philippus Edvardus Pusey, Oxonii a. 1862, 2. voll.

act: acta *vel τὰ πραχτικὰ τῆσ οἰκουμενικῆς τρίτης συνόδου τῆσ ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθείσησ*; edita apud Hieronymum Commelinum anno 1591 et in vol. 5 Auberti.

ador: de adoratione et cultu in spiritu et veritate libri septendecim; vol. 1, pp. 1—632 seriei alterius.

am *vel* amos: *vide* abac

anthrop *vel* anthropomor: adversus Anthropomorphitas; vol. 6, p. 363—398 seriei alterius.

apolo *vel* apolog: apologeticus pro duodecim capitibus adversus orientales episcopos; vol. 6, p. 157—200.

capp thdt: explanatio sive apologia duodecim capitum [adversus Theodoretum] Ephesi pronuntiata; vol. 6, p. 145—157 et ad Evoptium, p. 200—260 (non 252).

deipa *vel* deipar: sermo adversus nolentes confiteri sanctam

virginem esse deiparam; apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 2, p. 75—100.

de recta fide: de recta fide, liber ad Theodosium imperatorem; vol. 5, pars 2, p. 1—180 seriei tertiae.

epp: epistulae, vol. 5, pars 2, p. 1—213 seriei alterius.

es *vel* esa *vel* esai: commentariorum in Esaiam libri quinque; vol. 2.

excerpt: excerpta Cyrilli; apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 2, p. 476—492.

fest pasch: homiliae in festum paschale vol. 5, pars 2, p. 1—350.

fid: (*vide* de recta fide); cf fragmentum de fide apud Puseyum (ut ad ioh), vol. 3, pp. 538—541.

glaph: glaphyra seu commentaria in Pentateuchum; vol. 1, p. 1—433.

habac: *vide* abac

hom: homiliae diversae; vol 5, pars 2, p. 350—417. Cf etiam fragmenta apud Puseyum (ut ad ioh), vol. 3, pp. 452—475.

incarn: de incarnatione unigeniti dialogus; vol. 5, p. 678—714 et 779—804, apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 2, p. 32—74.

ioel *vel* iohel: *vide* abac

ioh: commentariorum in sanctum Ioannem libri duodecim (vol. 4, p. 1—1123), edidit Philippus Edvardus Pusey, Oxonii a. 1892, 3 voll; cave putes textum Novi Testamenti in hac editione e codice manu scripto manare; re vera supplevit editor Oxonii ex editione quopiam textum illum, quem adiutor eius e codice non exscripserat.

iul *vel* iulian: contra Iulianum libri decem anno circiter 433 scripti; vol. 6, p. 1—362 seriei alterius.

luc: fragmenta commentariorum in Lc ediderunt Corderius, Cramerus, Maius, *Nova patrum bibliotheca*, Romae 1844, vol. 2, p. 115—444, et textum continuum, exceptis foliis multis amissis, ex versione vetere Syra Anglice versum R. Payne Smithius a. 1859, Oxonii duabus partibus Syriaca et Anglica.

mal *vel* malach: *vide* abac

mich: *vide* abac

nest: adversus Nestorii blasphemias libri quinque; vol. 6, p. 1—143.

niceph: *vide* cat niceph (ut supra, p. 1173)

ose: *vide* abac

quod unus: quod unus est Christus; vol. 5, p. 714—778; apud Pusey. (ut ad ioh), vol. 3, p. 455—458.

soph *vel* sopho *vel* sophon: *vide* abac

syr: *vide* luc

theod: (vide supra, capp thdt); cf apud Puseyum (ut ad ioh) fragmenta librorum contra Theodorum Mopsuestenum, vol. 3, pp. 511—537.

thes: thesaurus sive de sancta et consubstantiali trinitate; vol. 5, p. 1—388 (non 382).

trin: de sancta et vivifica trinitate; vol. 6, p. 1—35 seriei tertiae et dialogi vol. 5, p. 383—677(778); apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 2, p. 1—31, cf Maius, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 8, append. p. 27—58(149).

unus: cf quod unus

zach: *vide* abac

Cyr hr *vel* hier: Cyrillus episcopus Hierosolymitanus inde ab anno 350 usque ad annum 386, etsi ter ex sede sua expulsus est. Opera ediderunt Thomas Miller, Oxonii a. 1703; Touttius (ut infra, toutt); Guilelmus Carolus Reischl, Monaci a. 1848; Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 33. Cf I. Th. Plittius, *De Cyrilli Hierosolymitani orationibus quae extant catecheticis*, Heidelbergae a. 1855.

toutt: editio Benedictina ab Antonio Augustino Touttio (Touttée) curata, Parisiis a. 1720 (repet. Venetiis a. 1763); oratio de occursu Domini et de Simeone apud Fronto-Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 2, p. 849—854 (signo 856).

D.

Dam: Ioannes Damascenus, tempore Leonis Isaurici imperatoris (717—741) apud principem Saracenum cancellarius sive πρωτοσύμβολος, posthac in S. Sabae laura monachus, mortuus est post annum 754; cf v. cl. Iosephus Langen, *Iohannes von Damaskus*, Gothae a. 1879. Opera eius ediderunt Marcus Hopperus, Basileae a. 1559 (repet. a. 1575); Michael Lequien, Parisiis a. 1712 tomis duobus; Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 94—96.

fid *vel* fid orth: de fide orthodoxa libri quattuor.

hom in ficum: homilia in ficum arefactam.

imagg: de sacris imaginibus orationes tres anno 730 scripta.

nest *vel* nestor: contra Nestorianos liber. „Argumenta contra Nestorianos" edidit Iohannes Wegelin, Augustae Vindelicorum a. 1611.

par *vel* parall: parallelorum opus, sex eclogae sive collectanea ex S. Scriptura sanctisque patribus deprompta et in locos communes digesta. Cf v. cl. Fridericus Loofs, *Studien über*

die . . . Parallelen, Halis ad Salam a. 1892. De codice Parisino bibl. nat. Gr. 923 cf I. P. P. Martinus, *Description technique des mss grecs . . .* Parisiis a. 1884, p. 14—18. V. cl. I. Rendel Harrisius etiam de hoc codice scripsit.

par cod: parallela alia sed affinia ex codice Rupefucaldensi hodie Berolinensi saeculi fere septimi vel sexti.

paris: codex Parisinus.

sabb: oratio de Sabbato sancto.

Trisagio: epistula de Trisagio.

demetri: Pelagii epistula ad Demetriadem, quam edidit Iohannes Salomo Semler, Halae Magdeburg. a. 1785; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 21.

Descens Chr: evangelii Nicodemi pars altera sive Descensus Christi ad inferos. Apud Tischendorfium, *Evangelia apocrypha*, Lipsiae a. 1853, p. 301—311.

Diad: cf Marcus Diad

Dial sive Dial^{marc}: dialogus contra Marcionitas et alios, ob interlocutoris Adamantii nomen Origeni olim perperam vindicatus, sub finem saeculi tertii scriptus, editus a Iohanne Rudolfo Wetstenio, Basileae a. 1674 et a Carolo Delarue in Origenis operibus, vol. 1, p. 800—871. Cf de hoc dialogo et de codicibus in quibus exstat Fentonus Iohannes Antonius Hort apud Smithium et Wacium, *A dictionary of christian biography*, Londinii, vol. 1 (a. 1877), p. 39 b—41 a, sub voce Adamantius 2.

cod we *vel* wetst: ex codice apud Wetstenium.

marc: est dialogus cum Marcionitis.

Dial $^{\text{maced } vel \text{ macedon}}$: *vide* Thdt ^{dial}

Dial ^{trin}: *vide* Thdt ^{dial}

Did: Didymus Alexandrinus, natus anno 309 sive 314, mortuus est anno 394 sive 399. Apud Gallandium, vol. 6, p. 261—318; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 39, coll. 131—1818.

enarrationes in 1. Io: breves enarrationes in epistulas canonicas; de enarrationibus his vide Lueckii commentationem criticam, Goettingae a. 1829.1832 editam, quattuor particulas comprehendentem, quae commentatio etiam apud Mignium, vol. 39, coll. 1731—1748 exstat. De 2 Cor et Ioh cf Maius, *Nova patrum bibliotheca*, Romae, vol. 4 (a. 1847), p. 114—152, et de Prov, vol. 7 (a. 1854), p. 57—71.

int: interpretatio Latina
lat: *vide* int
} cf infra, spir

mani *vel* manich: liber adversus Manichaeos. A Turriano in Latinum conversus, editus est hic liber a Canisio, *Antiquae lectiones*

(Ingolstadii a. 1601, vol. 5, p. 17), ed. 2, a Basnagio curata, Antverpiae a. 1725, vol. 1, p. 197—216. Combefisius edidit Graece et Latine in libro suo *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672, pars 2, p. 21—32. Gallandius, ubi supra, Combefisii interpretationem repetit.

ps: expositionis in psalmos fragmenta; apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1854, vol. 7, part. 2, p. 131—311.

spir: de Spiritu Sancto liber unus, sancto Hieronymo interprete.

tri *vel* trin: de Trinitate libri tres, a Ioanne Aloysio Mingarelli, Bononiae a. 1769 editi. Guerickius lectiones varias in N. T. contulit, *Commentatio de schola Alexandrina*, Halis, a. 1824, vol. 2, pp. 33—47.

Diod *vel* Diod ^{tars}: Diodorus, natu Antiochenus, episcopus Tarsensis inde ab anno circiter 379 usque fortasse ad annum circiter 390. Scripta eius innumera perierunt omnia, nisi forte Syri vel Armenii abditissimis in monasteriis aliqua occidentalibus hodie usque ignota servaverunt. Catenae Graecae fragmenta exhibent, et Marius Mercator nonnulla praebet. Nonnulla ex commentario in psalmos invenies apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae, vol. 6, pars 2 (a. 1853), p. 240—258.

Diogn: epistula ad Diognetum manu auctoris ignoti, saeculi fortasse secundi exeuntis. Edita est apud Bunsenium (ut ad const), vol. 1 (a. 1854), pp. 157—340; Ottonem in operibus Iustini Martyris; apud Gebh. Harnack., *Patr. app. opp.* Lips. fasc. 1, p. 205—226.

Dion *vel* Dionys ^{alex}: Dionysius Alexandrinus, natus saeculo secundo exeunte, anno circiter 232 scholae catecheticae Alexandrinae praefuit, inde ab anno circiter 247 episcopatum Alexandrinum tenuit, mortuus est anno 265. Multa scripsit; fragmenta sola et epistulae nonnullae exstant, quorum pleraque servavit Eusebius, cf Eusebius, *Hist. eccl.* lib. 7 passim (unde *Eus*). Apud Frontonem-Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 273—309; apud Gallandium (quem aeque atque Eusebium secutus est Tischendorfius), vol. 3, p. 479—537; vol. 14, append. p. 110—118; apud Routhium, vol. 4, p. 393—454. Editionem locupletissimam publici iuris fecit Simon de Magistris Romae anno 1796. Vide Millium, *Novum Testamentum Graecum*, Oxonii a. 1707, p. LXVIII et XIX—XXI, ed. Kusteri, Amstelodami a. 1710, sectt. 719 et 162—180.

can: epistula canonica ad Basilidem episcopum Pentapolitanum de diversis capitibus.

ep contr (*vel* ad) paul samos: epistula ad Paulum Samosatenum una cum responsionibus ad Pauli Samosateni decem quaestiones.

de mart: libellus de martyrio ad Origenem.

paul samos quaest *vel* resp: *vide ante* ep contr paul samos.

Dion areo *vel* areop: Dionysius Pseudo-Areopagita dictus, vel Pseudo-Dionysius, scriptor ignotus fortasse saeculi quarti exeuntis. Textus adhuc incertus est. Apud Balthasarem Corderium, Antverpiae a. 1634 (repet. Venetii a. 1755 tomis duobus); Mignium, *Patrol. Gr.* voll. 3.4.

de cael hier: de caelesti hierarchia; edit. Florentiae a. 1516.

Dionysius Barsalibaeus: *vide* bars

Docet: Docetae, secta Gnostica saeculi secundi, cuius doctrinas exhibet Hippolytus (unde *hipp*); vide Hipp phil.

doctr apost: doctrina apostolorum, liber Syrus saeculi quarti exeuntis, a Guilelmo Cureton editus, *Ancient Syriac documents*, Londinii a. 1864.

Donatiani: ad Hebr 11,23 laudatur, nisi fallor, liber Taciti Nicolai Zegeri († 1559), *Adnotationes* in Evv Paul Apoc.

Doroth: Dorotheus archimandrita Palaestinus saeculi sexti exeuntis, scripsit „expositiones et doctrinas diversas animabus perutiles" sive dissertationes ethicas et asceticas viginti quattuor. Apud Frontonem-Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 748—869; et apud Gallandium, vol. 12, p. 368—469.

Doxopatres: fortasse laudatur a Tischendorfio in apparatu ad 2 Th 2,8 Nilus Doxopatrius archimandrita, incerto ortu, qui aliquando Panormi in Sicilia degebat, qui etiam claruit anno 1073; vel: Iohannes Doxopater Sikeliotes, vide Nicolaium, *Griechische Literaturgeschichte*, vol. 3, Magdeburgi a. 1878, p. 233 sq. cf Eman. Miller, [*Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque nationale et autres bibliothèques*, tome XXXI, 2e partie, p. 29—56] *Bibliothèque royale de Madrid* Parisiis.

Druthm: Christianus Druthmarus, Grammaticus, monachus coenobii Corbeiensis, claruit fortasse anno circiter 840, scripsit commentarium in evangelium Matthaei (Lc Ioh). Prodiit Argentoraci a. 1514; Haganoae a. 1530; in *Magna bibliotheca veterum patrum*, Coloniae Agrippinae a. 1618, vol. 9, pars 1; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 106; *Bibliotheca patrum* vol. 15, p. 86.

Ducas: Ducas, cognomine ignoto, Byzantius, Michaelis Ducae nepos, claruit anno 1453, scripsit historiam Byzantinam ab anno 1341 usque ad annum 1462, quae Parisiis anno 1649 prodiit, Graeco-Latine, cum interpretatione et notis Ismaëlis Bulliadi, item Bonnae a. 1834 e recognitione Immanuelis Bekker.

E.

Ebion: Ebionitae, secta Iudaeo-Christiana, cuius evangelium citatur ex Epiphanio.

Enoch Ethiops: Cf v. cl. Chr. Fridericus Augustus Dillmann, *Liber Henoch Aethiopice*, Lipsiae a. 1851, et *Das Buch Henoch übersetzt und erklärt*, Lipsiae a. 1851.

Encrat: Encratitae, qui medio saeculo secundo ecclesiam reliquerunt quibusque Tatianus se addixit; apud Hippolytum (unde *hipp*), vide Hipp$^{phil.}$

ep lugd *vel* ep ^{lugd} et ^{vienn}: *vide* Lugdun

Ephr *vel* Ephraem: Ephraemus Syrus claruit anno 370, mortuus est anno 378. Opera eius prodierunt Graece cura Eduardi Thwaithes, Oxonii a. 1709; Graece Syriace Latine curis Iosephus Simonus Assemanni et Petri Benedetti, Romae a. 1732—1746, voll. 3 Syr.—Lat. et voll. 3 Gr.—Lat. Hymnos et sermones edidit v. cl. Iosephus Lamy, Mechliniae a. 1882—1889, voll. 3; *Carmina Nisibena* v. cl. Gustavus Bickell, Lipsiae a. 1866. Cf versionem v. cl. Pii Zingerle (in libro *Bibliothek der Kirchenväter*), Kemptenae a. 1870—1876, voll. 3. De textu Syriaco, quo Ephraemus usus est, textui versionis Peshitta affini, cf v. cl. F. H. Woods „An examination of the New Testament quotations of Ephrem Syrus" in libro *Studia biblica et ecclesiastica. III*, Oxonii a. 1891, p. 105—138 (vide etiam *ibid.* [vol. 1,] a. 1885, p. 173.174).

Epiphanes: Epiphanes, ortu Alexandrinus, auctore Clemente Carpocratianorum assecla et dux, claruit tempore Hadriani vel Pii.

Epiph *vel* Epph *vel* Epphan: Epiphanius, gente Palaestinus, episcopus Salamine in insula Cypro quae urbs postea Constantia dicta est, inde ab anno circiter 368, mortuus est anno 402. Opera ediderunt Dionysius Petavius, Parisiis a. 1622, repetita editione a. 1682; Guilelmus Dindorf, Lipsiae a. 1859—1862, voluminibus quinque; Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 41—43. Cf Ricardus Adalbert Lipsius, *Zur Quellenkritik des Epiphanios*, Vindobonae a. 1865.

anc *vel* ancor: Ancoratus, sive de fide sermo anno circiter 273 scriptus.

cant *vel* cantic: commentarius in cantica.

de Cataphrygis: *vide* haer

de pond et mens: de ponderibus et mensuris liber; edidit Lagardius „primum integrum et ipsum Syriacum" cum interpretatione Germanica, Gottingae a. 1880.

ep Ancyrana: vide infra, p. 1221, Syn^{ancyr}

hae *vel* haer: Panaria eorumque anacephalaeosis; panarium sive adversus haereses octoginta ediderunt Franciscus Oehler, Berolini a. 1859-1861, et Guilelmus Dindorf, Lipsiae a. 1859ss.

marc: sectio de Marcione in Panario, haeresis 22 vel 42.

petav: est editio Petavii ante laudata.

epist ad regem *vel* epist anni 362 ad regem Persarum ab Athanasio missa. Apud Gallandium, vol. 5, p. 239.240.

Epist orientall ad Symm: *vide* Orientalium ep.

Epitom: *vide* Clem (2).

Epph *vel* Epphan: *vide* Epiph

Eucher: Eucherius episcopus Lugdunensis inde ab anno 434, mortuus est anno circiter 454. In *Bibliotheca patrum*, Lugduni a. 1677, tom. 6; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 50, p. 685—1213.

lib. formul: de formulis spiritualis intellegentiae, liber ad Veranum filium.

quaest. in N. T: libri duo ad Veranum filium.

Eulog: Eulogius, presbyter Antiochenus, patriarcha Alexandrinus inde ab anno 581, mortuus est anno 608. Sermo eius in diem festum palmarum exstat apud Photium, *Bibliotheca* codd. 182.208.225-227; apud Gallandium, vol. 12, p. 300—309 (310); apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 86, p. 2907—2964.

Eus: Eusebius Pamphili, episcopus Caesareensis, fortasse anno circiter 270 natus, mortuus est anno circiter 340. Opera ediderunt Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 19—24, Guilelmus Dindorf, Lipsiae a. 1867, voluminibus quattuor.

ad mari *vel* marin: quaestiones ad Marinum; fragmenta apud Maium, (*Scr. vet. nova coll.* cf infra ad luc) *Nova patrum bibliotheca* vol. 4, p. 255—267, supplementa p. 283—303; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 22, p. 879 sqq.

burt: editio Burtonii sub *hist* laudata.

can *vel* canon: canones sacrorum evangeliorum decem; apud Mignium, vol. 22, p. 1274 sqq.; vide quoque ante in prolegomenis nostris, p. 143—153.

const *vel* laud Const: oratio de laudibus Constantini anno 335 habita, edita ab Heinichenio, Lipsiae a. 1830, iterum a. 1869.

dem: de demonstratione evangelica libri viginti, exstant autem hodie nonnisi decem; prodierunt Parisiis a. 1628; Coloniae a. 1688; apud Gaisfordium, Oxonii a. 1852.

dind: editio Dindorfii sub hist laudata.

ecl *vel* eclo *vel* eclog: eclogarum propheticarum de Christo libri quattuor (haud integri), editi a T. Gaisfordio, Oxonii a. 1852.

es *vel* esa *vel* esai: commentarii in Esaiam; apud Montfauconium, *Collectio nova patrum*, Parisiis a. 1707, tom. 2, p. 347; apud Mignium, *Patrologia Graeca*.

hein: editio Heinichenii sub *hist* laudata.

hi *vel* hist: historiae ecclesiasticae libri decem, anno circiter 324 scripti, editi sunt a Roberto Stephano, Parisiis a. 1544, Graeco-Latine, iterum Genevae a. 1612; a Valesio, Parisiis a. 1659, et denuo 1671; a Guilelmo Reading, Cantabrigiae a. 1720; ab Andrea Stroth, Halae a. 1779; ab Heinichenio, Lipsiae a. 1827, et denuo a. 1868 sqq.; a Burtonio, Oxonii a. 1838; ab Alberto Schwegler, Tubingae a. 1852 qui textum emendare tentavit; a Laemmero, Scaphusi a. 1859; a Dindorfio, Lipsiae a. 1871; in apparatu dicuntur editiones hae breviter, steph—val—hein—burt—lämm—dind.

hist martyr pal: *vide* mart pal

lämm: editio Laemmeri sub *hist* laudata.

laud Const: *vide* const

luc: commentarii in evangelium Lucae; fragmenta exstant apud Maium, *Scriptorum veterum nova collectio*, tom. 1, part. 1, p. 107—178, et *Nova patrum bibliotheca*, tom. 4, p. 159—207; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 24, coll. 529—604.

mai: *vide* luc

marc *vel* mcell: contra Marcellum libri duo, iussu synodi Constantinopoli anno 336 habitae scripti; edidit Gaisfordius Oxonii a. 1852.

marin: *vide* ad mari

mart pal *vel* martyr: de martyribus Palaestinae, liber singularis, saepe compendii in modum redactus tamquam historiae ecclesiasticae libri octavi supplementum. Guilelmus Cureton librum totum in manuscripto Syro invenit, edidit que Syriace et Anglice, *History of the martyrs in Palestine by Eusebius*, ., Londini a. 1861.

mcell *vide* marc

onomast: onomasticon sive locorum biblicorum nominum catalogus. Ediderunt hoc Larsovius et Partheius, Berolini a. 1862; Paulus de Lagarde, Gottingae a. 1870.

pasch: de festo paschali liber. Fragmenta apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, tom. 4, p. 208—216; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 24, coll. 693—708.

pr *vel* prae *vel* praep: praeparationis evangelicae libri quindecim, editi a Vigero, Parisiis a. 1628, iterum Coloniae a. 1688; ab Heinichenio, Lipsiae a. 1842; a Gaisfordio, Oxonii a. 1843.

ps: commentarii in Psalmos centum quinquaginta, quorum priorem partem edidit Montefalconius (ubi supra ad *esai*), reliquam partem Maius, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 4, p. 67—107, etiamque Mignius (ubi supra).

reliq: reliquiae apud Maium, ut sub *ps*, p. 313—320.

res: de resurrectione, Latine tantum; apud Gallandium, vol. 4, col. 479—497.

rufin: Rufini interpretatio historiae ecclesiasticae Eusebianae, paulo post annum 400 edita; apud Petrum Thomam Cacciari, Romae a. 1740, qui meliorem textum praebet non vero satis bonum.

steph: editio Stephani sub *hist* laudata.

steph ^{suppl}: quaestiones et solutiones ad Stephanum circa evangelia; apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1847, vol. 4, p. 217—254; supplementa, p. 268—282; fragmenta apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 22, coll. 879—936.

theo *vel* theoph: theophania, liber ex demonstratione evangelica (vide ante *dem*) compactus. Interpretationem Syriacam Leeius Londinii a. 1842 edidit, interpretationem Anglicam cum notis Cantabrigiae a. 1843. Fragmenta Graece exstant apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 4, p. 108—159 et p. 310—312.

val: editio Valesii sub *hist* laudata.

Eus ^{emes}: Eusebius episcopus Emesae in Phoenicia inde ab anno circiter 341, mortuus est anno circiter 360. Ediderunt quae supersunt opuscula Graeca Iohannes Chr. Gottlieb Augusti, Elberfeldae a. 1829; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 86, coll. 461—562. Citatur ex *cat.*

Eustat ^{ant} *vel* Eustath: Eustathius, Antiochiae episcopus a concilio Nicaeno anno 325 constitutus, paulo post Arianorum insidiis e sede expulsus. Apud Gallandium, vol. 4, p. 539—583, ubi etiam fragmentum ex Theodoreto (unde *thdrt*) invenitur, p. 575; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 18, col. 609—1064. Cf v. cl. Albertus Jahn, apud Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen. II, 4*, Lipsiae a. 1886.

Euth *vel* Euthal: Euthalius, Aegyptus, secundum codicis titulum episcopus Sulcensis (urbis ipsius et nomen et situm ignoramus), claruit anno circiter 458, curavit opus criticum omni scientia ornatum in Actus apostolorum et in epistulas septem Catholicas, et in quattuordecim Pauli epistulas. Hoc cum adnotationibus uberrimis edidit Laurentius Zacagni, Romae a. 1698. Vide Gallandium, vol. 10, p. 197—315 [320]; Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 85, coll. 619—790; cf supra, p. 1148, adn. 1.

argum: argumentum epistulae alicuius.

capp: capita vel summa capitum.

cod y: *vide* infra p vel porf

elench: elenchus lectionum et eorum capitum atque testimoniorum, quae in actibus et epistulis continentur.

p *vel* porf: scriptio recentior codicis palimpsesti, cuius scriptio vetus codex P uncialis Actorum et epistularum Catholicarum est; vide supra, p. 417. Recentior haec scriptio anni 1301 praebet fere totum Euthalii in Act et epp Paul commentarium, textumque horum librorum integrum; interdum Tischendorfius codicem ita designat: Euthal $^{cod\ y}$; vide Tischendorfium, *Monumenta sacra inedita*, vol. 5, p. XII sq.

prol: prologus.

Euther: Eutherius, metropolita Tyanensis floruit anno 431, Cyrilli Alexandrini inimicus, Nestorii amicus, nec vero Nestorii haeresi favebat. Laudatur ex editione Schulziana operum Theodoreti (cf infra, p. 1225, Thdt).

Euthy *vel* Euthym: Euthymius Zigabenus vel potius Zygadenus, monachus Constantinopolitanus, floruit anno 1116, scripsit commentarios in quattuor evangelia, unde *ad Mt, Mc, Lc;* apud Gallandium, vol. 14, p. 277—336, in *Bibliotheca veterum patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 19, p. 474—728. Christianus Fridericus Matthaei edidit commentarium in Evv Lipsiae a. 1792. Commentarios eius in Paul Cath edidit v. cl. Nicephorus Kalogeras, Athenis a. 1887, duobus tomis. De comm in Cath cf Matthaeius (ut supra, p. 249), *Cath*, p. XXX.

panopl dogm: orthodoxae fidei dogmatica panoplia adversus omnes haereses; frgm vide Gallandium ut ante; in *Bibliotheca maxima veterum patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 19, p. 6—235. Edita Tergovisti (Tergobysti) in Walachia a. 1710.

victor de Massilianis anath 7: victoria et triumphus, de impia et multiplici exsecrabilium Massalianorum secta, qui et Phundaitae et Bogomili, necnon Euchitae, Enthusiastae, Encratitae et Marcionitae appellantur; vide Gallandium ut ante.

Evagr: Evagrius Ponticus, claruit anno 380, aliquando archidiaconus Constantinopolitanus, posthac monachus Scitensis in Aegypto per quindecim annos; ap. Gall., vol. 7, p. 551-581. Laudatur e catenis.

Evgl sec Hebr: evangelium secundum Hebraeos, apud Tischend. *Notitia editionis codicis bibliorum Sinaitici*, Lipsiae a. 1860, p. 58; vide Millium, *Novum Testamentum Graece*, Oxonii a. 1707, p. XXXI seq., ed. Kusteri, Amstelodami 1710, sectt. 251—256; vide Irenaeum, adv. haer. 1,26 et 3,11 et Epiphanium haer. 30,13.

Fragmenta ediderunt v. cl. E. B. Nicholson, *The gospel according to the Hebrews*, Londinii a. 1879, et v. cl. Adolfus Hilgenfeld in libro *Novum Testamentum extra canonem receptum*, ed. 2, Lipsiae a. 1884; v. cl. Rudolfus Handmann, apud Gebhardt. et Harnack., *Texte und Untersuchungen. V, 3*, Lipsiae a. 1888.

Evv apocr: evangelia apocrypha ut Hebraeorum (supra), Nazaraeorum, Ebionitarum, secundum Aegyptios, protevangelium Iacobi, evangelium Thomae, acta Pilati cum Descensu ad inferos. Adlata sunt ex Clemente Alexandrino, Origene, Eusebio, in primis ex Epiphanio et Hieronymo. *Evangelia apocrypha* edidit Tischendorfius, Lipsiae a. 1853; prodierunt iterum a. 1876.

F.

Facund: Facundus, Hermiani in Africa episcopus, floruit anno 540, mortuus est fortasse anno circiter 570; scripsit libros duodecim pro defensione trium capitulorum, propter quem librum anno 547 ab Iustiniano imperatore in exsilium missus est. Librum ediderunt Iacobus Sirmondus, Parisiis a. 1629, 8°, iterum a. 1696; Gallandius, vol. 11, p. 663—821; Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 57.

Fastid: Fastidius (Priscus?) Britannus, claruit anno 420, scripsit „libellum aureum, ad F. quendam, de vita Christiana et viduitate colenda"; vide Wagenmannium apud Herzogium, *Real-Encyklopädie für protestantische Theologie*, ed. 2, Lipsiae a. 1879, vol. 4, p. 509 sq. Apud Gallandium, vol. 9, p. 479—489.

Faust: Faustus, Afer Milevitanus, Manichaeorum episcopus, claruit anno circiter 400. Liber eius haereticus invenitur in refutatione ab Augustino scripta; vide ante *Aug* contr faust. Cf Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 20, col. 401—479.

Faustin: Faustinus, schismatis Luciferiani presbyter, post medium saeculum quartum.

ari *vel* arian *vel* contr arian: ad Gallam Placidiam de trinitate sive de fide contra Arianos liber septem capitulis; — aliter, ad personam Flacillae reginae (ante 386), adversus Arianos et Macedonianos libri septem; apud Gallandium, vol. 7, p. 439—460. [474]; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 13, coll. 37—80.

Firmic: *vide* Matern

Firmil: Firmilianus, episcopus Caesareae Cappadocum, floruit anno circiter 223; epistula eius ad Cyprianum Latine forsan ipsius Cypriani manu versa exstat apud Cyprianum.

Fortun: Fortunatianus, Afer, Aquileiae in Italia episcopus, floruit anno circiter 340; citatur ex Augustino libro; vide ante Aug fortun.

Fulb: Fulbertus, natus anno circiter 950, inde ab anno 1007 episcopus Carnotensis (Chartres) in Gallia, mortuus est anno 1029; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 140, col. 163—374.

ep[1]: epistularum prima, quae de trinitate, de baptismo, de cena Domini agit.

Fulg: Fulgentius, Afer, anno circiter 468 natus, episcopus Ruspensis inde ab anno circiter 508, mortuus est anno 533. Opera ediderunt Sirmondius, Parisiis a. 1612; Chiffletius, Divione [Dijon] a. 1649; (Mangeant), Parisiis a. 1684; Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 65, coll. 103—960. Cf v. cl. Aemilius Iungmann, „Die Zeit des Fulgentius" in actis *Rheinisches Museum für Philologie*, Francofurti ad Moenum, series nova, vol. 32, pp. 564—577 (Iungmannus edidit *Coniectanea Fulgentiana* Lipsiae anno 1872).

ad monim: ad Monimum libri tres; apud Mignium, col. 153—206.

arian: contra Arianos liber unus; apud Mignium, col. 205—224.

ep *vel* epist: epistulae; apud Mignium, col. 303—498.

ep ad Ferrand: epistula ad Fulgentium Ferrandum; in operibus Fulgentii Ferrandi, apud Gallandium, vol. 11, p. 317—398; Mignium, col. 380—435.

fab fr *vel* fabian fragm: contra gesta quae adversus eum Fabianus haereticus falsa confinxit libri decem, ex quibus non nisi fragmenta exstant; apud Mignium, col. 749—834.

fid cat *vel* cath: pro fide catholica adversum Pintam episcopum Arianum liber unus; apud Mignium, col. 707—720.

fragm: *vide* fab fr

incarn: de incarnatione filii dei et vilium animalium auctore, ad Scarilam, liber unus; apud Mignium, col. 573—602.

rem pecc *vel* remiss pecc: de remissione peccatorum ad Euthymium libri duo; apud Mignium, col. 527—574.

tras *vel* trasim: ad Trasimundum regem Vandalorum libri tres, anno 507 scripti; apud Mignium, col. 223—304.

verit praed: de veritate praedestinationis et gratiae Dei, libri tres; apud Mignium, col. 603—672.

Ferrand: Fulgentius Ferrandus, Fulgentii Ruspensis discipulus, mortuus est ante annum 547; apud Gallandium, vol. 11, p. 317—398, ubi epistula Fulgentii Ruspensis ad eum invenitur.

G.

Gaius Romanus, claruit anno 210. Apud Eusebium, *Historia ecclesiastica*, et apud Gallandium, vol. 2, p. 203—208. Vide quae vir cl. Adolfus Harnack scripsit in Herzogii libro *Real-Encyklopädie*

für protestantische Theologie, ed. 2, vol. 4, Lipsiae a. 1879, p. 805sq; cf etiam v. cl. Iohannes Gwynn, *Hermathena*, Dublinii, vol. 6, p. 397ss, qui fragmenta ex libro Hippolyti „Capita contra Gaium" ibidem Syriace et Anglice edidit.

Gaud: Gaudentius, inde ab anno circiter 387 episcopus Brixiae.
serm: sermones sive tractatus quindecim ad Benevolum. Prodierunt cura Pauli Galeardi, Augustae Vindelicorum a. 1757; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 20, col. 791—1006.

Gelas cyzicen: Gelasius, ortu Cyzicenus, episcopus Caesareae in Palaestina, claruit anno 476, historiam concilii Nicaeni ex aliorum scriptis, libros tres complectentem, consarcinavit. Prodiit primum Parisiis a. 1599. Apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 85, coll. 1179—1360.

Gennad: Gennadius episcopus vicesimus primus Constantinopolitanus annis 458-471. Scripsit commentarios in varios Veteris Testamenti libros et in Paul, item homilias. Citatur ex Oecumenio et ex cat.

Gennad: Gennadius, Massiliae presbyter, claruit saeculo quinto exeunte, librum Hieronymi „de viris illustribus" continuavit, et scripsit „epistulam de fide sua seu de dogmatibus ecclesiasticis ad Gelasium papam", praeterea de Apocalypsi, de mille annis, adversus Nestorium, adversus Pelagium, adversus omnes haereses. Liber eius de ecclesiasticis dogmatibus editus est ab Oehlero, *Corpus haereseologicum*, Berolini a. 1856, vol. 1, p. 333—355. Apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 58, col. 492—979. Catalogus virorum inlustrium prodiit cura Guilelmi Headingii, Lipsiae a. 1879.

Geometr: (Georgius?) Geometres saepe in catenis laudatus, e. g. Lc 2,40 in cat mai.

Georgius: Georgius Scholarius, idem qui Gennadius dicitur, Graecus, fortasse Constantinopolitanus, floruit anno 1453. Apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 160.

Germ: Germanus, Cyzici episcopus, inde ab anno 715, patriarcha Constantinopolitanus, propter imaginum picturarumque defensionem anno 730 sede pulsus, obiit fortasse anno 740. In libro suo „Theoria rerum ecclesiasticarum", apud Frontonem Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 2, (p. 131—166), p. 146, Irenaei fragmentum Graecum servavit. Liber autem hic ab aliis Germano II, qui sequitur, tribuitur.

Germ const: Germanus II sive Iunior, natus Anapli Propontidis, monachus, inde ab anno circiter 1222 patriarcha Constantinopolitanus, sede motus anno 1240, restitutus anno 1254, quo anno fortasse etiam supremum diem obiit. Apud Cotelerium, *Ecclesiae Graecae monumenta*, Parisiis a. 1681, vol. 2.

Gild: Gildas Sapiens Badonicus, Britannus, floruit fortasse anno 581, scripsit librum querulum de excidio Britanniae; apud Gallandium, vol. 12, p. 189—220; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 69, coll. 329—392.

Glycas: Michael Glycas (ὁ *Γλυκᾶς*) floruit anno circiter 1120; scripsit dissertationes theologicas, epistulas, libros quattuor: *Βίβλος χρονική* ab initio usque ad annum 1118.

Greg: Gregorius Magnus, natus circa annum 540, anno circiter 570 praetor Romanus a Iustino iuniore imperatore factus, inter annos 573 et 577 monachus fit, anno 590 episcopus Romanus constitutus, mortuus est anno 604. Opera ediderunt Sammarthanus (ordinis Benedictini) Parisiis a. 1705, 4. voll. fol.; Gallicciolius, Venetiis a. 1768ss, 4 voll.; Mignius, *Patrol. Lat.* voll. 75—79.

dial: dialogorum de vita et miraculis patrum Italicorum et de aeternitate animarum libri quattuor, anno circiter 593 scripti.

Greg ^{naz}: *vide* Naz

Greg ^{nyss}: *vide* Nyss

Greg ^{thaum}: Gregorius Theodorus Thaumaturgus, inde ab anno circiter 240 Neocaesareae in Cappadocia episcopus, obiit anno 265. Opera ediderunt Gerhardus Voss, Moguntiae a. 1604, Parisiis a. 1620—1622 fol.; Gallandius, vol. 3, p. 377—469; Routhius, vol. 3, p. 251—283; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 10, col. 963—1232. Cf v. cl. Victor Ryssel, *Gregorius Thaumaturgus, sein Leben und seine Schriften, nebst einer Uebersetzung zweier bisher unbekannten Schriften Gregors aus dem Syrischen*, Lipsiae a. 1880.

H.

Harmenopulus: Constantinus Harmenopulus, Sebastus, nomophylax et iudex Thessalonicensis. Floruit medio saeculo quarto decimo. Quae scripsit de opinionibus haereticorum qui singulis temporibus exstiterunt, habentur apud Frontonem Ducaeum (Le Duc), *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 533—538 (539), ubi Graeco-Latine exstant, Latine inveniuntur in *Bibliotheca maxima veterum patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 19, p. 958b—960h.

Haym: Haymo vel Aimo, inde ab anno 841 episcopus Halberstadiensis, mortuus est anno 853. Scripsit inter alia commentarium in epistulas Pauli. Opera edidit Mignius, *Patrol. Lat.* voll. 116—118.

apoc: commentariorum in Apocalypsim libri septem, qui re vera Haymonis alius posterioris temporis videntur esse; vide Cavium, vol. 2, p. 28.

Hebr: *vide* Evgl. sec. Hebr.

Heges: Hegesippus, in oriente natus, non breve tempus in occidente degens, claruit anno circiter 170; apud Gallandium, vol. 2, p. 59—67.

Heracl: Heracleon, Gnosticus, floruit fortasse anno circiter 170. Citatur ex Clemente Alexandrino (Lc 3,16 est ex eclogis propheticis Clementis) et ex Origene; Origenes praebet multa commentarii Heracleonis in Iohannis evangelium fragmenta.

Hermia: Hermias, philosophus Christianus, saeculi secundi, re vera posterioris, ut quidam opinantur; in *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 187—191; apud Gallandium, vol. 2, p. 68—73; apud I. C. T. Otto, *Corpus apologetarum Christianorum saeculi secundi*, Ienae a. 1872, vol. 9, p. 1—31.

Heron titul: titulus epistulae Pseudo-Ignatianae ad Heronem; vide *Ign.*

Hes hier *vel* hr *vel* hrs *vel* Hes presb *vel* presb hr: Hesychius primum presbyter, deinde patriarcha Hierosolymitanus, mortuus est anno 609, scripsit *στιχηρὸν τῶν ιβ′ προφητῶν*. Opera in *Maxima bibliotheca veterum patrum*, Lugduni vol. 12 (a. 1677), p. 52—205; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 93, col. 781—1560. Laudatur etiam e libro *Criticorum sacrorum* [vol. 8] . . . *supplementum*, vol. 1, Francofurti ad Moenum a. 1700.

lev *vel* levi *vel* levit: explanationis in Leviticum libri septem qui Latine tantum exstant.

qu *vel* quaest: collectio quaestionum, excerpta ex evangeliis consonantia Hesychii. Edidit Gr.-Lat. Cotelerius, *Ecclesiae Graecae monumenta*, Parisiis, vol. 3 (a. 1687), pars 1.

Hes *vel* Hesych: Hesychius Salonitanae urbis in Dalmatia sitae episcopus, claruit anno 418.

ep ad Aug: epistula ad Augustinum, inter epistulas Augustini numero 79.

Hierac: Hieracas, Aegyptius, floruit anno circiter 302 post Christum natum; fragmenta scriptorum eius reperiuntur apud Epiphanium (unde epiph), *Panaria*, haer. 67 (47).

Hier: Sophronius Eusebius Hieronymus, Stridone in urbe Dalmatiae anno 329 (alii 341) natus, Romae in litterarum studia incubuit, Galliam visit, anno 372 profectus est in Orientem, anno 379 Antiochiae presbyter factus, Constantinopolim anno 380, Romam anno 382 ivit, unde Orientem anno 385 iterum petiit, post Aegyptum visam Bethlehemi monasterium condidit, mortuus est anno 420. Opera eius ediderunt monachi Benedictini congregationis S. Mauri Parisiis intra annos 1693 et 1706, in quinque tomos dispertita; et Dominicus Vallarsius, Veronensis presbyter, Veronae intra annos

1734 et 1742, in undecim tomos fol. dispertita (voll. 9 et 10 continent Biblia Vulgata), iterum 4° Venetiis a. 1762—1772. Harum editionum volumina ad titulos singulos plerumque adposui. Vide Mignium, *Patrol. Latina* vol. 22—30. Plurima ex Origene praesertim in commentariis mutuatus est Hieronymus; unde fit ut multas lectiones Origenianas tacite exhibeat.

abac: commentariorum in Abacuc prophetam libri duo (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 587—670).

algas *vel* ad Algas *vel* quaest ad algas: ad Algasiam de quaestionibus undecim (Ben. vol. 4, Vall. vol. 1, col. 843—883).

amo: commentariorum in Amos prophetam libri tres (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 219—358).

commentatio Christiano cuilibet utilis, apud Gallandium, vol. 7, p. 527—530.

damas *vel* ad Damas *vel* ep damas *vel* ep ad dam: epistulae sex ad Damasum papam (Ben. vol. 4, Vall. vol. 1, p. 37—86 et 158—169).

dan: commentarii in Danielem prophetam, anno circiter 407 scripti (Vall. vol. 5, col. 617—736).

dial adv Luciferianos: altercatio Luciferiani et Orthodoxi, adversus Luciferianos, anno circiter 378 scripta (Ben. vol. 4, Vall. vol. 2, col. 169—202.

ecclesiast: commentarius in librum Ecclesiasten, anno circiter 390 scriptus (Ben. vol. 2, Vall. vol. 3, col. 381—498).

ep ad Ctesiphon: epistula ad Ctesiphontem adversus Pelagianos, anno circiter 415 scripta (Vall. vol. 1, col. 1019—1036).

ep ad marcell: epistulae ad Marcellam (Ben. vol. 4 et vol. 2, Vall. vol. 1); saepe ad eam scripsit.

ep ad Minervium et Alexandrum: epistula ad Minervium et Alexandrum monachos, anno 406 exeunte scripta (Ben. vol. 4, Vall. vol. 1, col. 793—809).

ep ad princip: epistulae ad Principiam virginem (Ben. vol. 4, Vall. altera anno 397, vol. 1, col. 371—391, altera anno 412 scripta, vol. 1, col. 944—954).

eph *vel* ephes: commentariorum in epistulam ad Ephesios libri tres, anno circiter 388 scripti (Ben. vol. 3, Vall. vol. 7, col. 537-684).

ephes praef: est praefatio horum commentariorum.

epitaph Paulae: epistula ad Eustochium virginem, epitaphium Paulae matris, anno 404 scripta (Ben. vol. 4, Vall. 1, col. 684—719).

esai: commentariorum in Esaiam prophetam libri duodeviginti, anno circiter 410 scripti (Ben. vol. 3, Vall. vol. 4, col. 1—832).

eustoch: epistula ad Eustochium de custodia virginitatis, anno circiter 384 scripta (Ben. vol. 4, Vall. vol. 1, col. 87—124).

ezech: commentariorum in Ezechielem prophetam libri quatuordecim, anno circiter 411 scripti (Ben. vol. 3, Vall. vol. 5, col. 1—616).

gal *vel* gala *vel* galat *vel* ad gal: commentariorum in epistulam ad Galatas libri tres, anno circiter 388 scripti (Ben. vol. 4, Vall. vol. 7, col. 367—536).

hebr *vel* de ll. Hebr: liber de situ et nominibus locorum Hebraicorum (Ben. vol. 2, Vall. vol. 3, col. 121—300); cf editiones libri Eusebii *Onomasticon.*

hedib *vel* ad hedib *vel* ep ad hedib: epistula ad Hedibiam de quaestionibus duodecim, anno circiter 407 scripta (Ben. vol. 4, Vall. vol. 1, col. 811—843).

helvid *vel* cont helvid; liber adversus Helvidium de perpetua virginitate beatae Mariae, anno circiter 383 scriptus (Vall. vol. 2, col. 203—230).

hierem: commentariorum in Hieremiam prophetam, libri sex, anno circiter 416 scripti (Ben. vol. 3, Vall. vol. 2, col. 833—1096).

ierem: *vide* hierem

ioel: commentariorum in Ioel prophetam liber unus (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 165—218.

iovin: adversus Iovinianum libri duo, anno circiter 393 scripti (Vall. 2, col. 231—384).

lucif *vel* contr lucif: *vide* dial adv Luciferianos.

malach: commentariorum in Malachiam prophetam liber unus (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 939—986).

marcell: *vide* ep ad marcell

mich: commentariorum in Michaeam prophetam libri duo (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 431—532).

mt *vel* matth: commentariorum in evangelium Matthaei libri quattuor, anno circiter 398 scripti (Ben. vol. 4, Vall. vol. 7, col. 1—244).

naum: commentariorum in Naum prophetam liber unus (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 533—586).

nom hebr *vel* de nominibus Hebr: liber de interpretatione nominum Hebraicorum (Ben. vol. 2, Vall. vol. 3, col. 1—120); cf Eus *Onomast.* et Paulus de Lagarde, *Onomastica sacra alterum edita,* Gottingae a. 1887.

opt gen interpr. ad Pammach ep 101: epistula ad Pammachium de optimo genere interpretandi (Vall. vol. 1, col. 303—316).

orig: ad Lc 1,1—6 laudatur Hieronymi translatio homiliarum undequadraginta Origenis in Lucam (Vall. vol. 7, col. 245—366).

pel *vel* pelag *vel* adv (*vel* cont) Pelagian: dialogus sub persona Attici Catholici et Critobuli haeretici adversus Pelagianos libri tres cum prologo (Ben. vol. 4, Vall. vol. 2, col. 675—792).

philem: commentariorum in epistulam ad Philemonem liber unus (Ben. vol. 4, Vall. vol. 7, col. 741—764).

praef ephes: *vide* eph

ps: liber in expositionem Psalmorum Hieronymo falso adscriptus (Ben. vol. 2, Vall. vol. 7, append. col. 403—422 [426]).

breviarium in ps: breviarium in Psalterium Hieronymo falso adscriptum (Ben. vol. 2, Vall. vol. 7, append. col. 1—402).

quaest algas: *vide* algas

quaest Hebr *vel* quaest Hebr in Gen: liber Hebraicarum quaestionum in Genesim, anno circiter 388 scriptus (Ben. vol. 2, Vall. vol. 3, col. 301—780).

tit: commentariorum in epistulam ad Titum liber unus (Ben. vol. 4, Vall. vol. 7, col. 685—740).

Hil: Hilarius Pictaviensis, anno circiter 310 (alii 320) natus, ex gentili Christianus factus, anno 354 episcopus Pictaviensis creatus, anno 356 ob inimicitias cum Arianis in Phrygiam expulsus anno 360 restitutus est, et postquam diu fidei Nicaenae strenuus defensor fuit, anno 368 obiit. Opera eius ediderunt monachi ordinis sancti Benedicti e congregatione S. Mauri [P. Coustantius], Parisiis a. 1693; et Sc. Maffeius, Veronae a. 1730 (unde *Veron* et *maffei*); et Mignius, *Patrol. Lat.* voll. 9.10. Fragmenta etiam exstant apud Gallandium, vol. 5, p. 83—93; et apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 1, p. 471—493.

mt *vel* matth: commentarii in evangelium Matthaei.

ps: commentarii in Psalmos. Edidit v. cl. Antonius Zingerle [*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. XXII*], Vindobonae a. 1891.

trin: de trinitate libri duodecim.

Hilarian: Quintus Iulius Hilarianus chronicus et chiliasta claruit fortasse anno circiter 397, scripsit chronologiam sive libellum de mundi duratione; apud Gallandium, vol. 8, p. 235—238.

Hincmar: Hincmarus, episcopus Remensis inde ab anno circiter 845, supremum diem obiit anno 882.

Hipp: Hippolytus Romanus, episcopus Portuensis, floruit anno 220. Opera ediderunt Gulielmus Morelius Parisiis a. 1556; Iohannes Albertus Fabricius, Hamburgi a. 1716, iterum recusa apud

Gallandium, vol. 2, p. 409—453 et Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 10, col. 261—962 (ap. Fronton. Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 2, p. 342—363 est de consummatione mundi et de Antichristo). Tischendorfius usus est in primis Gallandio, vol. 2, p. 417—474. Edidit Paulus Antonius de Lagarde, *Hippolyti Romani quae feruntur omnia Graece*, Lipsiae et Londinii a. 1858. Cf v. cl. Funk, „Zur Philosophumena-Frage" in actis *Literarische Rundschau*, Friburgi a. 1881, num. 2, col. 33—38; v. cl. Georgius Salmon apud Smithium et Wacium, *A dictionary of christian biography*, vol. 3, Londinii a. 1882, p. 85b—105b.

adv plat: adversus Platonem de causa universi (Gall. vol. 2, p. 451—454).

anti *vel* antichr: demonstratio de Antichristo et in Susannam apud Marquardum Gude, Parisiis a. 1661; Combefisium, *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672, pars 1, p. 26—62 (Gall. vol. 2, p. 417—442, Lag. p. 1—36). Varias lectiones ex versione Slavonica vetere edidit v. cl. Adolf. Harnack, „Ueber eine in Moskau entdeckte und edirte altbulgarische Version der Schrift Hippolyts ‚de Antichristo'" *Zeitschrift für die historische Theologie*, a. 1875, p. 38—61.

cantic: commentarius in Cantica Canticorum (Lag. p. 200); vide Tischendorfium, *Anecdota sacra et profana*, ed. repetit. Lipsiae a. 1861, p. 227.

cat Niceph[138]: in editione Lagardii, p. 138.

charis *vel* charism: *περὶ χαρισμάτων* (Gall. vol. 2, p. 500—513); est frag ex Apost. Constt. VIII.; vix est Hippolyti.

chri et anti *vel* antichri: *vide* anti

cod brit[138]: in editione Lagardii, p. 138.

consumm: oratio de consummatione mundi et Antichristo ac secundo Domini adventu. Fortasse est Pseudo-Hippolyti (Lag. p. 92—123).

dan *vel* dani: commentarius in Danielem (Lag. p. 151—187); cf v. cl. Otto Bardenhewer, *Des heiligen Hippolyts von Rom Commentar zum Buche Daniel*, Friburgi in Brisgovia a. 1877, et v. cl. Eduardus Bratke, *Das neuentdeckte vierte Buch des Daniel-Commentars von Hippolytus*, Bonnae a. 1891.

delag: editio Lagardii supra laudata.

fin mund: *vide* consumm

fragm: fragmentum ex commentario in Genesin (Gall. vol. 2, p. 477—484).

lag: editio Lagardii supra laudata.

noet *vel* contr noet: contra haeresim Noeti cuiusdam (apud G. Vossium, *Miscellanea sanctorum aliquot patrum*, Moguntiae a. 1604 (ad finem editionis Gregorii Thaumaturgi), p. 58-71. Gall. vol. 2, p. 454—465, Lag. p. 43—57).

phil *vel* philosoph: philosophumena sive refutatio omnium haeresium; post Emm. Millerum, Oxoniae a. 1851 (qui Origeni tribuit) ediderunt Ludovicus Duncker et F. G. Schneidewinus, Gottingae a. 1859. Ex libro primo, in quo philosophorum sententiae recensentur, nomen „Philosophumena" ad ceteros libros male a quibusdam translatum est.

prov: commentarius in Proverbia (Mai. *Nova patrum bibliotheca*, vol. 7 (a. 1854), p. 71—76, Lag. p. 196—200?).

ps: commentarius in Psalmos (Lag. p. 187—196).

susan *vel* susann: expositio in historiam Susannae (Gall. vol. 2, p. 442—447, Lag. p. 145—151).

theoph: homilia in sanctam theophaniam (Gall. vol. 2, p. 491—504 Lag. p. 36—43).

Hom *vel* Homil cl *vel* clem *vel* epitom: *vide* Clem (2).

I.

Iac nis *vel* nisib: Iacobus iam ante concilium Nicaenum episcopus Nisibenus, mortuus anno 338; ei adtribuuntur homiliae duodeviginti et epistula synodica; apud Gallandium, vol. 5, p. I—CLXIV; Assemanus, vol. 1, p. 17—24, paene negat Iacobum Nisibenum quidquam scripsisse, et dicit eum saepe cum Iacobo Sarugensi confundi. Ad Mt 22,40 est 11, p. XI; ad 1 Co. 8,8 laudatur serm. 13, paragr. 3, p. XC. Sunt homiliae Aphraatis, cf supra, p. 1161.

Iac sarug: Iacobus Sarugensis, Batnarum in Mesopotamia episcopus inde ab anno 519 usque ad annum 521; vide Assemanum, vol. 1, p. 283b—340a.

Iacobus Iustus: Iacobus apostolus, Minor, Iustus.

Idacius: *vide* Vig var

Ign: Ignatius Antiochenus, floruit saeculo secundo ineunte. Apud Cotelerium, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis a. 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 2, p. 1—178, vide etiam appendicem voluminis, p. 183—448; apud Dresselium, *Patrum apostolicorum opera*, ed. 2, Lipsiae a. 1863 qua editione Tischendorfius usus est; hodie apud Zahnium [Gebhardt. Harnack. Zahn.], *Patrum apostolicorum opera*, fasc. 2, Lipsiae a. 1876; Lightfootium, ed. 2, Londinii a. 1889, voll. tribus.

antioch: ad Antiochenses.
ad heron: ad Heronem ecclesiae Antiochenae diaconum.
eph: ad Ephesios.
int *vel* intpol: Ignatii epistulae interpolatae.
magn: ad Magnesios.
philad: ad Philadelphenos.
philipp: ad Philippenses.
rom: ad Romanos.
smyrn: ad Smyrnaeos.
tars: ad Tarsenses.
trall: ad Trallianos.

Innocentius: Innocentius I, anno 401 episcopus Romanus constitutus. Opera edidit Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 20, col. 457—638. vol. 33, col. 779—788: epistulae apud Gallandium, vol. 8, p. 541—612; ad Hebr* (ante, vol. 2, p. 780) citatur ex Gallandio, vol. 8, p. 464.

Iob: Iobius monachus claruit fortasse anno 530, fragmenta scriptorum eius exstant apud Photium. Laudatur e Wetstenio.

Io. Armenus: e Wetstenio citatus.

Ioh thess: Iohannes archiepiscopus Thessalonicensis floruit anno 680; apud Gallandium, vol. 13, p. 185—197.

Ir *vel* Iren: Irenaeus, gente Asianus, ante annum 130 natus, episcopus Lugdunensis, libros adversus haereses circa annum 180 edidit.

Opera eius ediderunt Erasmus, Basileae a. 1526; Fr. Feuardentius, Parisiis a. 1639; Grabius, Oxonii a. 1702; Renatus Massuet, Parisiis a. 1712; Adolfus Stieren, Lipsiae a. 1853; W. Wigan Harveius, Cantabrigiae a. 1857. Citat Tischendorfius paginas editionis Massuetianae, quae in editionibus Stierenii et Harveii adnotantur; usus est imprimis Stierenio.

adv haer: adversus haereses libri quinque, quorum primi magnas partes Epiphanius exscripsit; alii non nisi in interpretatione Latina exstant.
cat: notandum est Tischendorfium in apparatu critico ad Mc 16,19 citare *cat* ex pagina corrigendorum et addendorum, quae paginam 498 primi Crameri catenae voluminis sequitur.
erasm: editio Erasmi supra laudata.
ex Seniorib: loco laudato videtur Irenaeus verba ecclesiae veteris seniorum dare.
feuard: editio Feuardentii supra laudata.
gnost: Gnosticorum apud Irenaeum adductorum fragmenta conlegit Stierenius in appendice.
grab: editio Grabii supra laudata.
harv: editio Harveii supra laudata.

int: versio vetus Latina Irenaei vel exeunte saeculo secundo vel, quam amant opinionem Westcottus Hortiusque, saeculo quarto facta.

mass: editio Massueti supra laudata.

pfaff: Chr. Matthaeus Pfaff, qui fragmenta quaedam sub nomine Irenaei in codice Taurinensi nunc deperdito repperit et diligenter edidit quam editionem omnes post repetierunt editores; haec fragmenta originem ducunt ex libris quos Irenaei aetate certe non multo post illud tempus scriptos esse, veri est simile, sed non sunt Irenaei ipsius.

stier: editio Stierenii supra laudata.

voss: codex Vossianus, magnae auctoritatis; vide Stierenium, p. XVII sqq.

Isaacus Catholicus, Armenus, claruit fortasse anno 1150; apud Gallandium, vol. 14, p. 411—446. Laudatus est e Wetstenio et fortasse e Canisio.

Isai: Isaias, abbas Scetensis, floruit fortasse saeculo quarto medio, scripsit orationes sive sermones undetriginta; apud Gallandium, vol. 7, p. 277—321 [329]; de Isaia vide ibidem, p. VI; apud Magnium, *Patrol. Gr.* vol. 40, col. 1103—1214.

Isid: Isidorus Pelusiota Aegyptius claruit intra annos 412 et 431. Epistularum eius de interpretatione divinae scripturae libros tres edidit Iacobus Billius Parisiis; hos iterum edidit Conradus Rittershusius (cuius editione usus est Tischendorfius) addito libro quarto, Heidelbergae a. 1605 (denuo a. 1615); liber quintus prodiit Francofurti a. 1629 cura Andreae Schotti; quinque denique libri prodierunt Parisiis a. 1638. Apud Mign. *Patrol. Gr.* vol. 76, col. 1—1674.

Iulian imp: Iulianus imperator, apostata, natus anno 331, mortuus est anno 363. Laudatur ex Cyrillo Alexandrino, vide Cyr. iul.

Iulian *vel* Iulian pelag: Iulianus, Italus, aliquando episcopus oppidi parvi in Italia, ob doctrinam Pelagianam sede pulsus, claruit intra annos circiter 417 et 450. Laudatur ex Augustino.

Iulianus episcopus Toletanus annis 680—690. Nescio an adductus sit. Multa scripsit. Vita sola Hildefonsi exstat.

Iul pap: Iulius pontifex Romanus inde ab anno 337, mortuus est anno 352. Duae epistulae eius inveniuntur apud Athanasium in „Apologia de fuga“; apud Gallandium, vol. 5, p. 1—15. Exstant et alia scripta nomini eius ab Apollinaristis ut videtur supposita.

Iunil: Iunilius episcopus Africanus claruit anno circiter 550, scripsit libros duos „de partibus divinae legis“, qui libri prodierunt Basileae, a. 1545 (1546?), et Francofurti ad Viadrum a. 1603; et apud

Gallandium, vol. 12, p. 77—92; et apud v. cl. Henricum Kihn, *Theodor von Mopsuestia und Iunilius Africanus als Exegeten. Nebst einer kritischen Textausgabe von des letzteren Instituta regularia divinae legis*, Friburgi in Brisgovia a. 1880 („Instituta" separatim etiam prodierunt).

Iust *vel* Iustin: Iustinus Martyr, patria Samaritanus ex urbe Neapoli, ex gentili Christianus, scripsit Antonino Pio regnante et coronam fidei Romae accepit.

Opera eius ediderunt Robertus Stephanus, Lutetiae a. 1551 (editio princeps); Fridericus Sylburgius, Heidelbergae a. 1593; Fredericus Morellus, Parisiis a. 1615, iterum a. 1636; nescio qui Coloniae vel potius Vitebergae a. 1686 pessime (vide Ottonis prolegomena); Styanus Thirlbius, Londinii a. 1722; Prudentius Maranus, monachus congregationis S. Mauri, ordinis S. Benedicti, Parisiis a. 1742 (editio haec paucis mutatis repetita est Venetiis a. 1747 et ab Andrea Gallandio, *Bibliotheca veterum patrum*, Venetiis a. 1765, vol. 1); Ioannes Carolus Theodorus Otto, Ienae a. 1842—1847, iterum a. 1847—1850, tertium a. 1876—1879; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 6, col. 1—800 et 1181—1600; libros selectos ediderunt Ioannes Ernestus Grabe, Oxoniae a. 1700; H. Hutchinus, Oxoniae a. 1703; Samuel Iebbius, Londinii a. 1719. Volumina editionis huc usque praecellentis Ottonis, ad titulos singulos adposui.

ap *vel* apo *vel* apol: apologiae (sive apologiae duae) pro Christianis (Otto. 1. 1).

dial: dialogus cum Tryphone Iudaeo (Otto. 1. 2); apologiae et dialogus etiam apud Gallandium, vol. 1, p. 411—608.

coh: cohortatio ad Gentiles (Otto. 2); opus addubitatum, quod ni fallor Apollinaris Laodicenus scripsit.

or ad gent: oratio ad Gentiles vel ad Graecos (Otto. 2): opus addubitatum.

qu *vel* quaest: *vide* Ps-Iust *et* Quaest *et* Orthod ^{qu}

rect fid: *vide* Ps-Iust

resurr: de resurrectione (Otto. 2. append.).

tr *vel* try *vel* tryph: *vide* dial

zen: epistula ad Zenam, cf Ps-Iust.

Iust ^{gnost}: Iustinus gnosticus, apud Hippolytum, vide Hipp ^{phil}.

Iuv *vel* Iuvenc: Iuvencus, Hispanus, poeta et presbyter historiae evangelicae libros quattuor versu heroico scripsit, floruit anno circiter 330. Ediderunt Faustus Arevalus, Romae a. 1792; Carolus Marold, Lipsiae a. 1886; Iohannes Huemer, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. XXIV*, Vindobonae a. 1871. Apud Gallan-

dium, vol. 4, p. [585] 601—630. De Iuvenco vide Sabatarium, vol. 1, p. XLII sqq.

L.

Lact *vel* Lactant: Lucius Caelius Firmianus Lactantius, Africanus, anno fere 260 natus, fortasse brevi post a. 290 Nicomediam se contulit anno circ. 307 in Galliam ubi anno circiter 340 mortuus est. Apud Gallandium, vol. 4, p. 225—436; prodierunt iam *divinae institutiones et epitome divinarum institutionum* e recensione v. cl. Georgii Brandt [*Corp. scrr. eccl. Lat. XIX, 1*], Vindobonae a. 1890. De Lactantii lectionibus biblicis, quarum tamen plerasque Vetus Testamentum suppeditavit, vide Rönschium, *Zeitschrift für die historische Theologie*, a. 1871, p. 531—629.

Lcif *vel* Lucif: Luciferus, Calaritanus in Sardinia episcopus, quater exsul, mortuus est anno 371. In *Maxima bibliotheca veterum patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 4, p. 180—253. Opuscula ediderunt I. Dominicus et Iacobus Coleti, Venetiis a. 1778. Apud Gallandium, vol. 6, p. 153—260; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 13, col. 765—1048; apud Hartelium, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. XIV*, Vindobonae a. 1886, cuius editio sola citationes sacrae scripturae bene praebet et immutatas.

athan: pro sancto Athanasio, libri duo.

Leo: Leo I., Magnus, pontifex Romanus inde ab anno 440, mortuus est anno 461. Opera eius prodierunt Coloniae Agrippinae a. 1561; e secundis curis Paschasii Quesnel, Lugduni a. 1700; curantibus Petro et Hieronymo fratribus Ballerinii, Venetiis a. 1753—1757, tomis tribus. Apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 54.

serm: sermones.

ep ad Flavianum: apud Vossium, *Miscellanea sanctorum aliquot patrum*, Moguntiae a. 1604 (ad finem editionis Gregorii Thaumaturgi), p. 144—164 [183]; apud Frontonem-Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 485—493; apud Mignium, vol. 54, col. 751—782.

Leont: Leontius, advocatus Byzantinus, monachus, floruit saeculo sexto medio. De sectis apud Frontonem-Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 493—533. Apud Canisium, *Lectiones antiquae*, ed. Basnag. Antverpiae a. 1725, vol. 1, p. 525—630; apud Gallandium, vol. 12, p. 623—718; cf v. cl. Fridericus Loofs, *Leontius von Byzanz und die gleichnamigen Schriftsteller der griechischen Kirche* [Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen. III, 1.2*], Lipsiae a. 1887 [1888].

Leontius Hierosolymitanus: cf Angelus Maius, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae vol. 9, p. 410—610, ubi opus Leontii adversus Nestorianos invenies.

liber de trin et spir sancto Vigilio Tapsensi fortasse iure adscribitur; vide Athan.

Liberatus archidiaconus Carthaginiensis claruit anno 554. Apud Gallandium, vol. 12, p. 119—118; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 68, col. 963—1096.

codd Liberati: vide ibidem, p. 154 Aa.

Lugdun ep *vel* epist: epistula ecclesiarum Lugdunensis et Viennensis anno 177 circiter scripta. Apud Eusebium, *Historia ecclesiastica* lib. 5, cap. 1, par. 15.

M.

Mac *vel* Macar: Macarius senior, Magnes, presbyter Aegyptius, claruit anno 373. Apud Gallandium, vol. 7, p. 1—254. Cf v. cl. Theodorus Zahn, *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, Gothae a. 1878, vol. 2, p. 450—459.

cust cord *vel* custod: de custodia cordis liber.

elev: de elevatione mentis liber.

hom: homiliae spirituales quinquaginta de integritate quae decet Christianos.

orat: de oratione liber.

pat *vel* pati *vel* patient: de patientia et discretione liber.

Mac *vel* Macar Chrysoc *vel* Chrysoceph: Macarius Chrysocephalus, Philadelphiae archiepiscopus, saeculi fortasse quarti decimi; de Macarii Chrysocephali tempore vide I. A. Fabricium, *Bibliotheca Graeca*, ed. Harlesius, Hamburgi a. 1802, vol. 8, p. 676—677, qui fortasse iniuria eum anno 1351 claruisse putat; vide Cavium, vol. 2 sub finem, dissert. 1, p. 12. Fragmenta, Clementis Alexandrini ad Lc 9,54, apud Gallandium, vol. 2, p. 153—157. De *Or* vide *Or* et vide Gallandium, vol. 14, append. p. 86.

Mac hier: Macarius primus, episcopus Hierosolymitanus a. 311 (312) —333 (inter 331 et 335). Laudatur e Gelasio et e concilio Nicaeno.

Man: Manes, Persa, haereticus, floruit anno 277; apud Epiphanium.

Manich: Manichaei, sectatores Manetis modo dicti. Cf disputationes Manichaei cum Christiano, apud Maium, *Nova patr. bibl.* vol. 4 (1847), pars 2, p. 80—110 (113).

mans: *vide* auct mans.

Manuel Caleca: Graecus, monachus, floruit anno 1360; vide Cavium, vol. 2, append. p. 65 sq.

Opus eius de essentia et operatione invenies apud Combefisum, *Bibliothecae Graecorum patrum auctarium novissimum*, Parisiis a. 1672, pars 2, p. 1—67 et p. 118—134 secundae seriei de fide deque principiis Catholicae fidei p. 182—297.

Maras: Maras episcopus Amidae anno 520, anno fere post sede pulsus ob haeresim Monophysitarum; apud Assemanum, vol. 2, p. 48a-53b.

Mar Merc: Marius Mercator, fortasse Afer, floruit anno 418, Nestorii adversarius, Nestorii sermones aliaque scriptorum eius Latine vertit; apud Garnerium, Parisiis a. 1673; Balusium, Parisiis a. 1684; Gallandium, vol. 8, p. 613—738; Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 48.

Marc *vel* Mcion: Marcion, Ponticus, saeculo secundo medio Romae Gnosticus Anti-Iudaïcus fit; apud Tertullianum, Origenem, Hippolytum, Epiphanium; vide Millium, *Novum Testamentum Graecum*, Oxonii a. 1707, proll. p. XXXIII—XXXVI; Hilgenfeldium, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, a. 1855, p. 426—484; Nitzschium, *Zeitschrift für die historische Theologie*, a. 1860, p. 285—288; v. cl. Theodorum Zahn, *Geschichte des Neutestamentlichen Canons. II, 2,1*, Erlangae et Lipsiae a. 1891, p. 409—529; cf v. cl. Adolfus Harnack, *Geschichte der altchristlichen Literatur*, Lipsiae a. 1893, pars 1, p. 191—197 et index sub voce Marcion.

Marcionistae: cf quae ex iis adferuntur in dialogis Adamantii (ut supra, p. 1181, dial vel dial ^{marc}, vide Hortium).

Marc $^{diad\ vel\ diado}$: Marcus Diadochus, episcopus Aegyptius, floruit anno 356; exstat sermo contra Arianos quem fertur scripsisse; hunc edidit Gr.-Lat. Iohannes Rodolfus Wetstein, Amstelodami a. 1694; exstat cum interpretatione Iohannis Baptistae Gallicciolli apud Gallandium, vol. 5, p. 242—249; apud Mignium, *Patrol Gr.* vol. 65, col. 1141—1210.

Marcus ^{gnost}: Marcus Gnosticus, in occidente degens post saeculum secundum medium; apud Irenaeum et Hippolytum.

Marc ^{mon} *vel* Mc ^{mon}: Marcus, Aegyptius, monachus, floruit saeculo quarto exeunte; apud Frontonem-Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 869—984; et apud Gallandium, vol. 8, p. 1—104; de Marco vide ibidem p. III. IV.

de lege spir: de paradiso et lege spirituali (Par. 1624, vol. 1, p. 871—888.

de poenit: de poenitentia (Par. 1624, vol. 1, p. 907—917).

disput: disputatio cum quodam caussidico (ibid. p. 964—981).

Marcos *vel* Marcosii: sectatores Marci Gnostici; apud Irenaeum et Hippolytum.

Matern: Iulius Firmicus Maternus, floruit fortasse anno circiter 340.
prof relig: de errore profanarum religionum ad Constantium et Constantem Augustos; apud Iacobum Ouzel, *Minucii Felicis Octavius*, Lugduni Batavorum a. 1652 (repet. a. 1672); cura Gronovii, Lugd. Bat. a. 1709; Gallandii, vol. 5, p. 21—39; Oehleri, Lipsiae a. 1847; Mignii, *Patrol. Lat.* vol. 12, col. 971—1048; Conradi Bursian, Lipsiae a. 1856; Caroli Halm [*Corp. scr. eccl. Lat. II*], Vindobonae a. 1867, p. 73—137.

Max *vel* Max Conf: Maximus Confessor, Constantinopolitanus, natus anno 580, primum imperatori a secretis, aliquando abbas, deinde exsul, mortuus est anno 662. Opera eius ediderunt Franciscus Combefis, Parisiis a. 1675, tomis duobus; Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 90.91. Scholia eius in Dionysium Areopagitam insunt in editione Corderiana Dionysii.
dial: dialogi quinque de sancta Trinitate.
diff: de variis difficilibus locis ss. pp. Dionysii et Gregorii. Has quaestiones edidit Franciscus Oehler, Halis a. 1857 (*Anecdota Graeca*, vol. 1).
mystag: de ecclesiastica mystagogia sive liturgiae expositio; edita Augustae Vindelicorum a. 1599, et apud Frontonem-Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 2, p. 166—197.
tri *vel* trin: *vide* dial

Max taur *vel* Maxim: Maximus, Augustae Taurinorum episcopus, floruit anno 422.
hom: homiliae editae Coloniae a. 1535 (editio princeps); Romae 1564; in *Maxima bibliotheca veterum patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 6, p. 1—49a; a Brunone Bruni, Romae 1784; a Gallandio, vol. 9, p. 347—395; a Mignio, *Patrol. Lat.* vol. 57.

Maximin arian *vel* episc aria: *vide* Aug cont maxim

Mcell: Marcellus, Ancyrae in Galatia episcopus, floruit anno 330, mortuus est anno 372; apud Eus marc.

Mc mon: *vide* Marc mon

Mcion: vide Marc

Mcii *vel* Mcos: *vide* Marcosii

Melet: Meletius, gente Armenius, episcopus Sebastensis, anno 360 episcopus Antiochenus; sermo eius celeberrimus invenitur apud Epiphanium, *Panarium*, 3, 1, haer. 73, cap. 29—33; apud Gallandium, vol. 5, p. 100—104.

Melit: Melito, episcopus Sardensis, floruit anno 170. Fragmenta exstant apud Eusebium; vide etiam Gallandium, vol. 1, p. 677—679; Martinum Iosephum Routh, *Reliquiae sacrae*, ed. 2, Oxonii

a. 1846, vol. 1, p. 113—153 et I. C. T. Ottonem, *Corpus apologetarum christianorum saeculi secundi*, Ienae a. 1872, vol. 9, p. 374—478. Clavis a v. cl. Pitra in Spicilegio Solesmensi editus vel spurius vel misere interpolatus est.

Meth *vel* Method: Methodius Eubulius, episcopus Tyrius (vel, ut alii dicunt, episcopus Olympiae in Lycia), floruit anno 290, Origenis doctrinarum adversarius, coronam fidei anno 311 Chalcide in Graecia (? in Coele-Syria?) accepit. Cf v. cl. Vatroslavius Iagić, „Die neuesten Forschungen über die slavischen Apostel Cyrill und Methodius" in actis *Archiv für slavische Philologie*, vol. 4, p. 97—128.

Opera eius edidit Combefisius, Parisiis a. 1644, in Amphilochii operibus. Exstant praeterea apud Gallandium, quo Tischendorfius editore usus est, vol. 3, p. 663—832; apud Mignium, *Patrologia graeca*, vol. 18, ubi etiam fragmenta ex Epiphanio (unde *epiph*) et Photio (unde *phot*) inveniuntur; apud Albertum Iahn, Halis Saxonum a. 1865. Cf v. cl Nathanael G. Bonwetsch, *Methodius von Olympus. I. Schriften*, Erlangae et Lipsiae a. 1891, qui e codicibus Palaeo-Slavonicis hausit.

conv *vel* conviv: convivium decem virginum sive de castimonia, apud Combefisium, *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672, pars. 1, p. 64—162.

resurr: de resurrectione libri contra Origenem fragmenta.

sym et an: oratio de Symeone et Anna; negant nonnulli hanc Methodii esse.

virg vel virgg: *vide* conv.

Mich. Cerular.: Michael Cerularius, anno 1043 patriarcha Constantinopolitanus, mortuus est anno 1058. Apud Cotelerium, *Ecclesiae Graecae monumenta*, Parisiis anno 1681, vol. 2.

Monoimos: Monoimus Arabs, de quo vide *Hipp* phil.

Montan episc: Montanorum episcopus ex Eusebio citatus et in conlatione Carthaginiensi.

Mutianus: Mutianus Scholasticus, floruit anno circiter 550, homilias triginta quattuor Chrysostomi Latine vertit.

N.

Naas *vel* Naass: Naasseni, id est serpentis cultores qui etiam se Gnosticos nominant; apud Hippolytum, vide *Hipp* phil cuius paginae ad nomen adpositae sunt.

Naz: Gregorius, episcopus Nazianzenus inde ab anno circiter 370, mortuus est anno 389. Opera edidit Morellius, Parisiis a. 1609.1630.

amor paup: oratio de pauperum amore.

apol *vel* apolog: apologeticus de fuga sua.

eunom: de theologia orationes quinque contra Eunomianos et Macedonianos.

pentecost: oratio in s. pentecosten.

Naz *vel* Nazar ev: Nazaraeorum evangelium; erant Nazaraei secta Iudaeo-Christiana saeculo secundo ineunte quae evangelium unicum „Matthaei" vel „Hebraeorum" agnovit; fragmentum apud Hieronymum, vide *Hier* esai; cf v. cl. Adolfus Hilgenfeld, *Evangeliorum secundum Hebraeos* etc [*Novum Testamentum extra canonem receptum*], ed. 2, Lipsiae a. 1884, fasc. ult. p. 14.

Nestor: Nestorius, Syrus, presbyter Antiochenus, inde ab anno 428 episcopus Constantinopolitanus, sede pulsus in exsilio mortuus est. Opera apud Cyrillum, et apud Marium Mercatorem (ed. Garner.).

Niceph: Nicephorus, patriarcha Constantinopolitanus creatus anno 806, imaginum cultum defendens anno 815 sede pulsus, inde confessor dictus, supremum diem obiit anno 828. Mignius, *Patr. Gr.* vol. 100, col. 9—1068; — Maius *Nov. patr. bibl.* vol. 5 (1849).

chronog. breviar.: chronographiae breviarium, apud Georg. Syncellum, Bonnae a. 1829, vol. 1, p. 735—788; — *MPG*, vol. 100, col. 995—1060.

Nicet heracl: Nicetas Serron Serrarum primo in Macedonia episcopus, deinde metropolita Heracleae Ponti in Thracia, floruit saeculo undecimo, scripsit commentarium in Nazianzeni orationes et composuit catenas pluras. Cf Maius, *Nova patr. bibl.* vol 4.

Nicon: Nicon, Armenius, monachus, claruit anno circiter 961, mortuus est anno circiter 998, scripsit librum de impia pessimorum Armeniorum religione; apud I. B. Cotelerium, *Patrum . . . apostolicorum opera*, Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 235—236, et in „appendice prima monumentorum ad constitutiones apostolicas"; apud Gallandium, vol. 3, p. 249—251.

Nilus: Nilus Asceta, praefectus Constantinopolitanus, postea monachus Sinaiticus, in vivis erat anno 430. Apud Mign., *Patrol. Gr.* vol. 79.

Nonn: Nonnus Panopolitanus floruit anno circiter 410, scripsit paraphrasim evangelii Ioannis. Prodiit cura Erhardi Hedenecii, Basileae a. 1571; Friderici Sylburgi, Heidelbergae a. 1596; Mignii, *Patrol. Gr.* vol. 43, col. 615—1284; Augustini Scheindler, Lipsiae a. 1881. Tischendorfius usus est editione Francisci Passow, Lipsiae a. 1834.

Nov *vel* Novat: Novatianus, presbyter Romanus, anno 252 episcopus schismaticus factus, sectam Catharorum condidit. Apud Gallandium, vol. 3, p. 285—323; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 3.

tri *vel* trin: liber de trinitate, anno circiter 257 scriptus.

Nyss: Gregorius, inde ab anno circiter 370 episcopus Nyssensis. Opera ediderunt Fronto-Ducaeus, Parisiis a. 1615 (appendicem addidit Iacobus Gretser, Parisiis a. 1618 et denuo prodiit a. 1638 editio haec); Gallandius, vol. 6, p. 515—716; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 44—46; Franciscus Oehler, Halis Saxonum a. 1865. Tischendorfius usus est editione Gretseriana et iis quae Maius dat *Nova patrum bibliotheca*, vol. 3, p. 1—39.

adv ari: sermo adversus Arium et Sabellium, apud Maium, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae vol. 8 (a. 1833), (append.) p. 1—9; contra Macedonianos, p. 10—25, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1847, vol. 4, p. 1—15; alia Gregoriana usque ad p. 53.

anim et res: de anima et resurrectione dialogus; apud Io. Chph. Wolfium, *Anecdota Graeca*, Hamburgi a. 1722, vol. 2, p. 274—348, et vol. 3 (1723), p. 1—47; apud Iohannem Georgium Krabinger, Lipsiae a. 1837.

antirrh: antirrheticus adversus Apollinarem; apud Gallandium, vol. 6, p. 517—577.

cant: in Cantica Canticorum explanatio.

eccles: in Ecclesiastem conciones octo.

euno *vel* eunom: contra Eunomium libri tredecim.

orat II. in Gen 1.38: oratio catechetica.

orat de virg: oratio de virginitate vera et corrupta.

orat dom: de oratione dominica homiliae quinque.

resurr: *vide* anim et res.

steph: oratio in S. Stephanum protomartyrem.

O.

Oec *vel* Oecum: Oecumenius Triccae in Thessalia episcopus, incertae aetatis, fortasse saeculi decimi exeuntis, consarcinavit explanationem in Novum Testamentum ex scriptis patrum inde a Papia usque ad Aretam; exstant enarrationes in Acta apostolorum, in epistulas Pauli omnes, in omnes canonicas. Has edidit Donatus, Veronae a. 1532, fol., repetita a. 1562. Prodierunt etiam Parisiis a. 1631, fol.; apud Mignium, *Patrologia Graeca*, vol. 118, col. 9—1332, vol. 119, col. 9—722.

Olympiodor: Olympiodorus, diaconus Alexandrinus, floruit fortasse anno circiter 501, scripsit inter alia commentarium brevem in Ecclesiastem; apud Frontonem Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 2, p. 602—680.

Op: opus imperfectum in Matthaeum, olim Chrysostomo falso adscriptum, scriptori Ariano ut videtur tribuendum; Latine tantum exstat, utrum autem Latine an Graece scriptum sit ambigitur.

Optat: Optatus, Afer, episcopus Milevitanus, floruit anno circiter 368. Ediderunt Iohannes Cochlaeus, Moguntiae anno 1549, Franciscus Balduin, Parisiis a. 1563, et denuo a. 1569, Ludovicus Ellies Dupin, Parisiis a. 1700, et denuo Amstelodami a. 1701, et tertio Antverpiae a. 1702. Apud Gallandium, vol. 5, p. 459—509 [603]; apud Migniun, *Patrol. Lat.* vol. 11, col. 759—1506. Edidit v. cl. Carolus Ziwsa [*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum XXVI*], Vindobonae a. 1893.

donat *vel* cont donat: de schismate Donatistarum adversus Parmenianum sectae Donatisticae Carthagine episcopum, libri septem.

Or: Origenes, Alexandriae anno 186 natus, scholae catecheticae Alexandrinae antistes iam anno 203, Romam, Arabiam, Palaestinam invisit, anno 231 ex schola expulsus Caesareae scholam condidit, multa in vinculis propter fidem passus denique supremum diem anno 254 Tyri obiit. Opera eius ediderunt Carolus Delarue, Parisiis a. 1733—1749, tomis quattuor (iterum typis recusa Wirceburgi a. 1780—1787 tomis duodecim); Carolus Henricus Eduardus Lommatzsch, Berolini a. 1831—1848, tomis viginti quinque; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 11—17 (Mignius fragmenta multa praebet quae in prioribus editionibus desunt). Cf etiam Iohannes Baptista Pitra, *Analecta sacra.*

cant: commentarius in Cantica Canticorum; Latine exstat, sed etiam fragmenta Graeca supersunt.

contr cels: contra Celsum libri octo. Ediderunt David Hoeschel Augustae Vindelicorum a. 1605; Guilelmus Spencer, Cantabrigiae a. 1677.

ezech: in Ezechielem tomi 25 homiliarum Latine versarum; fragmenta Graeca supersunt.

huet: Petrus Daniel Huetius Origenis commentarios in ss. scripturas edidit Rotomagi a. 1668, Parisiis a. 1679.

int: interpretatio Latina quae nunc Hieronymi est, nunc Ruffini, nunc ex ignoto quodam sed vetere commentarii in Matthaeum interprete.

iob: in Iobum homiliae. Lc: commentarius in Lucam.

Mt: commentarius in Matthaeum.

not: notitia Tischendorfiana.

phil *vel* philoc *vel* philocal: Philocalia, ex Origenis scriptis a Gregorio et Basilio excerpta facta. Cf v. cl. Paulus Kötschau,

Die Textüberlieferung der Bücher des Origenes gegen Celsus in den Handschriften dieses Werkes und der Philokalia [Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen. VI, 1*], Lipsiae a. 1889 [1891], et v. cl. I. Armitage Robinsonus, *The Philocalia of Origen. The text revised with a critical introduction and indices*, Cantabrigiae a. 1893.

princ *vel* de princ: *περὶ ἀρχῶν* libri quattuor anno 233 scripti. Praeter fragmenta Latine tantum exstat.

prov *vel* proverb: fragmenta in Proverbia Salomonis, apud Tischendorfium, *Notitia editionis codicis bibliorum Sinaitici*, Lipsiae a. 1860, p. 74—122, et apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1854, vol. 7, part. 1, p. 1—56.

Oros: Paulus Orosius, Hispanus, presbyter Tarraconensis, floruit anno 416. Opera edidit Mignius, *Patral. Lat.* vol. 31, col. 635—1216; v. cl. Carolus Zangemeister, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum, V*, Vindobonae a. 1882.

contr pelag *vel* pelag: apologeticus contra Pelagianos de arbitrii libertate; in *Magna bibliotheca patrum*, Coloniae Agrippinae a. 1622, vol. 15, p. 144—156.

Orsies: Oresiesis, monachus Tabbennensis, floruit anno 344; de Oresiesi vide Basnagium in libro Canisii, *Lectiones antiquae*, Antverpiae a. 1725, p. 163—167, in primis 166. Apud Gallandium, vol. 5, p. 40—51; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 40, col. 867—896 et vol. 103, col. 451—476.

Orthod qu: *vide* Ps-Iust.

P.

Pacian: Pacianus, Hispanus, episcopus Barcilonensis floruit anno circiter 370. Apud Gallandium, vol. 7, p. 255—276; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 13, col. 1051—1094.

ep: epistulae tres ad Sympronianum Novatianum.

paraen: paraenesis sive exhortatorius libellus ad paenitentiam.

serm bapt: sermo de baptismo.

Pallad: Palladius, Galata, natus anno 368, aliquamdiu fortasse Helenopoli in Bithynia episcopus, qui multas visit terras, dialogum de vita et conversatione Ioannis Chrysostomi scripsit, cf Montefalconii et aliorum editiones operum Chrysostomi; apud Gallandium, vol. 8, p. 257—330.

hist laus: historia Lausiaca seu de sanctorum patrum vitis ad Lausum cubiculi praefectum, anno circiter 421 scripta; apud Cotelerium, *Monumenta ecclesiae Graecae*, Parisiis a. 1686.

vol. 3, p. 158; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 34, col. 991—1278.

Pamp *vel* pamphil: Pamphilus, Phoenix, presbyter Caesareae et bibliothecae Caesareensis conditor, floruit anno 294, martyrii coronam anno 309 accepit. Apud Gallandium, vol. 4, p. 1—48. Cf etiam editiones operum Origenis.

apol: apologetici pro Origine libri qninque Latine tantum servati.

de actis: expositio capitum Actuum apostolorum, apud Montefalconium, *Bibliotheca Coisliniana*, Parisiis a. 1715, p. 78-82.

lat: interpretatio Latina.

pass: acta passionis Pamphili; apud Gallandium, vol. 4, p. 41—47; vide Curetonium, *History of the martyrs in Palestine*, Londini a. 1861, p. 36—45.

Papias: Papias Hierapoleos Phrygiae episcopus, Polycarpi amicus, mortuus est anno 163. Adductus est ex Eusebio. Ad Act 1,18 citatur Papias ex Theophylacto in Acta apostolorum; vide Gallandium, vol. 1, p. 318.319; Routhium, *Reliquiae sacrae*, Oxonii, ed. 2, vol. 1 (a. 1846), p. 1—44; Gebhardt. Harnack. Zahn. *Patrum apostolicorum opera*, fasc. 1, Lipsiae a. 1875, p. 180—196. Quae sub Papiae nomine Latine scripta sunt posteriorem Papiam, ipsum quoque Hieropolitanum, auctorem habent, grammaticum non ineruditum, ortu Lombardum, qui saeculo undecimo vocabularium vel elementarium scripsit.

Paul Sam *vel* samos: Paulus Samosatenus, inde ab anno 260 episcopus Antiochenus, ob doctrinam haereticam sede pulsus.

Paulin: Pontius Paulinus Meropius, Burgidalae in Gallia natus anno 353, Ausonii discipulus, posthac Romae senator, anno 391 baptizatus, anno 393 presbyter factus, postea nescio quo anno Nolae in Campania (unde Nolanus) episcopus, mortuus est anno 431. Opera eius prodierunt cum notis Frontonis Ducaei et Heriberti Rosweydi, Antverpiae a. 1622; cura Iohannis Baptistae le Brun, Parisiis a. 1685; apud Mign., *Patrol. Lat.* vol. 61, col. 11-936.

ep ad Sever: epistula ad Severum Sulpicium.

Paulin *vel* Paulin ambr: Paulinus Ambrosii diaconus et notarius floruit anno 420, vitam Ambrosii scripsit; apud Gallandium, vol. 9, p. 21—31 [42]; in Ambrosii operum editione Benedictina, vol. 2, append. col. I—XIV.

Pel *vel* Pelag: Pelagius, Britannus, aliquando abbas Banachorensis, Romam saeculo quinto ineunte visit, anno 405 haeresim novam disseminare coepit, anno 408 in Siciliam, anno 411 Hipponem, posthac in Aegyptum, Palaestinam venit; ubi et quando mortuus sit, latet. Cf Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 69.

com: commentarii vel expositionis in epistulas Paulinas libri quattuordecim misere mutilati sub Hieronymi nomine inter Hieronymi opera editi sunt.

demetri *vel* demetriad: epistula ad Demetriadem de virginitate. Edidit Iohannes Salomon Semler, Halae Magdeburg. a. 1785.

Perat: Peratae, secta Christiana astrologica ab Hippolyto in libro quinto *Refutationis omnium haeresium* commemorata (unde *hipp*); vide Hipp phil et paginas in illo libro adlatas.

Petr *vel* Petr al vel alex: Petrus, inde ab anno 300 episcopus Alexandrinus, sacram martyrii coronam anno 311 accepit; apud Gallandium, vol. 4, p. 89—113; apud Routhium, vol. 4, p. 19—82; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 18, col. 451—522.

cdd bodl monac: vide Routhium, vol. 4, p. 70.

can: canones quattuordecim qui supersunt ex libro de paenitentia.

Petrus Iunior: Petrus, natus Callinici Mesopotamiae, inde ab anno 578 patriarcha Monophysitarum Antiochiae, obiit anno 591; vide Assemanum, vol. 2, p. 69a—82b.

Phil carp: Philo, incerti ortus, Romae ut videtur diaconus, Carpasiae in Cypro ab Epiphanio episcopus ordinatus est anno circiter 401, scripsit enarrationem in Cantica Canticorum. Apud Michaelem Angelum Giacomellum, Romae a. 1772; apud Gallandium, vol. 9, append. p. 713—769; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 40, col. 9—154.

Philast *vel* Philastr: Philastrius seu Philaster, fortasse Italus, post multas terras visas Brixiae episcopus constitutus, floruit a. 380.

haer: liber de haeresibus; apud Iohannem Albertum Fabricium, Hamburgi a. 1721; apud Gallandium, vol. 7, p. 475—521; apud Oehlerum, *Corpus haereseologicum*, Berolini a. 1856, vol. 1, p. 1—185; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 12, col. 1049—1310.

Phileas: Phileas, Aegyptius, episcopus Thmuitanus, fidei coronam anno 311 accepit, scripsit epistulam ad Thmuitas. Exstat apud Eusebium, apud Gallandium, vol. 4, p. 65—66; apud Routhium, vol. 4, p. 83—111.

Philocalia: *vide* Or phil

Philopon: Ioannes Philoponus, grammaticus Alexandrinus, sectae haereticae Tritheitarum auctor, floruit anno 601, scripsit de mundi creatione libros septem et disputationem de paschate; apud Balthasarem Corderium, Viennae Austriae a. 1630, et ex eo apud Gallandium, vol. 12, p. 471—622.

Phoebad: Phoebadius sive Phoegadius, Gallus, Agenni in Aquitania secunda episcopus, floruit anno 359, in vivis erat anno 392.

Laudat Sabatarius ea quae Phocbadius citat „non ex memoria ab auctore prolata, sed attente excerpta ab ipsis litterarum paginis, studioseque descripta".

contr Arian: liber contra Arianos; apud Casparum Barth, Francofurti a. 1623; apud Gallandium, vol. 5, p. 250—266; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 20, col. 9—30(50).

Phot: Photius, inde ab anno 858 patriarcha Constantinopolitanus, exsul intra annos 869 et 878, sedem eandem iterum tenuit, sed anno 886 denuo pulsus, brevi tempore post, ut videtur, obiit. Apud Mignium, *Patrologia Graeca*, vol. 101—104.

amphil *vel* amphiloch qu: Amphilochia sive in sacras litteras et quaestiones et diatribae ad Amphilochium sanctissimum Cyzici metropolitam, qui variarum quaestionum solutionem ad trecentarum usque numerum tempore tentationum flagitavit; vide Maium, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1825, vol. 1, p. 193—361 et vol. 9, p. 1—158; apud Mignium, vol. 101, col. 1—1190 et 1277—1296. Quaedam primus edidit Iohannes Christophorus Wolfius, ad calcem *Curarum philologicarum et criticarum in epp. Cath. et Apoc.*, ed. 2, Hamburgi 1741, p. 651—815.

cat: in catenis; fragmenta exstant etiam apud Mignium, vol. 101, col. 1189—1254.

ep: epistularum libri tres, apud Mignium, vol. 102, col. 585—1024.

ep ad Thdorum: apud Mignium est Amphil [quaest] 219, vol. 101, col. 992.

mani *vel* manich: narrationis de Manichaeis recens repullulantibus libri quattuor. Apud Montefalconium, *Bibliotheca Coisliniana*, Parisiis a. 1715, p. 349—375; apud Mignium, vol. 102, col. 9—264; apud Io. Chph. Wolfium, *Anecdota Graeca*, Hamburgi a. 1722, vol. 1, p. 1—216, vol. 2, p. 1—285.

Photii bibliotheca quae tam multa fragmenta ex scriptis virorum antiquorum praebet, invenitur apud Mignium, vol. 103, col. 9—1596, vol. 104, col. 9—430.

Pist *vel* Pist Soph: Pistis Sophia, liber Copticus dialecti Sahidicae (unde *sah*) ex schola Valentiniana saeculi tertii, textus „Marcosianus mixtus serior" Codex erat Antonii Askew (unde *sah* [askew]), nunc est Londinii in Museo Britannico. Exscripsit codicem Mauritius Gotthilf Schwartze, edidit I. H. Petermannus Berolini a. 1853; cf v. cl. Adolfus Harnack, *Texte und Untersuchungen VII, 2*, Lipsiae a. 1891 [1892], p. 1—114.

Polyc: Polycarpus Smyrnensis, mortuus est anno 155 vel 166. Apud Cotelerium, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis a. 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 2, p. 182—204; Dresselium, *Patrum apostolicorum opera*, ed. 2, Lipsiae a. 1863, quem Tischendorfius in testimonium vocat; — hodie apud Zahnium (Gebhardt. Harnack. Zahn.), *Patrum apostolicorum opera*, fasc. 2, Lipsiae a. 1876, p. 101—172; et apud Iosephum Barber Lightfoot, ed. 2, Londinii a. 1889.

phil: epistula ad Philippenses, brevi post annum 116 scripta.

mart *vel* martyr: martyrium Polycarpi sive epistula ad Smyrnensem ecclesiam de martyrio Polycarpi.

Polyc: Polycrates Ephesiorum episcopus floruit anno 196, scripsit epistulam ad Victorem ac Romanam ecclesiam; fragmenta exstant apud Eusebium. Apud Gallandium, vol. 2, p. 160—162; apud Martinum Iosephum Routh, *Reliquiae sacrae*, Oxonii, ed. 2, vol. 2 (a. 1846), p. 9—36.

Porph *vel* Porphyr: Porphyrius, Tyrius, philosophus, floruit post medium saeculum tertium, scripsit libros quindecim contra Christianos, qui iamdudum perierunt; vide ad Mt 13,35 verba ex Hieronymi breviario in Psalmum 77. Cf v. cl. Wagenmannus, „Porphyrius und die Fragmente eines Ungenannten in der athenischen Makariushandschrift" in actis *Jahrbücher für Deutsche Theologie*, Gothae a. 1878, vol. 23, p. 269—314.

Possidius: *vel* Possidonius, Afer, Calamae episcopus, floruit anno 430, scripsit Augustini familiaris sui vitam et indiculum scriptorum Augustini. Cf editiones operum Augustini.

Praedestin: Praedestinatus, liber quinto aut sexto saeculo ab incerto auctore ut videtur Gallicano scriptus, a Tischendorfio, in prolegomenis ad editionem septimam Novi Testamenti Graeci, p. CC—LXVIII, Vincentio Lerinensi, a Guerickio, *Handbuch der Kirchengeschichte*, ed. 6, Lipsiae a. 1846, vol. 1, p. 461, Arnobio minori (anno circiter 461), a Cavio Primasio, qui anno 550 floruit, adscriptus. Editus est a Iacobo Sirmondo, Parisiis anno 1643, a Gallandio, vol. 10, p. 357—399; a Mignio, *Patrologia Latina*, vol. 53, coll. 583—692; liber primus de haeresibus etiam a Francisco Oehler, *Corpus haereseologicum*, Berolini a. 1856, vol. 1, p. 227-268.

Praedicat. Petri: praedicatio Petri, liber apocryphus saeculi secundi, quem Clemens Alexandrinus et alii laudant. Cf v. cl. Adolfus Hilgenfeld, *Novum Testamentum extra canonem receptum*, ed. 2, Lipsiae a. 1884, fasc. 4, p. 51—65.

Prim *vel* Primas: Primasius, Afer, Adrumeti episcopus, floruit saeculo sexto medio.

apoc: commentaria mysticae expositionis in Apocalypsim ad Castorium. Librum Primasii ediderunt Winterus Basileae a. 1544 (*Bibl. max. patr.* vol. 10 secutus est editionem Parisinam e codice mutilo); Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 68, col. 407—936. Novissime et optime edidit v. cl. Haussleiter, *Forschungen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons. IV*, Erlangae et Lipsiae a. 1891, p. 1—224. Alium esse auctorem commentariorum in epistulas Paulinas qui sub Primasii nomine feruntur certissimum est.

Priscillianus: cf supra, p. 1151.

Procl: Proclus, inde ab anno 434 episcopus Constantinopolitanus, supremum diem obiit anno 446; in libro *Antidotum contra diversas . . . haereses*, Basileae a. 1528, fol. 176a—181a; apud Frontonem Ducaeum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 309 [falso 289 impressum]—318; apud Gallandium vol. 9, p. 601—704.

Proc *vel* Procop: Procopius, Gazaeus, sophista, floruit anno circiter 520.

esa *vel* esai: antiquorum in Esaiam prophetam commentariorum epitome a Carterio e codice valde mutilo edita.

Prom *vel* Promiss: liber incerti auctoris de promissionibus et praedictionibus Dei, olim Prospero Aquitano ad tributus, anno circiter 453 scriptus, partes quinque complectens; apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 51, col. 729—858, ubi col. 729—734 acute de auctore disputatur.

dim temp: dimidium temporis ad cuius finem implendae sunt visiones in scripturis sanctis factae de Antichristo; est pars quarta libri de promissionibus.

glor: de gloria regnoque sanctorum; est pars quinta eiusdem libri.

Prosp: Prosperus Aquitanus, laicus Pelagianorum et Semipelagianorum impugnator, floruit saeculo quinto, obiit anno circiter 455. Opera prodierunt Parisiis a. 1671; Bassani a. 1782; apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 51.

Prud: Aurelius Prudentius Clemens, Hispanus, poeta Christianus, natus anno 348, mortuus est fortasse anno circiter 410. Opera eius prodierunt Venetiis a. 1501; cura Fausti Arevali, Romae aa. 1788.1789, tomis duobus; apud Gallandium, vol. 8, p. 433—542; apud Mignium, *Patrologia Latina*, Parisiis a. 1847, vol. 59, col. 567—1078 et vol. 60, col. 1—596. Carmina edidit Albertus Dressel, Lipsiae a. 1860.

Ps-Ath *vel* Pseudo-Ath: opera Athanasio falso adscripta; in Athanasii operum editione Benedictina, Parisiis a. 1689, vol. 2; cuius voluminis paginas ad titulos singulos adposuimus.

castor: epistulae duae ad Castorem; nihil continent nisi Cassiani instituta Graece versa (p. 365—386; ed. Patav. vol. 2, p. 309—329).

cont sabell: de aeterna filii et spiritus sancti cum Deo exsistentia et contra Sabellianos. Opus ex homilia vicesima septima Basilii (p. 36—48; ed. Patav. vol. 2, p. 28—37).

dial trin: de sancta Trinitate dialogi quinque, ab aliis Maximo monacho, qui anno 645 floruit, ab aliis Theodoreto, qui floruit anno 423, adscripti (p. 471—539; ed. Patav. vol. 2, p. 406—473).

dispu: disputationis cum Ario coram Probo iudice, libri duo. Opus hoc Latinum est Vigilii Tapsensis (p. 631—642; ed. Patav. vol. 2, p. 561—696; et in operibus Vigilii apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 62, col. 155—180).

int: interpretatio Latina.

lat: Pseudo-Athanasiana Latine scripta vel solum Latine exstantia.

maced: liber forma dialogi conscriptus, in quo colloquuntur Orthodoxus et Macedonianus Pneumatomachus (p. 540—557 [560]; de auctore, num Theodoretus sit, vide p. 540); *vide etiam* dial trin *et* Thdrt dial.

occurs dom: sermo in occursum Domini, post Nestorii tempora scriptus (p. 415—426; ed. Patav. vol. 2, p. 355—365).

pass *vel* pass dom: in passionem et crucem Domini (p. 80—110; ed. Patav. vol. 2, p. 61—84).

quaest *vel* quaest antioch *vel* ad antioch: ad Antiochum principem, de multis et necessariis quaestionibus in divina scriptura controversis, quas nemo Christianus ignorare debet (p. 268—306; ed. Patav., vol. 2, p. 217—253). Nescio an Tischendorfius siglo *Quaest* alios ex multis libris Pseudo-Athanasianis „de quaestionibus" indicaverit.

serm cont omn haer: sermo contra omnes haereses (p. 230—238; ed. Patav. vol. 2, p. 181—189).

synops: synopsis sacrae scripturae. Opus vetus elegans (p. 124—204; ed. Patav., vol. 2, p. 95—156).

tri *vel* trin *vel* de trin ad Theophil: de Trinitate (p. 601—609, vide p. 602; ed. Patav. vol. 2, p. 530—550).

s. trin: *vide* dial trin.

virg: de virginitate sive de ascesi (p. 110—124; ed. Patav. vol. 2, p. 84—95).

Ps-Aug: Pseudo-Augustinus; est expositio in Apocalypsim, in Augustini operum editione Benedictina, Antverpiae a. 1700. tom. 3, part. 2, append. p. 143a.

Ps-Bas: Pseudo-Basilius; in Basilii operibus (vide *Bas*) vol. 1 append. et vol. 2 append.

bapt *vel* auct de bapt: de baptismo libri duo; apud Basilium, vol. 2 append., p. 624—673, vol. 2 append. Liber non videtur Basilii esse, quod monstravit Garnerius in praefatione ad volumen hoc § 12, p. LXXVII—LXXXV, in ed. Parisina alt. a. 1839 a Gaumio curata, p. LXXX—LXXXVIII. Ad Mt 5,22 citat Tischendorfius librum et quaestionem (2,5), non ut alibi voluminis paginam.

Ps-Chr: Pseudo-Chrysostomus; in Chrysostomi operibus (vide *Chr*).

pseudopr: de pseudoprophetis, ex editione Saviliana.

Ps-Clem: *vide* Clem (2)

Pseudo-Cyprianus: cf v. cl. C. Wundererus, *Bruchstücke einer afrikanischen Bibelübersetzung in der pseudocyprianischen Schrift* Exhortatio de paenitentia *neu bearbeitet* [*Programma regii Baiuvarici litterarum instituti* („*Studienanstalt*"). *Progr.* 1889. No. 811], Erlangae a. 1889.

Pseudo-Cyr: Pseudo-Cyrillus.

trin: de trinitate, apud Mignium.

Ps-Dion ^{ar}: vide *Dion* ^{areop}

Ps-Hier: auctor prologi galeati in epistulas catholicas, qui prologus multis versionis Novi Testamenti Hieronymianae codicibus praefixus est.

Ps-Hipp: Pseudo-Hippolytus.

de antichrist: vide *Hipp;* tractatus est genuinus.

consumm mundi: oratio de consummatione mundi et Antichristo et secundo Domini adventu; apud Lagardium (vide *Hipp*) p. 92—123.

Ps-Iust *vel* Ps-Iusti: Pseudo-Iustinus; de editionibus vide *Iust.*

expos: expositio rectae fidei (O. 3,1).

fid: vide *expos*

qu: nescio an Tischendorfius citet quaestiones Christianae ad Gentiles (O 3,2), et quaestiones Gentiles ad Christianos (O. 3,2); vide *resp.*

rect fid: vide *expos*

resp orthod: responsiones ad orthodoxos de quibusdam necessariis quaestionibus (O 3,2).

zen *vel* zen et ser: epistula ad Zenam et Serenum (O. 3,2).

Ps-Nyss: Pseudo-Gregorius (Nyssenus).

resurr: de anima et resurrectione dialogus anno circiter 378 scriptus.

Ps-Theodul: Pseudo-Theodulus (fuit Theodulus presbyter sive episcopus in Coele-Syria, qui anno 492 mortuus est). Falso Theodulo

adscripta est catena quaedam in epistulam ad Romanos, quae invenitur apud Grynaeum, *Orthodoxographa sanctorum patrum monumenta*, Basileae a. 1569.

Ps-Tit: Pseudo-Titus (Bostrensis); vide Tit

Psellus: Michael Psellus, Constantinopolitanus, floruit saeculo undecimo medio. Inter libros multos scripsit carmina et commentarium vel catenam in Cantica, capita de trinitate, adnotationes in Gregorium Nazianzenum.

Ptol: Ptolemaeus, Gnosticus Valentinianus, floruit post medium saeculum secundum; apud Irenaeum et apud Epiphanium (unde *epiph*), *Panaria*, haer. XXXIII. (XIII).

flor: epistula ad Floram.

Q.

Quaest: quaestiones Veteris et Novi Testamenti, opus Latinum saeculi quarti, fortasse a Faustino presbytero Romano scriptum, cf v. cl. Iosephus Langen, ut supra, sub voce Ambrst.; in Augustini operum editione Benedictina, Antverpiae a. 1700, vol. 3, pars. 2, append. col. 29 ss. Ad Io 3,31 qu. 91 est ex Novo Testamento, col. 67 c; ad Apoc 2,13 qu. 102 ex utroque mixto, col. 81 a.

Quaest antioch: vide *Pseudo-Ath* quaest

Quaest orthod: vide *Pseudo-Iust* resp orthod

Quartodecimani: ecclesia in Asia Minore, quae dixit Christum cenam Domini die quarto decimo mensis Nisan habuisse; apud Hippolytum, vide *Hipp* phil.

R.

Raban: Rabanus Maurus, Francus, natus anno 785, anno 822 abbas Fuldensis, anno 847 episcopus Moguntinus factus, supremum diem obiit anno 856. Opera ediderunt Iacobus Pamelius, Coloniae Agrippinae a. 1628, voll. 6; Mignius, *Patrol. Lat.* voll. 107—112.

Rebapt: auctor libri de rebaptismate, opus Latinum saeculi quarti inter Cypriani opera editum; apud Gallandium, vol. 3, p. 362—370. Cf v. cl. Hartel, [Cypriani Opera] *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. III.3*, Vindobonae a. 1871, p. 69—92.

Recogn clem: vide *Clem* (2)

Resp orth *vel* orthod: vide *Pseudo-Iust*

Ruf *vel* Rufin: Rufinus Toranius, Italus, presbyter Aquileiensis posthac monachus annos plusquam viginti, fortasse inde ab anno 371 usque ad annum 397 in Oriente degens, obiit anno circiter 410. Multa scripsit, multosque Graecorum patrum libros Latine vertit,

exempli gratia librum Origenis *περὶ ἀρχῶν* multosque Origenis commentarios, Basilii regulam monasticam octoque homilias, opera decem Gregorii Nazianzeni, Sixti vel Xysti sententias, Evagrii sententias librumque ad virgines, Clementinas recognitiones, Pamphili Eusebiique apologiam pro Origene, Anatolii Alexandrini canonem paschalem, Eusebii historiam ecclesiasticam. Cf v. cl. Guilelmus Henricus Fremantle, apud Smithium et Wacium, *A dictionary of Christian biography*, vol. 4, Londinii a. 1887, p. 555—561. Versio historiae ecclesiasticae Eusebianae prodiit cura Petri Thomae Cacciari, Romae a. 1740. Apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 21.

bened patr: de benedictione Iudae et reliquorum undecim patriarcharum, libri duo ad Paulinum Nolanum; apud Grynaeum, *Monumenta sanctorum patrum orthodoxographa*, Basileae a. 1569, pars 2, p. 1066.

exp symb: vide *symb.*

praefatio ad Macarium in Apologeticum sancti Pamphili Martyris pro Origene; apud Gallandium, vol. 4, p. 7.

symb *vel* exp symb: expositio symboli ad Laurentium episcopum; inter Cypriani opera, Oxonii a. 1682 (paginarum series quarta); Venetiis a. 1728.

Rup: Rupertus, monachus, floruit anno 1111, abbas Tuitensis coenobii prope Coloniam Agrippinam creatus est, supremum diem anno 1135 obiit. Opera prodierunt Moguntiae a. 1631, voll. 2; Venetiis a. 1748—1751, voll. 4; apud Mignium, *Patrol. Lat.* voll. 167—170. Inter alia multa scripsit commentariorum in Apocalypsim libros duodecim; prodierunt Noribergae a. 1526.

S.

Salomo Bassorensis: Shelemon e Khilāt vel Akhlāt ad lacum Van claruit circa annum 1222. Cf Guilelmus Wright (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 855a. Liber eius analectorum partim theologicorum partim historicorum „Apis“ dictus est. Cf Assemanus, *Bibliotheca orientalis*, vol. 8, pars 1, p. 309—324. Syriacum Arabicumque textum Latine vertit, notis illustravit v. cl. I. M. Schönfelderus, Bambergae a. 1866. V. cl. E. A. W. Budgius edidit Syriace et Anglice Oxonii a. 1886.

Salv *vel* Salvi: Salvianus, Gallus, floruit inde ab anno 440, presbyter Massiliensis factus, mortuus est fortasse saeculo quinto exeunte. Opera eius prodierunt apud Conradum Rittershusium, Altdorfiae a. 1611, denuo Norimbergae a. 1623; apud Stephanum Baluzium

(ed. 3), Parisiis a. 1684; Bremae a. 1688; apud Gallandium, vol. 10, p. 1—102; apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 53, col. 9—238; apud Carolum Halm [*Monumenta Germaniae historica*], Berolini a. 1877; apud Franciscum Pauly, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. VIII*, Vindob. a. 1883.

avarit: adversus avaritiam praesertim clericorum et sacerdotum libri quattuor, ad Salonium episcopum.

Sedul: Sedulius (non Caelius Sedulius, poeta Christianus, qui saeculo quinto floruit) quidam incertae aetatis cui debetur commentarius in epistulas S. Pauli ex patrum scriptis maximam partem conlectus. Fortasse idem est ac Sedulius ille Scotus qui anno circiter 818 floruisse dicitur.

ro: in epistulam ad Romanos.

Senior: seniores sive presbyteri apud Irenaeum.

Serap: Serapion, Aegyptius, monachus, posthac episcopus Thmuitanus, floruit anno 347, mortuus est anno circiter 358; apud Canisium, *Lectiones antiquae*, ed. Basnag. Antverpiae a. 1725, vol. 1, p. 35—55; apud Gallandium, vol. 5, p. 52—62.

manich: liber contra Manichaeos.

Sethiani: secta Gnostica Antiudaica saeculi ut videtur secundi; apud Hippolytum (unde *hipp*).

Severn: Severianus, Syrus, Gabalorum episcopus, floruit anno circiter 401. Constantinopoli degens, primo Chrysostomi amicus, posthac adversarius acerbus; scripta eius partim inter Chrysostomi opera edita sunt; laudatur etiam in catenis. Iohannes Baptista Aucher homilias eius primus edidit ex antiqua versione Armeniaca in Latinum sermonem translatas, Venetiis a. 1827. Apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 65, col. 9—30.

creat mund: de creatione mundi orationes sex apud Combefisium, *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672, part. 1, p. 211—291 [297].

sig *vel* sigill: de sigillis librorum oratio.

Sev *vel* Sever *vel* Sev $^{\text{ant } vel \text{ antio}}$: Severus, Sozopoli in Pisidia natus, Monophysita, monachus, anno 512 patriarcha Antiochenus ab Anastasio factus, anno 518 post Anastasii mortem Alexandriam fugit, obiit anno 538 (539? 542?). Fragmentum ei, vix autem recte, adscriptum est de concordantia evangelistarum circa ea quae in sepulcro Domini contigerunt, item de Sabbatis et de varietate exemplorum S. Marci evangelistae; apud Gallandium, vol. 11, p. 219—226. Fragmenta multa Graeca edita sunt in catenis. Opera multa Syriace Londinii exstant in codicibus musei Britannici; cf etiam Assemanus. Fragmenta praebet Maius,

Scriptorum veterum nova collectio, vol. 9, Romae a. 1837, p. 725—760; *Classicorum auctorum e vaticanis codicibus editorum tomus X*, Romae a. 1838, p. 408—473; *Spicilegium Romanum*, Romae a. 1844, vol. 10, p. 211—223.

Sim mag: Simon Magus, Samaritanus, floruit anno 35; apud Hippolytum (unde *hipp*). Inde Simoniani.

Siric: Siricius, Romanus, inde ab anno 385 episcopus Romanus, anno 398 supremum diem obiit.

ep: epistulae sex; apud Gallandium, vol. 7, p. 531—550; apud Mignium, vol. 13, coll. 1131—1196: de Siricio et de epistularum fide vide Mignium, col. 1115—1132.

Soc *vel* Socr: Socrates Scholasticus, Constantinopolitanus, floruit anno 440, scripsit historiam ecclesiasticam septem libros complectentem a Constantini primordiis usque ad annum 439 ductam. Prodiit ea cura Henrici Valesii, Moguntiae a. 1677 (Tischendorfius usus est hac editione); Readingi (cf Eusebii editiones); Roberti Hussey, Oxonii a. 1853; Mignii, *Patrol. Gr.* vol. 67, col. 9—842. Cf Fridericus Augustus Holzhausen, *Commentatio de fontibus, quibus Socrates, Sozomenus, ac Theodoretus in scribenda historia sacra usi sunt, adiuncta eorum epicrisi*, Gottingae a. 1825.

Soz: Hermias Sozomenus, ut videtur Palaestinus, Beryti deinde Constantinopoli iuris consultus, scripsit anno circiter 440 novem libris ecclesiae historiam annos centum quindecim, inde ab anno 324 comprehendentem. Prodiit haec apud Valesium et Readingum (ut Soc). Robertus Hussey edidit Oxonii a. 1860; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 67, col. 843—1066.

Speculum: Speculum vel libri de speculo, opus anonymum, a Maio Augustino falso adscriptum, ex libro manuscripto in bibliotheca Sanctae Crucis Hierosolymitanae Romae invento, ab Angelo Maio editum in libro: *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1852, tom. 1, part. 2, p. I—VIII et 1—117. Cf opera Augustini (ut supra, p. 1165), vol. 6, p. 625—634. Cf cod. m, supra, p. 961.

Suid: Suidas, ut videtur monachus, incertae aetatis, fortasse ante annum 976, lexicon magnum verborum et rerum scripsit, Cantabrigiae a. 1705, 3 tomm. fol. a Ludolfo Küstero, a. 1834 seq. Oxonii a Thoma Gaisfordio, a. 1843—1853 Halis a Godofredo Bernhardy editum, tribus voluminibus comprehensum.

Syn ant *vel* antio: epistula synodi Antiochenae anno 269 congregatae, ad Paulum Samosatenum missa; apud Routhium, vol. 3, p. 285-367.

Syn ancyr: synodus Semi-Arianorum Ancyrana secunda anno 358 habita, cuius epistula exhibet Epiphanius haer. LIII vel LXXIII, capp. 2—11, ap. Petav. p. 846—860; ap. Oehl. vol. 2, pars 1, p. 70—95.

Symmachus: Symmachus, natu Samaritanus, posthac religione Iudaeus, denique Ebionita, anno circiter 201 floruit, versionem Graecam Veteris Testamenti fecit.

Syncell: Georgius monachus, ὁ Συγκέλλος (patriarchae a secretis), floruit anno 792.

chron: ἐκλογία χρονογραφίας, inde a mundi creatione usque ad annum 284, quam ediderunt Iacobus Goar, Parisiis a. 1652; Guilelmus Dindorfius, Bonnae anno 1829, 2 voll.

Synops: synopsis sacrae scripturae inter Athanasii opera edita, vide *Ps-Ath.*

T.

Taras: Tarasius, Constantinopolitanus, imperatori a secretis, anno circiter 785 patriarcha constitutus ex laico, obiit anno 806. Epistulam scripsit de non faciendis pretio ordinationibus, quae Graece et Latine prodiit apud Gallandium, vol. 13, p. 372—376; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 98, col. 1371—1500.

Tat: Tatianus, Syrus, sophista, multas visit terras, posthac Christianus Iustini martyris Romae discipulus, mortuo Iustino haeresim in Mesopotamia novam Encratitarum sive Hydroparastatarum condidisse dicitur, floruit circa medium saeculum secundum. Contexuit harmoniam evangeliorum (Diatessaron), quae in Syria late adhibita est. Ephraemi Syri commentarius in hanc Harmoniam prodiit Venetiis a. 1876 Latine ex lingua Armena cura Iohannis Baptistae Aucher († 1854) et Georgii Moesinger sub titulo, *Evangelii concordantis expositio facta a sancto Ephraemo doctore Syro.* V. cl. Augustinus Ciasca textum Tatiani Arabicum cum versione Latina edidit Rome anno 1888, v. cl. I. Hamlyn Hillius Anglice e textu Arabico, Edini a. 1893. Cf v. cl. Ernestus Sellin in libro *Forschungen* IV (ut supra, p. 1215), p 225—246.

oratio adversus Graecos, anno circiter 170 scripta ante ecclesiam desertam; edita a Frontone Ducaeo, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 160—187; a Guilelmo Worthio, Oxonii a. 1700, 8°; a Gallandio, vol. 1, p. 627—671 (ad Io 1,3 est ex capite 19 orationis, Galland. p. 665); a I. C. T. Otto, Ienae a. 1851; a v. cl. Eduardo Schwartz apud Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen. IV, 1*, Lipsiae a. 1888. Cf v. cl. Adolfus Harnack, *Texte und Untersuchungen, I, 1.2*, a. 1882, p. 196—232.

Tert: Quintus Septimius Florens Tertullianus, natus Carthagine anno circiter 150 sive 145 (cf v. cl. E. Noeldechen, *Zeitschrift für*

wissenschaftliche Theologie. XXIX, Lipsiae a. 1886, p. 207—223), presbyter factus est anno circiter 192, anno fortasse 199 Montanista fit, supremum diem obiit anno circiter 240.

Opera ediderunt Beatus Rhenanus, Basileae a. 1521; Renatus Laurentius de la Barbe, Parisiis a. 1580; Nicolaus Rigaltius, Parisiis a. 1675 (iterum recusa Venetiis a. 1744); I. S. Semlerus, Halae a. 1770—1775, 6 voll.; I. P. Mignius, *Patrologia Latina*, Parisiis a. 1844, voll. 1—3; F. Oehlerus, Lipsiae a. 1853.1854, 3 voll.; vv. cll. Augustus Reifferscheid et Georgius Wissowa, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. XX*, pars 1, Vindobonae a. 1890; vide Hermannum Roenschium, *Das Neue Testament Tertullians*, Lipsiae a. 1871; v. cl. Albertus Hauck, *Tertullians Leben und Schriften*, Erlangae a. 1877; v. cl. C. H. A. Kellner, „Organischer Zusammenhang und Chronologie der Schriften Tertullians" in actis *Der Katholik, LIX*, Moguntiae a. 1879, vol. 2, pp. 561—589, et *Chronologiae Tertullianeae supplementa*, Bonnae a. 1890; v. cl. Adolfum Harnack, „Zur Chronologie der Schriften Tertullians in actis *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, Gothae a. 1878, vol. 2, p. 572—583; v. cl. I. Schmidt, „Ein Beitrag zur Chronologie der Schriften Tertullians und der Proconsuln von Afrika" in actis *Rheinisches Museum für Philologie*, series nova, vol. 46, 1 [a. 1891], p. 77—98; G. Nathanael Bonwetsch, *Die Schriften Tertullians nach der Zeit ihrer Abfassung*, Bonnae a. 1878.

anim: de anima — apol: apologeticus — bapt: de baptismo — carn *vel* car chr: de carne Christi — coro *vel* coron *vel* coro mil: de corona militis — cult fem *vel* femi: de cultu feminarum, libri duo — exh cast: de exhortatione castitatis — fug: de fuga in persecutione — gnost *vel* gnostic *vel* cont gnostic: contra Gnosticos Scorpiace — hermog: adversus Hermogenem — idol *vel* idolol: de idololatria — ieiun: de ieiunio adversus psychicos — adv Iud; adversus Iudaeos — marc: adversus Marcionem libri quinque — monog *vel* monogam: de monogamia — orat: de oratione — pat *vel* patient: de patientia — praescr: de praescriptione haereticorum — prax: adversus Praxean — psych *vel* psychic: de ieiunio adversus psychicos — pud *vel* pudi *vel* pudic: de pudicitia — res carn *vel* resurr carn: de resurrectione carnis — scorp: contra Gnosticos Scorpiace — spect *vel* spectac: de spectaculis — uxor: ad uxorem libri duo — virg *vel* virgg vela *vel* vel virgg: de virginibus velandis.

Testamenta duodecim Patriarcharum saeculi secundi, edita apud

Grabium, *Spicilegium ss. patrum, ut et haereticorum*, Oxonii a. 1698 (denuo a. 1714); Fabricium, *Codex pseudepigraphus V. T.* Hamburgi a. 1713, denuo a. 1722; Galland. vol. 1, p. 193—242; nuper a v. cl. Roberto Sinker, Cantabr. a. 1869, addito append. a. 1879.

Thaum: Gregorius Theodorus Thaumaturgus, natus Neocaesareae Cappadocum, Alexandriam Athenas Berytum Caesaream in Palaestina visit, et episcopus Neocaesareensis constitutus, mortuus est anno 265(270). Opera eius edidit Gerardus Vossius, Moguntiae a. 1604, 4°. Apud Gallandium, vol. 3, p. 377—469.

anath: capita duodecim de fide, cum anathematismis. Non est Gregorii, nam de Nestorii (anni 428) Eutychisque (anni 448) haeresibus tractat.

annun *vel* annunc: in annuntiationem s. Dei genetricis sermones tres. Non sunt Gregorii.

canon: epistula canonica, de iis qui in barbarorum incursione idolothyta comederant et alia quaedam peccata commiserant; *Orthodoxographa sanctorum patrum monumenta*, Basileae a. 1569, vol. 2, p. 22 sq.; apud Vossium, p. 118—134; apud Gallandium, vol. 3, p. 400—412; apud Routhium, *Reliquiae sacrae*, ed. 2, Oxonii a. 1846, vol. 3, p. 251—283.

κατὰ μέρος πίστις: apud Lagardium (cf infra, p. 1228, Tit manu).

Thdor aut: Theodorus Antiochenus vel Mopsuestenus, presbyter Antiochenus, posthac fortasse inde ab anno 392 episcopus Mopsuestiae in Cilicia, ab ecclesia Graeca postea Nestorianismi pater habitus, obiit anno circiter 429. Operum edidit Eduardus Fridericus Victor a Wegnern vol. 1, Berolini a. 1834; vide O. F. Fritzschium, *De Theodori Mopsuestensis vita et scriptis commentatio historico-theologica.* Halae a. 1836, 8° et *Theodori episcopi Mopsuesteni in Novum Testamentum commentariorum quae reperiri potuerunt*, Turici a. 1847; v. cl. H. Swete, *Theodori episcopi Mopsuesteni in epistolas b. Pauli commentarii. The Latin version with the Greek fragments*, Cantabrigiae vol. 1, a. 1880, vol. 2, a. 1882. Mignius, quod rarius fit, magni aestimandus est in operibus Theodori, *Patrol. Gr.* vol. 66. Cf v. cl. Eduardus Sachau, *Fragmenta Syriaca e codicibus musei Britannici Nitriacis edidit atque in Latinum sermonem vertit* E. S. Lipsiae a. 1869. Cf Lightfootus (ut infra, p. 1229 Victorinus), p. 229. 230.

amos: commentarii in duodecim minores prophetas; apud Maium, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1825, vol. 1, p. 41—104, et Romae a. 1832, vol. 6, p. V—XXII et 1—312, et *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1854, vol. 7, p. 1—389 (et in Psalmos, in Ioh, in 2 Cor—p. 408); invenies praeterea

nonnulla in Rom apud Maium, *Spicilegium Romanum*, vol. 4 (a. 1840), p. 499—573, et in Psalm *Nova patrum bibliotheca*, vol. 3 (a. 1845), p. 453—456. Cf etiam cat cord.

de incarnatione contra Apollinarium: ad 1 Ti 3,16, p. 850 laudantur verba, quae Graece invenies apud Maium, vol. 6, p. 308 ad numerum XXI; in margine dicuntur ex libro duodecimo non ex tertio decimo esse.

iona: vide *amos*

Thdor heracl: Theodorus Heracleotes (est Heraclea urbs Thraciae ad Pontum sita), episcopus civitatis patriae anno 334 floruit, obiit a. fortasse 358; laudatur ex catena a Possino edita. Cf etiam catena Corderii. Nonnulla in Esaiam invenies apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 6 (a. 1853), pars 2, p. 214—239.

Thdor mon: vide Thdor stud

Thdor mops: vide Thdor ant

Thdor stud: Theodorus Studita, natus Constantinopoli anno 759, anno 781 monachus, anno 794 abbas factus, iterum iterumque exsul ob intemperantiam contra imaginum adversarios, mortuus est anno 826; eruditissimus fuit. Vitam eius a Michaele monacho conscriptam invenies apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 6 (a. 1853), pars 2, p. 293—363. Scripta apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 99. Parva catechesis prodiit primum Graece curis Immanuelis Auvray et A. Tougardi, Parisiis a. 1891. Invenies supplementa apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1849, vol. 5, p. I—VI et 1—160 seriei ultimae huius tomi, epistulas et fragmenta, vol. 8 (a. 1871), p. 1—244.

antirrheticus, p. 1—144; apologeticus pro sanctorum imaginibus, p. 1—142 seriei alterius paginarum; apologia minor, p. 1—4 seriei tertiae paginarum.

Thdrt: Theodoretus, Syrus, natus saeculo quarto exeunte, monachus, anno fortasse 420 episcopus Cyri in Syria factus, Nestorii amicus Cyrilli adversarius anno 449 sede pulsus, anno 450 restitutus est, obiit anno circiter 457. Laudatur in catenis. Opera ediderunt Iacobus Sirmondi voll. 4, Parisiis a. 1642 (Ioannes Garnerius volumen quintum a. 1684); Ioh. Lud. Schulzius, Halae 1769-1774. Ap. Gallandium vol. 9, p. 403—422; apud Mignium, *Patrol. Gr.* voll. 80—84. Historia eius ecclesiastica prodiit cura Henrici Valesii, Moguntiae a. 1679; Thomae Gaisford, Oxonii a. 1854. Commentarii in Pauli epistulas pars prior prodiit Oxonii a. 1852.

amos: commentarius in duodecim prophetas, inter annos 426 et 429 scriptus.

cur: de curandis affectionibus Graecorum libri duodecim, anno 427 scripti.

dial *vel* dial trin: dialogi duo contra Anomaeos, tres contra Macedonianos (unde *maced*), duo contra Apollinaristas, neque Athanasii (vide *Pseudo-Ath*) nec Maximi monachi, sed Theodoreti (inter Athanasii opera, ed. Paris. a. 1698, vol. 2, p. 471—557 [560]; ed. Patav. a. 1777, vol. 2, p. 406—493).

dial spir: dialogus de spiritu sancto; est quartus.

eranistes: contra haereticos dialogus tres edidit Gentianus Hervetus, Venetiis a. 1548.

herveti: editio Herveti iam dicta.

monach: epistula ad monachos qui sunt in Euphratesia, Osrhoëna, Phoenice, Syria, Cilicia; apud Gallandium, vol. 9, p. 405—412.

quaest in levit: quaestiones in Leviticum inter quaestiones in Octateuchum post annum 353 scriptas.

Theodosius episcopus Alexandrinus anno 536 factus, Monophysita, sede bis pulsus, prope Constantinopolim vixit; mortuus est anno circiter 568. Habet fragmenta Topographiae Cosmae; vide *Cosm.*

Thdot anc: Theodotus, Ancyrae in Galatia episcopus, Nestorii adversarius, claruit anno 430; apud Gallandium, vol. 9, p. 423—478; apud Mignium, *Patrol Gr.* vol. 77.

Thdot: Theodotus Byzantinus, claruit anno circiter 192, Romam fugit, haeresim novam de Christo non divino condidisse fertur; citatur ex Clemente Alexandrino, et excerpta inter Clementis opera edita sunt (unde *clem* et *excerpt*). Eclogae e schedis Francisci Combefis prodierunt apud Iohannem Albertum Fabricium, *Bibliotheca Graeca, lib. V,* Hamburgi a. 1708, p. 134—184.

Theod: vide Thdor

Theodotiani: Theodoti Byzantini anni 192, qui primus palam Christi divinitatem negavit, sectatores.

Theognost: Theognostus, Alexandrinus, post Pierium antistes scholae Alexandrinae, floruit anno circiter 283. Exstant fragmenta ex libris eius septem qui ὑποτυπώσεισ dicuntur, apud Gallandium, vol. 3, p. 662; apud Routhium (ut supra, p. 1224, Thaum canon), p. 407-422.

Theop: vide *Thph*

Theophan hom: Theophanes, qui et Isaacius, Homologetes seu Confessor, natus Constantinopoli anno 758, monachus, tunc abbas factus, propter imaginum cultum in vincula coniectus, obiit anno circiter 816. Chronographiam Georgii Syncelli ducebat ab anno 284 usque ad annum 813. Edidit I. Classenus, Bonnae a. 1839. 1841, 2 voll.; Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 108.109. Oudinus negat chronographiam Theophanis esse.

Theophan: Theophanes archiepiscopus Nicaenus anno circiter 1347. Opera apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 150, col. 279—350.

Thphi alex: Theophilus, inde ab anno 385 episcopus Alexandrinus, Origenis doctrinas damnavit, obiit anno 412; apud Gallandium, vol. 7, p. 601—652.

Thph *vel* Thphil: Theophilus, ortu gentilis, inde ab anno circiter 169 episcopus sextus vel septimus Antiochenus, mortuus est anno circiter 181; in *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 104—160; apud Gallandium, vol. 2, p. 77—143.

autol *vel* autoly: de fide Christianorum et adversus eius calumniatores, libri tres ad Autolycum, gentilem doctum; editi a Conrado Gesnero, Turici a. 1546, ab I. Fellio, Oxonii a. 1684; ab I. Chr. Wolfio, Hamburgi a. 1724; apud Iustinum, ed. Bened. [Prud. Maran.], Hagae Comitum a. 1742, p. 338—401.601; ab I. C. T. Otto, Ienae 1861; edidit Otto fragmenta commentariorum in quattuor evangelia a Theophilo quodam, quem hunc episcopum Antiochenum fuisse quidam credunt (cf v. cl. Theodorus Zahn, *Der Evangelienkommentar des Theophilus von Antiochien*, Erlangae a. 1883), qui vero fortasse saeculo quinto exeunte scripsit; cf v. cl. Adolfus Harnack, *Der angebliche Evangeliencommentar des Theophilus von Antiochien*, Lipsiae a. 1883, et *Theologische Literaturzeitung*, Lipsiae a. 1886, num. 17, col. 404—405.

Thphyl: Theophylactus, Constantinopolitanus, archiepiscopus Achridiae, primae Bulgarorum ecclesiae, in vivis erat anno 1077, scripsit commentarios in quattuor evangelia in primis ex Chrysostomi operibus haustos. Opera eius ediderunt Ioh. Franc. Bened. Maria de Rubeis et Bonif. Finetti, Venetiis a. 1754—1763, tomis quattuor; Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 123—126. Commentarius in evangelia prodiit Romae a. 1542, in Pauli epistulas cura Augustini Lindselli (cum versione Latina Philippi Montani), Londinii a. 1636.

} sunt commentarii in actus apostolorum inter Theophylacti opera editi, a Tischendorfio et ab aliis ante eum 1. 2. 3. designati unde errores de lectionibus fluxerunt, cum viri docti sibi persuaderent Theophylactum semel, bis, ter lectionem praebere. Editioni Venetae fides non habenda est; vide *Göttingische gelehrte Anzeigen*, a. 1762, p. 1059—1063.

Thom: Thomas.

ev Thom: evangelium Thomae; apud Tischendorfium, *Evangelia apocrypha*, Lipsiae a. 1853, p. 134-170; ed. 2, 1876, p. 140-180.

actus Thomae: apud Tischendorfium, *Acta apostolorum apocrypha*, Lipsiae a. 1851, p. 190—234.

Tich *vel* Tichon: Tichonius, Afer, Donatistarum fortasse amicus, floruit anno circiter 390; cf v. cl. Haussleiter (ut supra, p. 1150, adn. 4).

homil: commentarius in Apocalypsim homiliis octodecim comprehensus; exstat inter Augustini opera, ei falso adscriptus.

reg: de septem regulis; apud Gallandium, vol. 8, p. 105—129; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 18, col. 13—66.

Tim: Timotheus archiepiscopus Alexandrinus annis 381—385. Apud Gallandium, vol. 7, p. 345; apud Maium, *Bibliotheca nova patrum*, vol. 2, p. 541; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 33.

